IANI PYRRHI PINCII

MANT. AD ALIPRANDVM CLE-

SIVM EQVITEM ET FERD.

SERENISS. RO. REGIS CV-

BICVLARIVM DE VI-

TIS PONT. TRID.

LIBRI DVODECIM.

QVI PLVRA HABENT IN RECESSV

QVAM PROMITTANT IN FRONTE.

MVLTA INSVPER EXTERNARVM

GENTIVM FACTA DOMESTI-

CIS ADDITA SVNT, VT ET

PLENIOR ET IVCVN-

DIOR ESSET

HISTORIA.

2 400 40 Grafta MADE IN SPAIN

IANI PYRRHI PINCII

MANT. AD ALIPRANDVM CLE-

SIVM EQVITEM ET FERD.

SERENISS. RO. REGIS CV-

BICVLARIVM DE VI-

TIS PONT. TRID.

LIBRI DVODECIM.

QVI PLVRA HABENT IN RECESSV

QVAM PROMITTANT IN FRONTE.

MVLTA INSVPER EXTERNARVM

GENTIVM FACTA DOMESTI-

CIS ADDITA SVNT, VT ET

PLENIOR ET IVCVN-

DIOR ESSET

HISTORIA.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Sereniss. Ro. Regis cubicularium epistola.

De uitis Pontificum Tridentinorum, ne te mira īscriptionis felicitate alliciamus, & Gręcos imitati lactis gallinacei hausṭum ꝓmittamus, libros duodecim ad lucernam euigilatos, opus apud nos natum recenti fœtura nomini tuo Sapientissime Eques non iniuria consecrādos cēsuimus, cùm ea inualuerit opinio Geniū esse operis & perēnitatē quandam Principi opus dicare, quod cū omninò iure quodā faciendum esset, dicandi erant annales nostri q̄ tibi ęquius nemini, qui cōsueuisti doctos oēs liberaliter fouere, atq; ubi auctum est opulentius patrimoniū tibi à parentibus tuis relictum, lautius etiam suscipere, ut appareat nihil in te fortunæ amplitudine īmutatum, nisi id, quod creuerit cū opibus uoluntas, non enim eos aliter admiraris, qui uel poemata, uel hiſtoriam scribunt, uel ingenii sui facibus contorquent oratoria spicula, sanguinemq; hauriunt profluenti eloquentia, q̄ qui cum hoste animosissimè congrediuntur, & in prælio manu fortiter uibrant tela bellica, ut pulchrū putes in utroq; excellere: Quantū uerò ipse profeceris ī utraq; disciplina illorum sit iudicium, qui te utuntur familiarius, magna certè animi fœcunditate uideris in eo potissimùm laudandus, ꝙ semper cogitas quemadmodum Bernardum Clesium Principē Trid. patruū tuū imiteris, iam extra omnem fortunæ aleam positū, ea enim sapientia uiget & excellit, ut planè cognitum sit, eū mortales reliquos certa scientiarū luce sibi adequasse, eumq; unum posse cum omni antiquitate de virtutum laudibus iurè contendere: affirmant qui eum nouere, ī eo esse perfectam absolutamq; tū ingenii, tum corporis elegantiam, ut omnium confessione nihil ad felicitatem desideretur, cuius splendore tu sic inflāmaris, ut adsequi uiriliter studeas, quæ in eo īmortalia sunt bona, ad castrensem insuper facundiam te recepisti, qua sciebas militares animos permoueri, ī quo imitatus es Vespasianum Imperatorem, sed præcipuè Cæsarem ab eloquentia castrensi mirificè laudatū, ꝙ etsi purā illius militaris sermonis elegantiā non attigeris, uoluisti tamen vulgatū esse te Marti & Mineruæ gladio & stylo operā nō mediocriter impendisse, ut altero defenderes, altero regeres, quibus dominaris, populos: Multa siquidē & oppida & arces amœnasq; & frequentes habitatoribus valles Clesio tuo auito oppido patrui tui Card. auctoritate adiecisti, at ꝓ id ad gloriam tuā accessit, ꝙ Rex Ro. te ultrò instituit Camerariū comitatus Tirolēsis hęreditariū, quod munus nisi maximis uiris demādat: Sed licet mihi ingēs occureres, teq; maiorem esse intelligerem, q̄ ut ad hæc descenderes, ductus tā, qua cun-

ctis præſtas, benignitatis tuæ experimento, ne dicerer impudenter ad te colendum familiarius acceſſiſſe, iudicaui me non arroganter facturum, ſi tibi dicarem, quē proximè ediderim, partum, ut manifeſtū eſſet, me nō tam magnitudinem tuā, q̄ humanitatem non ignoraſſe: Verùm quis ſatis tutus uigilias ſuas ediderit? ſi modò intelligat nihil, niſi quod elimatum & ad unguem factum ſit, edi oportere, & contrà ex æquo æſtimet, ſe ſubiturum caſtigatoriū cenſorum ſupcilium, & imperitæ etiam multitudinis iudicium, quæ feram ac ferream naturam ſuam in bonos oēs diſtringit, non eo inficias doctorū etiā uirorum ſcripta, cū in forū uenerint, inſidiis ſtatim circūueniri, at nō uerebunt te uolente fœtus noſtri, quamuis parū culti exire in populū, qui tñ penſiculatius emanaſſent, ni quidā noſtri nominis nimium ſtudioſi expugnata nra cōtumacia eos de manibus rapuiſſent, quos tamen ea conditione à nobis extorſere, ut illi imbecili adhuc paſſu ab ipſo ſtatim lucis rudimento ſub auras prodeuntes nominis tui fulgore ſuſtentarētur, & tanq̄ ad iniurias vulgi abiecti abs te defenderentur, at nec peto operi meo tantū arrogari, ut inimico etiam iudice probetur, ſed boni cōſulant, ut quod nō meruerit eruditionis ratio, id à legentibus impetret labor, & ímenſæ uoluntatis noſtrę ſtudium, dedimus enim libenter vulgo utendū, quicquid ex cultura anguſti nri ingenii depromi potuit, ex aliis frugum copia, ex ſterili & ſitiēti nra ſcriptione expectandus eſt tenuis prouentus: Quam ob rem quò ſublimior eſt dignitas tua, & ſpes de ſtudiis noſtris excitatior, eò grauius nos ea, prę-
ter cæteras angit cura, q̄ intelligimus quæ tibi dicantur, non ſatis digna eſſe tua amplitudine, cùm temeritatis ſit dicari ſummo uiro leuis operæ libellos parum luculenter compoſitos, & fortaſſe obeliſco magis q̄ aſteriſco dignos, ut non imprudenter dictum eſſe uideatur, hominis eſſe intemperanter abutentis & ocio & literis mandare ſuas cogitationes memoriæ, quas nec diſponere, nec illuſtrare poſſit, cùm maximè multorum Eporum memoria adeò anguſtè coarctetur, ut nullus omninò admittatur excurſus, nec quid occurrat, quod iucundundū dictu aut legentibus blandum ſit, ut ſterileſcat materia, & quod me penè à labore deterruit, ſordidiſſima uirorū & plurimarū rerū noſa inueniant uocabulis externis ac barbaris inter latinas uoces ponēdis, quę ſi ſtudueris ī familiā Romanorū recipe, apparebūt penitus diuerſa, & alius ex latina dictiōe eliciet ſēſus, q̄ Germana uoce p̄mittat, ſi qua erūt, quę dōari poſſint latio, trāſferent, ut latinæ uocis honor p tecta Tridētinorū uenerabilior diffūdatur: Cæterū in his, quæ nullo modo admittent ſermonis nri feſtiuitatem, utar ſed inuitus eorū uocibus, quod uideo ét nōnullos ex nris & Germanis uiros doctos feciſſe, ut maior habeat rei q̄ locutionis ratio: Iurè igit erat ambigendū hiſtoriam nram nō ualdè placiturā, cū id cōſtet experimēto magnā hominū partē nō tm̄ ueritatē & rerū cognitionē, q̄ ſtudiorum amœnitatē quærere, erant tñ oſa attingenda, ne uideremur uel rerū aſperitate abſterriti, uel ignauia in ſcribendo quic̄q̄ omiſiſſe, ut id ſaltem
laudaretur,

laudaretur, nos primū nullis difficultatibus uictos rerū Tridentinarum ſacraria reſeraſſe, uiamq̄; nemini anteà protritā ingreſſos nobiliſſimę urbis geſta tot annis à cōſuetudine populi fūmota in publicū rettuliſſe, q̄d cū ardua res ſit (ut Plinii utar uerbis) dare nouis auctoritatē, obſcuris lucē, faſtiditis grām, ſi ea min⁹ adſecuti fuerimus, pulchrū ſit tñ auſū fuiſſe, qui, qm̄ ꝓpoſuimus iuuare, utilitatē grę ꝓtulimus, ſpero tñ, quę, dū apud nos tūt, vulgaria hñt, eadē tibi cōſecrata iudicatū iri p̄cioſa, ſicut ea quę Diis offerunt, quæ ob id unū tm̄ uident uenerandа; quia ſunt tēplis dicata, ſed qualiacunq; ſint, quæ tibi ultrò obtulimus, nolim me arrogātiæ accuſes, cū nulli unq̄ datū ſit uitio Deos quoquo modo poſſet colere, cō ſtetq̄; multas gentes Diis lacte ſupplicaſſe, & qui nō haberent tura, mola tm̄ ſalſa litare cōſueuiſſe: His excitatus duxi te nō offenſum iri ſtudiis nris licet incōptis, cū nō eſſent, quæ ex penu nro literario tibi gratiora tribuerent, eo ét admonitus Syllā nō modò nitida poemata nō reſpuiſſe, uerū & tabernaria pluris feciſſe, Auguſtū quoq; ingēti comitate adcūtium deſideria excepiſſe, nolim tñ putes Eques clariſſ. hiſtoriā nram, cui multis doloribus extorti, quorū acerrimus eſt morſus, tumultuariā operam impendimus, fore omninò cōtemptui, multi.n. ex Tridētinis Epī & in vrbe & in caſtris egregia exempla reliquere, multarūq̄; rerū uarietatem ſuppeditarunt cuiuſdā uoluptatis plenā, nonnulla p̄tereà externa cōplexi ſumus, ut ſit uariis documentis refertū opus, in quo, cū à ueſtibulo parūper ſeceſſeris, multa occurrent, quæ te uehementer oblectabūt, ea aūt petulanti operis inſcriptione noluimus arroganter polliceri, aba lienauimus.n. ſemp, qua nihil eſt ſtomachoſius, ſufflatā oris oſtentationem, cū uideamus Latinis ét ſcriptoribus placuiſſe uerecūdiæ ruborem, iactantius quidē Græci, qui oſa primo ſtatim in limine ſe daturos p̄fitebant, quorum ét Apion īmortalitate à ſe donari eos ſcripſit, ad quos ipſe aliqua cōponeret, at nobis contrà euenturū credimus, nihil ad te gloriæ ex ingenio nro acceſſurum, ſed ſcripta potius nra p te īminentē fati neceſſitatē ſuperatura, ut nos nihil pœniteat nullū titulū excogitaſſe feſtiuiorē, cū ſapientius feciſſe illi iudicentur, qui opa licet ita abſoluta, ut nemo poſſet ſatis mirari, pēdēti tñ & ambiguo titulo inſcripſere, ut poſteris p̄ſuaſum eſſet lucubrationes ſuas abortū feciſſe, adeò paucis placuit ſumma artis ſecuritas, q̄bus apparet uiros uel impenſè doctos nō latuiſſe ſcribendi difficultatē, quo magis mihi timendū eſt libellos meos nulla cenſura expolitos ī diſcrimen abituros, ero ſanè inuidentibus expoſitū caput, in quo ſemidocti hoīes nugatoriū genus mucrones acuāt, qui ſe frugem tenere literarū contendunt, alios quiſquilias, Putem mihi ſemiſſi homunculo defuturos ronchos? dfuturos qui roſtrū producāt? qui criſpanti ac repando naſo obſtrepant? cū nulla ſit tanta uirtus, quæ inuidentiæ morſus effugiat, nā obtrectatores Herculē ét caſſabundū tra diderunt, Quid Liuiana ubertate beatius? Liuiū tm̄ Aſinius lacerauit, & Caligula eum uti ī hiſtoria negligentē criminatus eſt: Quid Virgiliana

maieſtate ſublimius? carptores tñ non fugit Maro: quid maius pricipe
rum Homero? Homerus tñ ſordidiſſimũ hominẽ Zoilũ obtrectato-
rem inuenit, nec defuere qui auſi ſint in M. Ciceronẽ, qui unus pãdit ue-
la eloquẽtiæ, impetũ facere: ſuggillat ſemp, quæ inuidentiũ mucronibus
obiecta ſunt, & impitorũ crudelitate vulnerata, optimorũ ingeniorum
fruges inuidorum maledicẽtia: Imprudentis eſt igit̃ credere me ueniam
ab illis impetraturũ, q Liuio patauinitatẽ obiecere, q Virgilianã uirtutẽ
flagellarunt, q Homeri diuinitatẽ infanda caſtigatione laceſſerunt, q Ci-
ceronis ſimplicitatẽ cõmacularunt, q Plinio & Fabio pictori non pepce-
runt, qui linguas cote liuoris acuminatas in ueteres ſcriptores abſolutè
doctos peſtifero ictu cõtorſere, quæ tñ minus miramur, cũ ſuccurrat ſœ
minam ẽt aduerſus Theophraſtũ ſcripſiſſe: Verũ qd demens timeo, tm̃
utinã nobis, q humi ſerpimus, aſcriptũ eſſet, tanti utinã ẽſtimarent̃ libelli
nr̃i, ut, quæ rerũ apices perflat, ĩuidiã mererent, quãtũ Dii ĩmortales ui-
derer adſecutus, nõ timent uentos q ad radices cõſtitere: Bẽbũ, Nicolaũ,
Archii Comitẽ, Celiũ, Egnatiũ, Iouiũ, Romulũ, Pieriũ, Cottã, Camillũ
necnõ Tarteſiũ Muſoniũq; Cremonẽſes, &, q nos diù audiuit, Andream
Nauiclerũ ætatis nr̃æ doctiſſimũ, alioſq; cõpiures uiros laudatiſſimos, q
altius euolarunt, feriãt maledicentiæ tela: Nec Paulus Manutius, quem
A. Cornelius meus ſtudet æmulari pr̃na accenſus gloria, euitabit ĩuidię
morſus: Quã ob rẽ cũ ſũma ĩperat liuor, nec timeat plebeia domus iratũ
cœlũ, nõ putabunt liuẽtes turbæ hiſtoriã nr̃am eo gladio dignã, quo Li-
uium & alios nobiliſſimos ſcriptores cõfodiunt, ſpeſq; ẽ neminẽ de lucu-
brationibus nr̃is abolẽdis cogitaturũ, iſtos igit̃ ſalacones, aliũ alio neqo
rem (qd̃ de maleuolis tm̃ dictũ ſit) deteſtemur, & eorum inſaniã relin-
quamus Scauro iudicandã, aut eos aſperrimo Hipponactis p̃conio dil-
lacerãdos obiiciamus, periclitemurq; uires ĩgenii nr̃i, ac ſubeamus qua-
lecũq; ſit futurũ de nobis iudiciũ te auſpice, q ſi ſubitariã hãc minuſq; e-
laboratã hiſtoriã lubens ſuſcepis Eques magnanime, & nos patrocinio
tuo aduerſus obtrectatores (ſi modò nos, q in valle reſedimus, petierit)
& tẽporũ iniurias ſatis cõmunitos arbitrabimur, et tu benignè feciſſe e-
xiſtimaberis, nã q parua p̃optè accipit, nõ minus Regali fungit mune-
re, q̃ ſi ipſe magna elargiret̃: Vigilias igit̃ nr̃as licet nec attẽta cura, nec
p̃ſtãti facundia cõditas, eo aĩo ſuſcipias obſecro, quo aquam à rudi hoſe
Arthaxerſes, Veſtẽ à Syloſõte Darius maximi Reges traduntˇ accepiſ-
ſe, Vale Eques doctorum uirorũ patrone, & qd̃ peculiarius eſt familiæ
tuæ liberaliſſime, nec labor ſit vrbis Tridẽtinæ facta memoratu nõ indi-
gna, cũ à magnis negociis uacuus fueris, legeṙ, & quo dbes ac potes ſtu-
dio, tuorũ Tridentinorũ, q te unicè diligunt, & obſeruãt, dignitatẽ tuere.

Ad lectorem.

Scripturus, qui reip. Tridẽtinæ p̃fuerunt, Prĩcipũ mores ac geſta, haud
dubito me ex multis laboribus parũ gloriæ cõſecuturum, & qa in tã-
ta multitudine

ta multitudine & tam celebri ſcriptorum luce futurum eſt nr̃um nomẽ ĩ
obſcuro, & quia res ipſa ab exiguis p̃fecta initiis parũ uoluptatis ẽ p̃bitu-
ra, atq; ẽt lectorem minus attentũ factura, occurrunt. n. in prĩcipio ſtatim
nõnulli Ep̃i, quorum quęcũq; fuerint facinora, eius credo ętatis uicio pier̃:
ut nõ modò ignoremus quid fecerint, ſed, qd̃ aridius eſt, nec quo genere na
ti ſint, nec ex quibus locis in põtificatũ uenerint ſatis cõſtet, p̃pterea eorũ
noĩa nudis tantũ uocabulis erunt r̃citãda, ac penè uno ſpiritu enunciãda:
quã ob rẽ quid noĩs in re tã ieiuna mihi acqrendũ putẽ? qñquidẽ quę ſteri
lia ſunt, & nullo labore uincuntur, ſolent & parum p̃deſſe, & minus dele-
ctare: Cui. n. nõ cognitum eſt rerũ inopiã contẽni? ditẽ uerò & opulentã
feracis ſoli frugem deſiderari? Vñ nõ tã T. Liuiũ p̃pter exundãtẽ uerbo-
rum copiam legerim, q̃ p̃pter hiſtoriã & rerũ Romanarũ externarũq; gẽ-
tium uariis & p̃clarĩs factis, q̃bus ſcatet, refertã, ut fertilior ſit fructus, &
quidem ĩucundior, q ex diuerſarũ rerũ cognitione reddit̃, q̃ q ex ſuaui fa-
cundia ferẽ, cũ igitur nec fertilis ſcribẽdi materia mihi cõtigerit, nec da-
ta ſit, qua res ẽt tenues expoliuntur, fluens copia: mecũ ĩprobè atq; infeli-
citer actũ eſſe fateri neceſſe eſt, quid igit̃ obſecro agrũ ſterilẽ nullo ĩgenio
domitũ ſumpſiſti colẽdũ? cũ diligẽtiori cultura ĩdigeat? & pitiorẽ agrico-
lã reqrat? qd. n. boni abs te expectandũ fuit? an ut, qd̃ reliquũ eſt, ocio abu
tereris? &, qd̃ p̃cioſiſſimũ eſt, tẽporis calamitatẽ tandem defleres? an ut iſtas
ineptias lecturi labores tuos deteſtarent̃, & rei penuria, & rudi ſtylo offẽſi?
ſcio, qd̃ expolitũ ſit, à me ĩ lucẽ nihil exiturũ, nõ tñ à Romana cõſuetudine
penit⁹ ſemotũ, ut ſperẽ me nõ lõgè ab Italia educatũ bonos ęquo aĩo hoſes
eſſe iudicaturos, ſed quis eſt, cuius ſcripta in manus hoſum uenerint, q oĩnò
Romanus p̃betur? p̃ſuadere ne nobis licet? defuturos q nomẽ nr̃um lace-
rent? p̃ſertim cũ multi ſint, q uideri uolunt in aliena ſcripta ĩgenioſi, cùm ipſi
nihil edãt, ſed eſto, uigilias nr̃as parũ nitidas dãnabunt, ſtudiũ ſaltẽ lauda-
bunt, nec id (ut arbitror) ĩprobabunt, qd̃ Aliprãdo Cleſio ſummo uiro, &
de nobis bñmerito officiũ p̃ſtiterim, non. n. dixerim quãtũ ille mihi ſemp a-
ſcribẽdũ cẽſuerit, quo itẽ ſtudio, q̃ pietate L. Romulũ, & A. Corneliũ libe-
ros meos cõplexus ſit, ac foueri: quorũ alter legali ſtudio nõ obſcurã famã
adeptus ẽ, hodiè Canonicus, alter humanioribus lr̃is mediocriter eruditus
p̃uirili ad ſummũ tẽdit, & iam inter doctos aliqd noĩs inuenit, ex quo cùm
eo in primis deſiderio teneremur, ut aliqd ex officina nr̃a emanaret, qd̃ ſplẽ-
didiſſimo uiro gratũ fore putaremus, & planius teſtaret̃ nos eſſe eorũ non
ĩmemores, quæ ab eo plurima accepimus beneficia, piũ eẽ iudicauimus, illi,
cui plurimũ dbemus, gr̃am, ut licet, reddeṙ, ut nõ temerè hoc onus ſubiiſſe
uideamur: ęquũ. n. erat ad uirũ liberaliſſimũ, & bonorũ oĩum p̃onũ ſponte
mea uniuerſũ ſtudiũ meũ dferre, ut, quib⁹ poſſẽ, officiis eũ obſeruarẽ ac co-
lerẽ, à quo me meoſq; amari nõ ignorarẽ, cũ p̃terea patruũ habeat Bernar-
dum Cleſiũ optimũ Tridẽtinorũ Prĩcipẽ, & R.o. Eccl̃ię Card. uirũ ſũmè do
ctũ, &, qd̃ pluris facimus, integerrimũ, ex cui⁹ ſingulari ſapientia & aĩ magni
tudine quãtũ ornameti Põtificię dignitati, q̃ntum̃ue roboris Chr̃ianę reip.
additũ ſit, q ignoret, iã exiſtimo eẽ neminẽ, huc acceſſit, q̃ multi ciues Tridẽ-

tini uiri egregii,q̄ humanissima officia in nos cōtulissent, arbitrabantur sibi quodā iure licere,nō dicā nos hortari ad scribendū,sed,qđ q̄dē poterāt, cōpellere,q̄bus uolētibus arrogātis fuisset p̄uīciā r̄cusare:cū anxii essēt eorū Eporū seriē cognoscere, qui p̄ tēpor̄ populo Tridētino p̄fuerūt,ut sunt bonarū rerū oīum cupidi,quorū rationē potissimū haberi uoluim⁹,tū q̄a īmortale oīnò est,qđ illis debemus,tū q̄a nō effundēda erāt tātorū uirorū studia multis officiis nobis cōparata,ut manifestū sit nō licuisse bonorū ciuiū desiderio reluctari,ni uoluissemus florentissimorū hoīum gr̄am diù collectā temerè abiicere:Quā ob rē fas est nō dubitar̄ studiosos iuuenes ī partes nr̄as ituros,q̄,cū & ipsi officiosi sint, cōsiliū nr̄um tuebunt̄,nō incōsultè nos egisse, ut & nos gratos optimo uiro ostēderemus,& ciuibus nr̄i noīs studiosis obtēperarem⁹,equiusq̄; fuisse p̄uinciā cū piculo adire,q̄ honestū laborē recusare:id p̄terea nobis ddecori uidebat̄,nos p̄cul uiros fortes strenuè pugnātes,& in agone sese cōtinuè exercētes ex cauea semp spectar̄, nec ūnq̄ in palestrā descēder̄, qđ etsi uictoriā,quod tm̄ licet optare,nō adsecuturus sim,& inter tot scriptorū lumina hebetescet ingenii nr̄i fama,laudabilius tm̄ fuisse existimabunt,qui causā nr̄am intelligēt, lōgè nos secutos fuisse doctorū uestigia,q̄ cū silētio ętatē transisse, ne quis tm̄ aīum reuocet penitus à lectiōe nr̄a p̄pter rerū originē,quā tenuē fuisse diximus,id habeto,q̄ ubi deerit spatiosa ubertas,nō displicebit breuitas,cū itē ad Diuū Vigiliū uētū fuerit,poteris aīum uiri sāctitate oblectare,& mox cruciatus Simonis legendo Hebręorū feritatē detestari, Cōplures quoq; alios paulū à limine egressus offendes,& mitra & galea insignes multa & patiētiæ,& integritatis exēpla edidisse Romana purpura & thorace bellico nō indigna, nec iniucundū fuerit uidere Eporū carceres,exilia,urbis direptiōes,Lutheranā hęresim,rusticorū tumultū,uarias rerū mutatiōes,iucūda spectacula,lautū Tri.cōuiuiū, &,q̄ p̄ loco domesticis īseruim⁹ diuersa externarū gētiū facta,Turcarū aduētū ī Pānonias,frequētes ī Germania cōuēt⁹, oronē p̄ dīligēdo Impator̄,q̄ post multa alia egregia opa copias ī Africā traicit,& potit⁹ uictoria in Gallos mouet,necnō id ēt(ut spo)iuuabit tecū aīo cōsiderar̄ diuersas Trid.peregrinatiōes, qđ te ad publicas & difficiles actiōes subeūdas excitabit,atq; ēt, ut puto,lectori gratū fuerit sine fuco eē q̄ leget, ut nudū nō paliatū corp⁹ ī publicū exierit,q̄ si mō iuenusta cōpositio offēderit, ipsa ueritas(ut arbitramur)delectabit,ex quo huc q̄so aīum intēdite,ut cognoscatis quę uita, qui mores illorū fuerit,quib⁹ auspiciis fundata & aucta sit Prīcipū Tridētinorū dignitas & administratio supra noningētesimū annū repetita,spero uos plura ī recessu inuēturos q̄ p̄missim⁹ ī frōte,q̄ aūt res fuerint min⁹ uenustè cōmemoratę,q̄ fortasse erat expectatio, det̄ uenia infirmitati nr̄ę,& plus tribuat̄ uolūtati q̄ uirib⁹ & labori,cū maximè (qđ ad hebetudinē ingenii accedit) tot molestissimis negociis īuoluti simus,id tm̄ nos in tā graui rerū tēpestate nō parū iuuit,quorundā nobiliū iuuenū studiū,q̄ nō ignauiter quicqđ īdies nos p̄perant̄ cōdebam⁹,pulchrioribus ipsi caracterib⁹ excribebāt,& ex nr̄is primo īpetu editis lituris excipiētes ī numerū nitidi⁹ r̄digebāt:Quā ob rē si p̄ter spem occurrerit ī toto ope qđ iuuet, id potius acceptū referas

& Aliprādo

& Aliprādo Clesio,cui đsiderabam⁹ his lucubrationib⁹ uoluntatē nr̄am testari, & optimis ciuibus Tridētinis studium nr̄um exigentibus, quàm nobis operā præstantibus.

INDEX

Hæc primo libro habentur.

Hermagoras fūdator Eccleſię Trid.
Iouinus Trid.Episcopus.
2 Abundantius Episcopus.
3 Claudianus Episcopus.
4 Magorianus.i. Episcopus.
5 Aspidus Episcopus.
6 Sambacius Episcopus.
7 Valentinus Episcopus.
8 Genialis Episcopus.
9 Fidelis Episcopus.
10 Valerius Episcopus.
11 Guarinus Episcopus.
12 Magorian⁹.ii. Eps.
13 Theodotus.i. Episcopus.
14 Probus Episcopus.
15 Montanus Episcopus.
16 Cyriacus Episcopus.
17 Asterius Episcopus.
18 Vigilius Episcopus.
Templum Geruasio & Prothasio dicatum. (Vigilii miracula.
Sisinius. (Martirius.
Alexander.
Viri cappadoces,sub Ambrosio militāt
Viri cappadoces se ad Vigiliū cōferūt.
Viri cappadoces in Naunes.
Oratio cappadocum ad Naunes.
Thaium oppidum.
Quatuor villæ.
Viri cappadoces martyrio afficiuntur.
Vigilius in Naunes expeditionē parat.
Vigilius Naunes ad fidē conuertit.
Rhomedius uir sanctiſſ.
Thaium opp. (Thauonum opp.
Rhendena prouincia asperrima.
Sarca fl.
Mincius fl.
Vigilius in Rhendenenses mouet.
Vigilius Saturni statuā deicit.
Oratio Vigilii ad Rhendenenses.
Vigilii ad suos cohortatio.
Vigilio parantur supplicia.
Vigilius telis petitur.
Vigilius lapidibus obruitur.
Mortasum uicus.
Trepidatur in vrbe.
Corpus Vigilii deportatur in vrbem.
Busus vellæ.
Salodiani sanguinē colligunt.
Vigilii miracula.
Villa uicus.
Vigilii funus decoratur.
Tēplum D. Vigilio cōsecratum.
Loca Eccleſiæ Trid. dono data.
Rhendenenses exosum hoīum genus.
Vigilii doctrina.
Vigilius contra hęreticos.

Secundo libro ponuntur.

19 Rugippus Episcopus.
20 Quartinus Episcopus.
21 Peregrinus Episcopus.
22 Gratiſmus Episcopus.
23 Theodotus .ii. Episcopus.
24 Agnellus Episcopus.
25 Verecundus Episcopus.
26 Manasses .i. Episcopus.
27 Vitalis .i. Episcopus.
28 Stabliſianus Episcopus.
29 Dominicus Episcopus.
30 Rusticus Episcopus.
31 Romanus Episcopus.
32 Vitalis .ii. Episcopus.
33 Correntianus Episcopus.
34 Siseditius Episcopus.
35 Ioannes .i. Episcopus.

36 Maximinus Episcopus.
37 Mammonus Episcopus.
38 Marianus Episcopus.
39 Dominator Episcopus.
40 Versus Episcopus.
41 Clæmentianus episcopus.
42 Amator episcopus.
43 Hildegarius episcopus.
44 Daniel episcopus.
45 Hempertus episcopus.
46 Odescalchus episcopus.
47 Adelgisius episcopus.
48 Trideberthus episcopus.
49 Gisulphus episcopus.
50 Bertaldus episcopus.
51 Iacobus episcopus.
52 Conradus .i. episcopus.
53 Ioannes .ii. episcopus.
54 Bernardus .i. episcopus.
55 Manasses .ii. episcopus.
56 Lantraminus episcopus.
57 Arnoldus .i. episcopus.
58 Rainoardus episcopus.
59 Vdalricus .i. episcopus.
60 Vdalricus .ii. episcopus.
61 Hartonus episcopus.
62 Henricus .i. episcopus.
Castellarium opp.
63 Bernardus .ii. episcopus.
64 Adelperonus episcopus.
65 Gebhardus episcopus.
Henricus Imperator.
Crudelissimus Imperator.
66 Adelpretus .i. episcopus.
67 Altemanus episcopus.
Corpus D. Maxentiæ.
63 Arnoldus .ii. episcopus.
69 Heberhardus episcopus.
Inter Blecios & Rhendenēses dissidia.
Singularis pugna.
70 Adelpretus .ii. episcopus.
Garda opp.
Castrobarci Ecclesiā Trid. infestāt.
Episcopus à Castrobarcis trāsfigit.
Adelpretus Eps imortalis factus.
71 Salomon episcopus.
Templum Sanctæ Crucis.
72 Alberthus .i. episcopus.
73 Conradus .ii. episcopus.
74 Federicus episcopus.
Turris vvanga.
Dissensio p eligendo Imperatore.
Federicus episcopus Hierosolymā proficiscitur.
75 Adelpretus .iii. episcopus.
76 Gerardus episcopus.
77 Aldrigetus episcopus.
78 Engnomus episcopus.
Ecelinus.
Veronenses Trid. diripiunt.
Menihardus Dux Trid. occupat.
79 Henricus .ii. episcopus.
Menihardus accusatur periurii.
80 Philippus episcopus.
Philippus ariuabenus physicus.
Philippus ariuabenus archieps.
Menihardus epatum infestat.
81 Bartholomeus episcopus.
82 Henricus .iii. episcopus.
83 Nicolaus episcopus.
Ludouicus brandeburgensis.
84 Gerardus .ii. episcopus.
85 Ioannes tertius episcopus.
Riua opp.
Garibaldus rex Langobardorum.
Reges Langobardorum ex gente Bauara.
Lupus dux Foroiulienssium.
86 Menihardus episcopus.
87 Alberthus .ii. episcopus.
Legatio Trid. ad Archiducem Austriæ.
Ludouicus Bauarorū Dux.
Commiseratio Trid.
Misera ciuitas.
Austrialis opem pollicetur Trid.
Legatio Austrialis ad Bauarum.
Ludouicus bauarus ferociter rndet.
Læta ciuitas.
Libertas Trid. restituta.
Supplicatio decreta.

Liber tertius continet.

88 Georgium .i. Episcopum.
Benenzanum.
Tridentinos trahere Epum in uincula.
Commiserationem Episcopi.
Bellenzani orationem ad populum.
Bellenzanum principatum affectare.
Viros cubicularios capite damnatos.
Immane spectaculum.
Complorationem Episcopi.
Præfectum in Trid. mouere.
Bellenzani cohortationē ad populum.
Ciuitatem capi.
Bellenzanum interfici.
Federicum Austriæ Archiducem.
Ornamenta Ecclesię Trid. per Clesium Card. recuperata.
Tolerantiam optimi Episcopi.
Ioannem de Isnina.
Ernestum.
89 Alexandrum Episcopum.
Theobaldum electum Epm.
Benedictum Abatem.
90 Georgium .ii. Episcopum.
Nicolaum .v. Pont. Max.
Philippum Med. Ducem.
Franciscum Sfortiam.
Amadeum de Pontificatu eiectum.
Iubileum.
Amoratum Turcarum Imp.
D. Bernardinum Senensem.
Federicum Imp.
Constantinopolim captam.
Constantinum Imp.
Epm Bolgianum profugere.
Sigismundum Archiducem in Trid.
Trid. Episcopum reuocatum.

Liber quartus complectitur.

91 Ioannem .iiii. Episcopum.
Virginis simulachrum.
Iubileum.
Symonis martyrium.
Symonem puerum capi.
Feritatem Iudęorum.
Exclamationem populi in Iudęos.
Exclamationem in Principes.
Commiserationem parentum.
Corpus Symonis occultari.
Leges & ritꝰ Iudæorū i Chrianā fidē.
Iudæos supplicio affectos.
Sacellum Symoni dicatum.
Aquam in arcem deductam.
Vallis Naunum & Solis defectiōem.

Libro quinto leguntur.

92 Vdalricus .iii. Episcopus.
Trid. regio metallorum ferax.
Veneti Trid. bello inuadunt.
Singularis pugna.
Veneti repulsi.
Ruberthus sanseuerinus p̄lio uictus.
Pons Auisii torrentis.
93 Vdalricus .iiii. Episcopus.
Castrum Cornu.
94 Georgius .iii. Episcopus.
Veneti in agrum Trid. mouent.
Petra opp. oppugnatur.
Callanus uicus incenditur.
Episcopi uerba ad milites.
Virtus Tridentinorum.
Germanorum uictoria.
Veneti ab oppugnatione reiecti.
Veneti à Gallis acie superati.
Georgius ab oībus desideratus.
Veronenses fidelis.
Trid. beneuolentia in Episcopum.
Funus Georgii Episcopi.
95 Bernardus .iii. Clesius Episcopus.

Libro sexto traduntur.

Tridentum.
Anaunium.
Naunum opp.
Naunus fl.
Descriptio uallis Anaunii.
Clesum opp.
Ferax solum.
Anaunium Trid. vrbis horreum.
Irrigua pascua.
Anaunium clarorum uirorum mater.
Clesianus conuentus.
Origo Clesiorum.
Harpo Bernardi Card. proauus.
Georgius Ber. Card. auus.
Georgius heros magnanimus.
Aliprandus Ber. Card. pater.
Balthassar.
Michael.
Bernardus.
Iacobus.
Ioannes.
Georgius.
Sigismundus Aliprandi filii.
Fratres unanimes.
Præclarum fraterni amoris exemplũ.
Natalis Bernardi Card.
Bernardi pueritia.
Ber. bonis studiis uacauit.
Ber. adolescentia diligenter custodita.
Veritas & historica fides.
Ber. facili ad amandum ingenio.
Ber. homo gratus & officiosus.
Ber. ab omnibus desideratus.
Quibus honoribus functus est Ber:
Bononia multis calamitatibus concussa.
Iulius summus Pont.
Ber. in multis periculis uersatus:
Ber. canonicus Trid.
Ber. in patriam reuertitur:
Ber. protonotarius Apostolicus:
Ber. Archidiaconus Trid.
Ber. senator in ponte Aeni.
Ber. Episcopus creatus.
Dignitas Episcopalis.

Libro septimo sunt.

Ber. cura sacrorum.
Frequens hominum numerus.
Ingens pompa.
Spectacula.
Simulachrum pugnæ.
Vinum ex fonte emanans.
Arcus erecti.
Ciuitas ornata.
Liquores odorati.
Auium concentus.
Aræ uicatim positæ.
Episcopus in templum progreditur.
Dines sacrorum apparatus.
Suauissimi odores.
Celebrantur sacra:
Cœna lautè instructa:
Triclinia:
Temperatum conuiuium.
Conuictores temperati.
Varii in cœna sermones.
Diuersi cantus.
Diuersæ recitationes.
Lætum conuiuium.
Varia spectacula:
Controuersia Brixinen. Episcopi cum Tridentino.
Sapiens Episcopus Trid.
Trid. literæ ad Brixinen:
Clesii eloquentia.
Trid. uehementia.
Trid. à Cæsare laudatus.

Libro octauo describuntur.

Trid. Veronæ præfectus.
Conuentus Augustanus:

De

De eligendo Cæsaris successore.
Maximilianus Imp. moritur.
Trid. Inspruchã profectus.
Commissarii electi.
Concilium Franchfordiæ.
Oratio Trid. ad electores, p Imperatore eligendo.
Vetustissima Austrianorum origo.
Federicus Barbarussa Imp.
Rudolphus Imp.
Alberthus Imp.
Alberthus Imp.
Maximilianus Imp.
Educatio Caroli.
Scientia.
Virtus.
Innocentia.
Temperantia.
Facilitas.
Fides.
Humanitas.
Auctoritas.
Felicitas.
Carolus. v. Rex Ro. electus.
Federicus Co. Pal.
Trid. Princeps fortiss.
Carolus in Flandriã traicit.
Aquisgrana Eburonum vrbs.
Singularis pompa.
Carolus. v. coronatur.
Belgradum.
Burmantiæ concilium.
Loca Episcopatui restituta.
Trid. in aulam reuocatur.
Trid. Cæsari chariss.
Trid. in Austriã orator designatus.
Rex Gallorum captus.
Maria Lud. regis Vng. uxor.
Anna Ferd. regis uxor.
Trid. magnificum principem.
Trid. ex Pãonica legatiõe fuertit.
Diuisio prouinciarum.
Trid. Regi gratiss.
Tornacum vrbs expugnatur.
Rhodos capitur.
Conuentus Norimbergæ.
Conuentus Norimbergæ.
Conuentus. iii. Norimbergæ.
Concilium Ratisponæ.
Lutherana hæresis.
Thomas Montzer.
Andreas Carlstadius.
Lutheri Schola.
Lutheranæ sectæ principium.
Rusticorum tumultus in Germania.
Causæ tumultus.
Lamentatio agricolarum.
Lutherus ad libertatem hortatur rusticos.
Rustici arma capiunt in nobiles.
Rustici dato signo oppida inuadunt.
Machinæ ligneæ inuisitatæ.
Furor rusticorum in Germania.
Sueui gens ualida.
Georgius Truchses copiarum Imp.
Rustici multis præliis attriti.

Libro nono memorantur.

Tumultus rusticorũ in agro Brixiñ.
Castellati uerba p rep. administrãda.
Sexdecim uiri electi.
Factiosi ciues.
Ad portam Brixianam pugnatur.
Miserabilis ciuitas.
Agricolæ concitant finitimos in Trid.
Conuentus rusticorum Marani.
Baptista Spaniolus
Eps per legatos in vrbem reuocatus.
Legati Naunum ad Ferd. contra Epm.
Conuentus Inspruchæ.
Rustici ad iuramentum uocati.
Petrus Busius uir egregius.
Petrus Busius ad agricolas oronẽ hẽt.
Snía rusticorum in Petrum Busium.
Rustici columbarium oppugant.

Petrus Busius combustus.
Laborat res Trid.
Episcopus contrahit auxilia.
Georgius Pullherus cæsus.
Exhortatio rusticorum in Principes.
Rusticorum coniuratio in Trid.
Conueniunt rusticorum cateruæ.
Bellum Trid. indicitur.
Munitur ciuitas.
Oratio Gerardi Co. Arci ad ciues.
Rusticorũ exercit⁹ ad ciuitatẽ cõtẽdit.
Rustici ciuitatem obsident.
Rustici à custodibus vrbis delusi.
Spaniolus erumpit in agrestes.
Ludouicus Lodronus.
Gerardus Arci.
Franciscus Castellaltus.
Res rusticorum deplorata.
Germani pedites.
Rustici coguntur ad nouum sacrum.
Thomas Frunspergus.
Rustici in concionem uocati.
Verba Castellalti contra rusticos.
Supplicium de rusticis sumptum.
Expeditio in Naunes.
Ciuitas metu liberata.
Damnantur coniuratorum duces.
Oratio rusticorum ad Trid. Epm.
Responsio Principis ad rusticos.

Liber decimus hęc amplectit.

Diuortium inter regem & reginam Britannorum.
Oecolumpadium Basileæ.
Conuentus Augustanus.
Guasmar hæreticorum Dux.
Conuentus Spiræ.
Turcarum Rex in Pãnoniã mouet.
Ludouicus Rex Pãnonũ in acie cadit.
Strages Pannonum.
Ferd. Rex Boemorum coronatur.
Anna Boemorũ regina coronatur.
Moraui in nomen Regis iurant.
Ioannes Sceptusiensis.
Vaiuoda Rex Pannonum.
Vaiuoda prælio uictus.
Vaiuoda quater acie profligatus.
Ferd. Pãnonum rex coronatur.
Anna Pãnonum regina coronatur.
Trid. supremus cancellarius.
Conuentus in Boemia.
Conuentus Spiræ.
Auxilium contra Turcas.
Ferd. regis Ferdinandi filius.
Turcarum aduentus in Pannoniam.
Boemorum exercitus in Turcas.
Turcarũ discessus ex Pannonia.
Trid. post multos labores ĩ pr̃iam r̃dit.
Aliprandus Clesius vxorem ducit.
Trid. pro Rege Bononiã proficiscit.
Viri doctissimi in Germania.
Trid. magno apparatu Bononiam ingressus.
Carolus Imp. Bononiæ coronatur.
Trid. Cardinalis creatus.
Pacata Italia.
Florentia vrbs.
Imp. Carolus Mantuã uenit.
Cæsar à Trid. hospitio susceptus.
Ferd. rex Cæsari ex tẽpore apparuit.
Congressus duorum Regum.
Cæsar cũ Rege Inspruchã uenit.
Conuentus Augustanus.
De hæresi Lutherana disputatum.
Datur Ferd. prouinciarum possessio.
Spectaculum equestre.
Conuentus Colonienſis.
Trid. oro p Ferd. Rege Ro. eligendo.
Ferd. rex Ro. electus.
Ferd. rex Ro. coronatur.
Trid. publicã salutem suæ pręponit.
Trid. peregrinatio in Boemiam.
Conuentus Boemiæ.
Concilium Ratisponæ.
Zuuinglius hæreticus.

Heluetii

Heluetii in factiones diuisi.
Heluetii Christiani.
Heluetii Zuuingliani.
Zuuingliani ter prælio uicti.
Zuuinglius confossus moritur.
Concilium Inspruchæ.
Trid. cõuiuium Inspruchæ.
Conuentus Ratisponæ.
Conuiuium Trid. Ratisponæ.
Trid. omnibus gratissimus.
Trid. ab omnibus diligitur.
Faciles & benigni mores Trid.
Nunciatur Turcarum aduentus.
Belli apparatus contra Turcas.
Trid. adisse multa pericula pro fide.
Trid. pro Christiana rep. multa gessisse.
Turcæ Pannoniam bello inuadunt.
Ginzium opp. oppugnatur.
Turcæ agros incursionibus infestant.
Equitatus intercluſus.
Turcæ suos equos confodiunt.
Equites Turcarum trucidati.
Turcarum discessus ex Pannonia.
Virtus Christianorum.
Cæsar in Italiam reuertitur.
Trid. fides & constantia.
Conuentus Inspruchæ.
Hieronymus zara orator.
Trid. cupit ad ocium perfugere.
Trid. pro Rege orator.
Oratores à Dauide æthiopiæ rege.
Sulthani orator ad Regem Ferd.
Ictum pacis fœdus inter Regem & Sulthanũ.

Libro undecimo ostenduntur.

Pax cum Turcis.
Conuentus in Boemia.
Certatur pro ducatu vvirtemb.
Dux vvirtemb. ducatum recuperat.
Cadani conuentus.
Disceptatur pro ducatu vvirtemb.
Variæ dictæ sententiæ.
Trid. oratio pro ducatu vvirtemb.
Trid. oratione in concordiam itum est.
Ducatus vvirtẽb. pheudum Archiducum Austriæ.
Trid. domum reuersus.
Trid. Romam profectus.
Paulus .iii. Pont. Max. creatus.
Agitur de regno Pannonum.
Trid. Viennam petit.
Carolus Imp. fortiss.
Carolus exercitum conscribit.
Tunissa Africæ metropolis ui capta.
Trid. ad Cæsarem orator Romam pergit.
Disceptatur pro habenda synodo.
Trid. concilium habendum esse uehementer disputat.
Concilium Mantuæ indictum.
Quo apparatu suscipiendus sit Cæsar.
Aduentus Cæsaris in vrbem.
Trid. ab vrbe ad Regem digressus.
Trid. fides & cõstantia in Regem.
Frãciscus Sforria Dux Med. moritur.
Frãciscus rex Gallorũ ĩ Taurinos mouet.
Cæsar in Gallos educit.
Trid. pacis cupidus.

Libro duodecimo occurrunt.

Cæsar inuitus in Gallos rapitur.
Cæsar in Narbonensem galliã descendit.
Gallus Cęsari ad Rhodanum occurrit.
Cæsarianorum uirtus.
Bellum difficile.
Cæsar in Liguriam reuertitur.
Vir sapientiss. Trid.
Apparatus pro rege Ferd. suscipiendo.
Bolgiani conuentus prouincialis.
Suaue ingenium Trid.
Tridẽtini Regi uenienti obuiã pdeunt.
Trid. porta egreditur.
Regibus obuiã itur.

Ferd. Rex Trid. vrbem ingreditur.
Conuiuium oppulentiſſimum.
Varii generis ludicra.
Diuerſorum generum faces.
Sodomum
Gomorrum opp.
Nuptiæ Vrſulæ Ludouico Lodrono nuptæ.
Regis diſceſſus Tridento.
Trid. liberalitas.
Petrus Vorſius nuncius Apoſtolicus.
Concilium Tridentino nunciatum.
Gratianus conuentus.
Caſtra recuperata.
Caſtra inſtaurata & adornata.
Templa reſtituta.
Vrbs ornata.
Trid. renouatum ornatumq;.

Domus Trid. Card.
Bibliotheca uoluminibus referta.
Palatium commodè ædificatum.
Fons in area amœnus.
Ornatiſſima area.
Fons in uiridario.
Interioris domus ornatus.
Superbus apparatus.
Comitas & benignitas Trid.
Integer Princeps.
Habitatio Tridentini.
Supellex Trid. nobiliſſ.
Aulici mores.
Trid. delectum uirorum habet.
Moderatus Princeps Trid.

prandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerariũ De Vitis Pont. Trid. Liber primus.

A b his incunabulis creuit Ciuitas Tridẽtina, quæ pro tẽporum conditionibus diuerſum gubernandi genus ſortita eſt, qualis tamẽ fuerit Tridentinorum prima à partu ætate adminiſtratio, non ſatis conſtat, nec noſtra eſſe arbitramur perquirere, tum quia tam longè rem petere moleſtus eſſet labor, & legentibus parùm conduceret, tum quia id ab inſtituto noſtro alienum putamus, qui propoſuimus ab eo tantùm tẽpore hiſtoriam ordiri, quo Sacerdotes, ſeu Epiſcopi Eccleſiã (hoc autem uerbo citra reprehenſionem utamur) regendam cepere, cùm igitur uehementes illi tanquàm præcones Chriſti ſeruatoris noſtri Apoſtoli (ſic eos fides Chriſtiana appellat) uniuerſum terrarum orbẽ peragrarent, & diuina tuba latè intonantes populos ex nouo teſtamento cœlorum hæredes factos ad ſuſcipiendas benè uiuendi leges uocarent, & Euangelicam doctrinam docendo uiriliter tuerentur, Tum Hermagoras Aquileiæ ciuis & Epiſcopus ſub diui Marci diſciplina religioſè educatus Eccleſiam Tridentinam, quam conſtat eſſe antiquiſſimam, fundauit, atq; illi Iouinum præpoſuit, quod factum fuiſſe colligitur circiter quadraginta annos ab aſcenſione Chriſti. Iouinus igitur, ut à ſacris ſcriptoribus memoriæ commendatum eſt, omnium primus Eccleſiæ Tridentinæ augurato præfuit, deinde, quos ordine ſubiecimus, Abundantius, Claudianus, Magorianus, uel, ut alibi, Magorius primus, Aſpidus, Sambacius, Valentinus, Genialis, & qui Fidelis dictus eſt, ſacrorum curam tanquàm per manus traditam ſubiiſſe memorantur, poſt eos autem Valerium, Guarinum, ab aliis Quartum nominatum, Magorianum ſecundum, Theodotum primum, Probũq; ſuffectos ſediſſe comperimus, Montanum uerò quintum decimum locum tenuiſſe, qui omnes de more electi Sacerdotes continuata ſerie ſucceſſere, quorum nulla omninò præterquàm ſolius nominis extat memoria, & nuda tantùm uocabula: ſunt qui opinati fuere, quos narrauimus omnes à Iouino ſacerdotio tantùm uerendos Eccleſiam curaſſe, quorum opinio eo adiuuatur, quod apud aliquos ſcriptores legere eſt Iouinum animarum curatorem duntaxat præsbyterum uocatum, Cyriacum uerò primum Tridentinorum Epiſcopum fuiſſe, & qui deinceps ſubſecuti ſunt reliqui omnes Epiſcopali dignitate decoratos,

Hermagoras fundator Eccleſiæ Trid.
Iouinus Trid. Eps primus.
Abundantius Epſ ij.
Claudianus Epſ. iij.
Magorianus. i. Epſ iiij.
Aſpidus v.
Sambacius ſextus.
Valentinus vij.
Genialis vij.
Fidelis. ix.
Valerius x.
Guarinus xi.
Magorianus. ij. epſ xij.
Theodotus i. epſ. xiij.
Probus xiiij.
Montanus xv.

grauioriq; reuerentia à ſuis habitos, penes quos ſummã rei fuiſſe etiam auctores ſunt, cæterũ qui ſacros annales ſcripſere affirmant Iouinũ primum Tridentinorũ Pontificé appellatũ fuiſſe, Vigiliũ itẽ decimũ octauum Epm lapidibus petitũ pro Chriſto obiiſſe, horũ opinionem ſi ſequi maluerimus, fateri neceſſe fuerit ipſum Iouinũ, & qui illi ſucceſſere omnes Epiſcopos fuiſſe, nos huius ambiguitatis cãm ſuſpicamur, q; pditum ſit in prima Eccleſia præſbyteros, quos paſtores uocabant, nihil ab Epis differre, niſi q; hi mitra uterentur, illi baculum tm paſtorale gererent, cũ tñ ex antiquis Eccleſiæ inſtitutis Epi eſſent: cõiectura eſt igitur Iouinũ, & qui eũ ſecuti ſunt uſq; ad Montanũ mitræ ornamento caruiſſe, atq; ea de cauſa à multis Epos nõ exiſtimatos, Cyriacũ uerò primũ mitræ uſum ſumpſiſſe, iccircò primũ Tridentinorũ Epm uocatũ fuiſſe, cęterũ hæc ſicuti à memoria noſtrorũ tẽporũ remota ſunt, ita ẽt obſcura cognitu, atq; incerta, utpote quæ eius ætatis negligentia, ut plæraq; alia, interierint, Verũenimuero ne aberremus, dũ curioſius ſingula pſcrutamur, quo cœpimus ordine ſliqua cõmemoremus: Mõtano igit̃ ſucceſſit Cyriacus, illi Aſterius, cui Vigilius ꝺcimus octauus Eps ad trecenteſimũ octuageſimum tertiũ annũ à natali Chriſtiano ſubſtitutus eſt, de quo, qa eius nomen multis miraculis claruit, æquũ eſt uberius dicere. Vigilius pria Romanus fuit, quẽ Honorio ac Theodoſio iperãtibus ortũ tradunt hiſtoriæ, ſed quo anno incertum eſt, matrẽ habuit Maxentiã mulierẽ præclaram nobili familia Romæ natã, fratres duos Claudianũ & Magorianum habuit: Maxentia (ut ſacri teſtant̃ annales) Gratiano, Valẽtiniano, & Magno Theodoſio Impatoribus, ſeu caſu, ſeu diuinitus monita relicta patria ſuperatis Apœnini iugis, lõgo & moleſto itinere defatigata cum filiis Tridentũ tandem puenit, ubi benignè ſuſcepti omnes iure ciuitatis donati ſunt, iam tũ à pueritia Vigilius uitã agebat ſligioſiſſimã, qui ad ſtudia bonarum artiũ Athenas vrbẽ ea tẽpeſtate clariſſimã miſſus Philoſophos audiuit, ueritatẽq; Euangelicã didicit, & animũ optimis p̃ceptis excoluit, quare cũ ſacras lr̃as probè doctus ſapiẽtiæ ſtudio pręſtaret, Tridentum reuertit̃, ubi doctrinæ excellentia, & uitæ ſanctitate ab omnibus fuit deſideratus, maximoq; in honore habitus, nec hoĩum quidem expectationẽ diù fruſtratus eſt, breui etenim integritatis ſuæ teſtimoniũ dedit nõ ambigendũ, ex his manifeſtũ eſt Vigilium à teneris Tridentum cũ matre delatũ, & inde Athenas pfectũ: Verũ alii memoriæ reliquere Vigilium Romæ ſtatim traditũ diſciplinis liberalibus erudiẽdum, mox ab vrbe Athenas miſſum, ex Græcia uerò cũ rediiſſet benè inſtitutus aliò cogitaſſe, quo apparet Vigiliũ prius literis profeciſſe, quàm ab vrbe Tridentum diſcederet, & Maxentiam matrem non extitiſſe itineris ducem, ſed potius filii auſpicia comitem ſub Alpes ſecutam, utram uelit opinionem lector ſequatur, nos quæ tradita ſunt literis, licet diuerſa, tacere non æquum eſſe duximus, ne uideremur, aut imperitia, aut negligentia, aut potius iniquitate ea ultrò præteriiſſe, quæ hiſtorica fide, & diligentia

Cyriacus eps. xvi.
Aſterius eps. xvij.
Vigilius eps xviij.

diligentia exiguntur, Mortuo autem Aſterio, Vigilius uigeſimum annum natus ab Aquileienſi patriarcha, quò uocatus ſe cõtulerat, de more cõſecratur, & Eccleſiæ Tridentinæ inuitus p̃ficitur, qui Dei plenus & flagrãs ſpiritu ſuum eſſe cognouit nauare operã, ut publicæ animarum ſaluti conſultũ eſſet, quãobrem multos, qui reliqui erant, ex uanis Idolorũ aris ad Chriſtianũ ritum ſuadendo cõpulit, qui ut uerę religionis cultu firmius tenerent̃, Tẽplum in urbe apud forum erexit Diuis Geruaſio & Prothaſio dicatũ, in quo cæcos, ſurdos, mutos, & omnium generũ ægros, manu impoſita, & more Apoſtolorum ſigno crucis impreſſo liberauit, cœterum, nec ſuos tantũ curare, ſed & alienis opẽ ferre pium eſſe exiſtimauit, in Veronenſi.n. & Brixiana diœceſibus malorum dęmonũ ſimulachra ubiq; euertit, & rẽ Chriſtianã auxit, ibiq; templa ſupra triginta ædificauit. Fuerũt eadẽ tempeſtate tres uiri ſanctitate uitæ, & euãgelica eruditiõe uenerãdi, Siſinius, Martyrius, & Alexãder natiõe Cappadoces, q (ut tradũt litterarũ monumẽta) ducẽte Dei ſpiritu Mediolanũ profecti ad Ambroſiũ ſanctiſſimum urbis Epum diuerterũt, á quo perhumanè ſuſcepti ſunt, Ambroſius.n. cũ aſſiduè aduerſus eos confligeret, qui in ea erant hæreſi, quæ nullũ ſequit̃ ueritatis fructũ, multos homines & probos, & conſtãtes cõſcripſerat, ualidiſſimãq; uirorũ fortiũ aciem inſtruxerat ad expugnadã eorũ pertinaciã, quos ea ætas ueluti ſæuientes beſtias in religionem noſtrã tulerat, eo in loco, uiri Cappadoces diuinis ſtipendiis bellũ gerentes Epi Mediolanenſis ductu, ſæpenumero cum hoſte manũ cõſeruerunt, & aduerſariorum copias pugnando profligarunt, ut magno in diſcrimine ſpectata eorum fortitudo ab oĩbus ſummopere laudaret̃, ubi aũt in agro Inſubriũ glorioſè meruiſſent, audita Vigilii uirtute, qui ſub alpes Tridẽtinas pro Chriſto uenerat militatũ, eò ſe accingũt, quos utpote de rep. Chriſtiana benemeritos, Vigilius alacri animo cõplexus ad militares dignitates promouit, & ſui regni conſortes fecit, tũ forte Naunũ gentes præter cæteras uiolentæ in Chriſtianã religionẽ pertinaciter pugnabant, quò cum adire nõ poſſet Vigilius, in aliena iuriſdictione occupatus, & pluribus in locis uno tempore bellandũ eſſet, rei ſuæ eſſe putauit, Cappadoces uiros fortes in Naunes mittere, ubi opus erat & ſumma ui ad repellendũ earum gentiũ furorẽ ab iniuriis diuinę culturæ, & docta oratione ad leniendã Mõtanorũ feritatẽ, iuſſi Cappadoces extẽplò mouẽt duces quidẽ ad id belli nõ inertes, ubi uallẽ ĩgreſſi ſunt, ſe non ueniſſe aiunt agros prædatum, nec ſibi animũ eſſe in tecta, & ſtabula ignem coniicere, armentaq; & greges ex montibus abigere, ſibi à Vigilio Tridentinorũ Pontifice id negocii datum, ut Naunũ puinciã ab his tuerent̃, qui ſuadẽt inferos Dęmões colẽdos eſſe, & quę per deuia longè aberrarunt, animas ſub ſolem ducerent, propterea qa noſtrũ eſt (inquiũt) Euãgelicã ueritatem promulgare, populoſq; ad ſacrificia cœlitus inſtituta cõuocare, Vos p deos ĩmortales oratos uoli-

Templum Geruaſio et Prothaſio: D. Diui Vigilij miracula.

Siſinius. Martyrius. Alexãder.

Viri Cappadoces ſub Ambroſio militãt.

Viri cappadoces ſe ad Vigiliũ cõferunt.

Viri cappadoces in Naunes.

Oratio capp. ad Naunes.

mus perdite iſta malorum Dęmonum ſimulachra,euertite,quæ uos fallunt,aras inferis poſitas,Deo ipſi æterno templa erigite, ſalutiferũ Crucis uexillum,quam per multos uiarum anfractus, & quæ ferunt̃ per rupes flumina,ad uos miſſi tulimus,ſupplices nobiſcũ adorate, & ſub Deo uno ſtipendia facite. Cæterùm cùm uiri ſanctiſſimi ſuadẽdo parum proficerent,egrediunt̃ quottidie in aciem, & aduerſarios aggreſſi undiq; oppugnant, quos ut uehementius permoueãt, pro ſuggeſto concionantes ad Chriſtianã religionem conſtanti animo hortantur,aperiunt profundos Euangelicæ lectionis ſenſus, rogant obteſtanturq; iniquos Dęmones & tectis & agris eiiciant,Dei militiam diſcant, Deum unum ſibi adorãdum proponãt,confligũt ubiq; acerrime,& rem omnem agunt ſtrenuè,ſtudentq; multis modis, aut hoſtẽ in partes ſuas trahere, aut cõtumacem debellare, at laruati homines reclamant,contenduntq; Deos ſuos à maioribus acceptos:& iam ipſa uetuſtate uenerandos exquiſitiſſimis etiam ſacrificiis adorandos eſſe, quos ſi quis auſus fuerit uiolare, mortem cõminantur acerbiſſimam.

Thaium opp.

Hæc gerebantur apud Thaium eius uallis oppidũ,quem ſatis liquet noſtro tempore uicum eſſe,quò conuenerat frequens, & promiscua hominum multitudo, ut audirent, quæ renunciata fuerant de uiris Chriſtianis. Verùm ne de loco quid ambigatur,animaduertere oportet non in uico Thai,ſed apud Thaium,in ulteriori,quæ è regione eſt,

Quatuor ville.

Nauni fluminis ripa,rem actã fuiſſe,ubi nunc ſunt,quæ uulgo Quatuor Villæ nominant̃, quo in loco conſtans eſt omniũ incolarũ opinio Martyres ultimo ſupplicio affectos. Vt uerò cognouerunt Viri optimi pertinaces homines ab Idolorũ aris abduci non poſſe:ne qd per ignauiam & formidinẽ ſibi omiſſum eſſe uideretur, conãtur deteſtandum ſacrificandi genus ui prohibere,& uecordiam multitudinis deterrere,ſed id potiſſimum inhibent in templo Chriſtiano paulòantè conſecrato fieri inferis ſacrificia,quod illi iniquo animo ferẽtes,hoſtias de more ſuæ gentis mactandas ex Chriſtiana domo deturbari, uehementius exandeſcunt,nec ultrà differri ſupplicium ſuſtinentes feritatis habenas laxant,& in ſanctiſſimos uiros impetũ faciunt, Siſinnium,qui primus in illa religiõe Eccleſiam fundauit, uulneribus defaticatum ſternunt,Martyriũ officio antelucano ſeruire ſolitum,cùm in hortum ſeceſſiſſet,captum telis occupant, Alexandrum & cum eo

Viri Cap. Martyrio afficiũtur.

hoſtiarium,quo deprehenſi ſunt loco,pœna afficiunt,eorũ autem cadauera per rupes cruore aſperſas tracta in rogum, quem ex trabibus de culmine Eccleſiæ deuolutis conſtruxerant, multis iniuriis dehonestata coniiciunt, Verùm eorum oſſa,qui ſe pro cõmuni ſalute deuouerant, flammis inexpugnabilia poſteris ſeruata ſunt. Celebrarem pluribus,ſi per infirmitatem ingenii liceret,præclara uirorum fortium geſta,ſed temeritatis eſſe exiſtimo,quæ humano ingenio deprehendi non poſſunt,audacter laudibus proſequi,cùm glorioſius ſit, eos ſilentio præterire,

tio præterire,quorũ uirtus probata eſt,q̃ illepidè cõmẽdare: ſpecioſa. nam facta rudi ſtylo attractata coinquinantur,& quæ per ſe eluceſunt,ſæpenumero ſcriptorũ imperitia obſcurant̃.Dum aũt Montani piorũ cæde cõmaculati,ueluti opimis ſpoliis potiti,elato animo exultant, affert rumor Vigilio, qui tũ i peregrina diœceſi anxius de rep.Chriſtiana laborabat,in Naunũ prouincia trepidatũ,& atrociter conflictũ fuiſſe, Cappadoces uiros egregios,dũ cõſtanter dimicant aduerſus prophanũ vulgus,cõcidiſſe,& igni cõcrematos inter dira ſupplicia expiraſſe, ſed iã ille,anteq̃ hæc nunciarent̃,illorũ animas (ut à ſacris hiſtoriarũ ſcriptoribus memoriæ fideliter cõmendatũ eſt) ſerena die, ac tranquilla luce cõſp exerat ſublimes,& in Cœlũ raptas p Angelos ad Deũ ferri, quã ob

Vigilius in Naunes expeditionẽ parat.

rem Vigilius ammiſſis in prælio ſociis dolens,& Eccleſiã ſuam magnis defenſoribus orbatã,& infidã gentẽ ſua cõtumacia iri pditũ,ad eã expeditionẽ extẽplò accingit̃, & cũ Diacono ſuo in bellũ periculoſum ꝓficiſcitur eo animo,ut uel ferã nationẽ euãgelica uirtute deuictã Deo reddat obedientẽ, uel ipſe p tormẽta & ignes animã (qđ unum optabat) cœlo reſtituat,quãuis ciues moleſtè ferrẽt ſui Epi ab urbe ꝓfectionem, ſtuderẽtq; eum precario ab eo cõſilio auertere,ſed Vigilius ductus quo flagrabat,ſpiritu,fertur in diſcrimina,ubi aũt ad p̃cipitẽ eius uallis torrentem uentũ eſt,quẽ Rinaſecũ ſiue Riuũ ſancti Petri nominãt, diſcalciatis inquit pedibus,eamus ad gentẽ nudã,& ſuperato flumine multitudinẽ nũciato Epi aduẽtu, multis ex partibus cõfluentẽ benignè excipit,ubi dũ altaria Dęmonũ de montibus p ſaxa & ſcopulos præcipitari debere propalã exclamat,populũ uehemẽter mouet,eumq; dũ attentè audit flagrãti ſpiritu accendit,ut fracta turbæ ptinacia omnes eius uallis incolas ad Chriſtianã religionẽ reuocauerit,ſubacta aũt Naunũ prouincia:glorioſus Põtifex reliquias Martyrũ Tridẽtũ deportauit, quarum partẽ Simpliciano Mediolanenſiũ Epo,qui Ambroſio ſucceſſerat, dono dedit,quas ille ſingulari reuerẽtia ſuſceptas nobiliſſimo ſepulchro ad id cõſtructo honorificè cõdidit. Interea Vigilio de rep.Chriſtiana ſolicito Rhomedius à Thauro uir nobilis,ac Deo mirificè gratus Roma,

Vigilius Naunes ad fidem conuertit.

Rhomedius vir ſanctiſſimus.

quò peregrè profectus fuerat cũ Abraha & Dauide laborũ ſociis reuerſus capita hominũ ſupra mille,quos ipſe ad Euãgelicã fidẽ cõuerterat, cũ poſſeſſiõibus Eccleſię cõparatis Diuo Vigilio reliquit, qui cũ in caſtrum,qđ Thaiũ diximus uocitari,cũ ſuis ſe recepiſſet, eo tandẽ in loco ubi paulò antè Martyres paſſi fuerãt,mortẽ obiit feliciſſimã,cuius nomini templũ in mõte erectũ hodiè quoq; eſt miraculis celebre. Extant nr̃is tẽporibus nobiles (ut vulgus nominat) đ Turri,qđ nõnulli quibuſdam ducti cõiecturis uolunt Thaurũ eſſe Rhomedii patriam,eſt.n.uicus ad duo millia paſſuũ diſtans à Thaio,uerũ in eorũ ſententiã libẽtius ierim, qui affirmãt inter Aeni pontẽ hodiè Iſprucã & Alã oppidũ locum eſſe, quã Thauri arcẽ uocãt,unde Rhomedius originẽ habuiſſe creditur, ut Thauri natus ſit,apud Thaiũ uerò ſepultus, licet alii contendant eum iuxta Thauonũ uita deceſſiſſe,apud quẽ illi templũ fundatũ ẽ, quo im-

Thaiũ op. Thauonũ opp.

pẽsius colit̃,sed necesse ẽ,aut scriptores d̃ loci noie iter se aptè dissẽtire, aut qd potius arbitramur,ambigua appellatiõe,& quasi silʼdine dceptos, Thaiũ & Thauonũ eũdẽ locũ existimasse,solet.n. error sæpenumero ꝓpter uicinitatẽ noĩs obrepere,cũ manifestũ sit Thauonũ diuersum esse à Thaio,à quo abest,ut affirmãt ẽt eius regionis incolę,quatuor millibus passibus,Thaiũ igit̃ legendũ esse crediderim,cũ cognitũ sit, & idẽ ter oẽs cõueniat Rhomediũ ibi uita functũ,ubi Viri Cappadoces exusti sunt,eos aũt ostẽdimus sacros annales secuti apud Thaiũ humanos labores finisse,neutrũ tñ nos ꝓtinaciter tueri ꝓgimus,sed noluimus hæc reticere,ne de eo loco cõtrouersia esset,cui cõtigerit tãti uiri funestũ diẽ deflere,& lacrũ corpus,anteq̃ coleret̃ in terris,cernere. Verũ enimuero restabat ad supremã Vigilii felicitatẽ Rhendena ꝓuincia quidẽ asperrima,nec sine graui labore subigenda,ea uallis est in alpibus se ad Italiã inclinantibus,quæ nũc iter fines Tridẽtinos annumerat̃ altissimis rupibus circũsepta,ꝑ quã fluuius,qué uulgò Sarcã uocãt, labit̃,sed pitiores Minciũ eũ esse arbitrant̃,unde Benacus exorit̃,à quo effusus idẽ tũ notior Mincius Mãtuã solã trãs Padũ Hetruscorũ urbẽ interfluit, & apud Gouernũ oppidũ cadens p̃cipiti fluctu ĩ Padũ erũpit. Vigilius igit̃ se ad difficilẽ expeditionẽ parat,ĩ quo multũ laboris,sed plus sanguinis impẽdendũ esse animaduerterat,quãobrẽ ueluti in aciẽ ꝓgressurus Iuliano ꝑsbytero,& fratribus suis Claudiano Magorianoq̃,& aliis ꝓbis ciuibus secũ ĩ discrimẽ adiũctis tanq̃ ualido p̃sidio munitus inuita tñ ciuitate,sed uolẽte Dei numine ad nobilitandã sua clade Rhẽdenẽsiũ uallẽ porta egredit̃,quã cõstat tũ Brixianã fuisse nominatã,ubi Athesis fluuius hodiè pulcherrimo ponte supat̃ trabibus ingenti artificio cõtextis, multi occurrũt in itinere cũ eo ituri ĩ picula,qui ut fortiores sint aduersus Beelzebub,Sathanãq̃;(cũ illis.n.decertãdũ erat)sacro Xp̃i corpe manu Ep̃i sumpto in bella armant̃,utpote,q̃ ĩtelligerẽt nõ ꝓpriis corporũ uiribus, & gladiis militaribus,sed quæ ex solo Deo ꝓficiscit̃,animi uirtute opus esse,ubi ad locũ uentũ est,in quo cũ hoste res manu decernẽda erat, tradũt sacræ historiæ Vigiliũ cognouisse,quæ sibi euẽtura erãt,& in spiritu Dei gloriã uidisse. Erat in agro,p̃cipuæ magnitudinis simulachrũ ex ære multoq̃; opere laboratũ,cõi oĩum noĩe Saturno positũ, cui ex uetusto & patrio more cõsueuerãt Alpini populi rẽ diuinã facere. Qui Vigiliũ secuti fuerãt rẽ p̃clarã & memorabilẽ adoriunt̃,ui urgẽt statuã,& innixi humeris ꝓpellũt,tũ uerò eã iã ab imo euulsam Põtifex tã egregii facinoris auctor adiuuãtibus uiris Christianis magno ĩpetu exturbat cõminuitq̃;,& ut eius Idoli memoria penitus deleret̃,ĩ Sarcã ꝓpiquũ amnẽ ꝓuoluit,uictoria aũt potitus,& qd unũ maximè exoptabat adsecutus Vigilius uidet qd tñ antea tanquã ex specula ꝓspexerat,sibi ultimum parari supplitiũ,sed Christiana ĩstructus Minerua, cõstituit quæcunq̃ cõtigerint ĩfracto aĩo ferre,ex quo ipsi Deo ĩmortali gr̃as habet,ꝙ quæ cupierat oĩa ex uoto recepisset. Interea decurrit uulgus simulachri dei-

Rhendena prouincia asperrima.

Sarca fl. Mincius fl.

Vigilius in Rhendenẽ ses monet.

Vigilius Saturni statuam deicit.

ecti nũcio excitũ,& oĩbus ex partibus fit cõcursus, spectãt Rhẽdenẽses

indignabundi

indignabundi Saturnum suũ à sede emotum diffractũq̃;,& in uortices deuolutũ,fremũt, & ex dolore irã atq̃ animũ colligunt,ut atrocitas supplicii exigua mora cõpensetur,tum Põtifex ex ipsa statuę fissiõe, quę ingens à fundamẽto extabat,tanq̃ ex suggesto ad populũ uerba fecisse dicitur,& quo impellebat̃ calore inuectus longè proclamasse,sub Saturni noĩe Cacodęmões coli, inferis sacrificia fieri,sic irretiri hominum animas,præstigiis decipi,sic allici,sic in ꝓpetuos cruciatus detrudi miseros Mortales,apud tartareos Tortores eorũ animas,qui huiusce modi simulachra adorauerint,torqueri pœnis ĩmanibus,& nullũ prorsus finem habituris. Hortatur itaq̃ mõtanum uulgus, si qua sunt alia obscœna numina de saxis præcipitare,studeq̃; exuberanti facũdia feros animos demollire, & à sacrificiis Inferorũ auertere,& quãuis sibi cognitũ sit oratiõnẽ suã parũ apud implacabilẽ turbã profecturã, anhelat tñ solicitus de eorũ salute,at postq̃ uidet propius admoueri tormenta,ad suos conuersus forti,inquit,animo spectate ac ferte,quæ in nos ruunt tela, qui in acie pro Christo pugnans cõciderit,in cœlum uocabitur, inter Deos ꝓpetuò quieturus,uos.n.non latet cõmilitones fortissimi neminẽ saluum esse posse,nisi qui ꝑ multos labores Christum secutus fuerit, & ꝑ medios hostes sibi ad cœlum uiã patefecerit,eum aũtẽ qui uiriliter cũ hoste manu decertauerit,æternã mercedẽ consecuturum,standum est ò uiri, nec terrore,nec cruciatu ullo à Deo deficiendum est. Dum orat Vigilius tãto inuehit̃ spiritu,tanta dicendi fertur uchementia,ut ẽt belluæ uim ardoreq̃; dicẽtis admirari potuissent,cæterũ nec acerrimo orantis uigore, nec efficacissimis corporis actionibus emollescunt turbæ, sed obstinati ac fremebundi omnes uociferãt perdendũ esse hominẽ,qui Saturni numen uiolarit,infatuata itaq̃ furit multitudo, diriq̃; execratiõibus peregrinum hominẽ detestant̃, quòue attentius illius audaciã secum considerant,eò grauius insaniunt,ruuntq̃;,& ferarum more ululantes, quæ ꝓ tempore ministrat furor tela,rupes,rastra,rapiunt,& cum clamore erumpunt,tum maximè apparuit sanguinarium & intractabile esse eorũ hominum genus,quod nescit ullo modo mansuescere,in corpus uibrãt spicula,spargunt saxa,ictus dirigũt,certant ferire,stantẽ prosternere, Densę oĩbus ex partibus cõuolant rupes,siluã putares scopulosam ex cœlo cadere,crederes lapideũ imbrẽ pluere,egregiũ & præclarũ facinus gessisse ille existimat̃,qui ora,qui oculos primus contuderit, irrident̃ hominem christianũ,ĩsultãt,ac repetitis uulneribus minuunt. Multorũ ĩmo oĩum opinio est ea loca incolentiũ,Diuũ Vigiliũ calonibus interẽptum fuisse,quo genere calciamẽti clauis ferrati gens mõtana utit̃,id eo ueriſimile fit,ꝙ in illis uallibus cũ mortalium oculis subiicere uolunt uetustã eius martyrii memoriã,& nouũ mortis genus, pingũt in tẽplis Diuũ Vigiliũ rustica circũseptũ turba illius ora calonibus ferratis pcutiẽte, quãobrẽ & cõstanti iudicio, & tã ualido argumẽto reor nõ alienũ esse à ueritate quod suspicant̃ earũ ualliũ indigenæ, calceis ligneis Vigiliũ contusum periisse,nec ꝓpterea defuisse in tanta multitudine qui torquerẽt saxa, &

Oratio Vigilij ad Rhendenẽses.

Vigilij ad suos cohortatio.

Vigilio parantur supplicia.

Vigilius telis petitur.

omnium generum tela,ille uerò dum cõcutitur,propositi sui causam nõ tegit,sed fortiter tuetur,& oẽs ad cœlestẽ religionẽ ĩ mediis cruciatibus cohortat̃,torméta mira patientia contẽnit,ut uir fortissimus suorũ inimi corũ ꝓtinacia,q̃ clade sua tristior,coegerit ipsum Sathanã oculos in admirationẽ uertere,solus multorũ ictus sustinet,repulsus multorũ impetu ĩmotus ꝑmanet,& quã ex Euãgelica doctrina uirilitatẽ traxit,imperterritus declarat,diceres urbẽ nõ hoĩem urgeri,castra nõ militẽ oppugnari, ut frustrà defatigent̃ tortorũ manus,uideres hoĩs aĩum generoso ſpiritu abundantẽ,& plenũ fiduciæ pectus,ut nullo unq̃ edito gemitu doloré ſilentio ꝓſſerit,ex his par ẽ nobis ꝓsuadere Cœlicolarũ Regẽ fortitudinis experimentũ ab eo ſumere uoluiſſe,patientia ſui Põtificis delectatũ, ex quo attonitus tãto miraculo Príceps malorũ Dęmonũ Belzebub auertit faciẽ,qui ſi eũ uirũ Romanũ eſſe,& diuinæ ſapiẽtiæ ſtudio inſtructum cogitaſſet,facilè iudicauiſſet eũ uíci nõ poſſe, unde licet ꝺteſtãda feritate Rhẽdenẽſes ſuũ Epm labefactarint, nunq̃ tñ à gradu ꝺiectũ uiderũt, quẽ tandẽ telorũ iactu diminutũ,& ꝓ ora oculoſq; fluẽte ſanguine ꝺformatũ lapidũ cumulo obruũt,qꝺ ut eſſet apud poſteros tãti faciñoris teſtimoniũ,eũ uicum q parũ abeſt ab eo loco,ubi dilapidatus eſt Vigilius, à morte illius Mortaſum deinceps appellandũ cẽſuerunt, quo nomine hodiè quoq; uulgò uocitãt,in ripa uerò fluminis,ubi ſteterat Saturni ſtatua,mox poſitũ eſt publicis ſumptibus Tẽplũ Diuo Vigilio cõſecratũ, quã Rhendenæ Plębẽ noĩant,magnis nr̃a tẽpeſtate expẽſis (ut accepimus) reparatã.Claudianus uerò Magorianuſq; Vigilii fratres,atq; alii, qui eius auſpicio Saturni ſimulachrũ euerterãt, vulgi ĩſaniẽtis rabie exterriti cõfeſſorũ gloriã meruere,quæ ubi ĩ urbẽ allata ſunt, Epm colliſũ inter ſaxa aĩam emiſiſſe,eius ſocios tãtæ cladis reliquias in ſũmo diſcrimine trepidare,ad nunciũ tã funeſtũ conclamatũ eſt,& in forũ cõcurſum,totam ciuitatẽ ĩuaſit nouus luctus,ut ꝓ oẽs familias cõploraret̃, & obſtreperet clamor lamẽtãtiũ mulierũ,Vigiliũ publicũ patrẽ defũctũ, animoſum religionis defenſorem ſublatum,quod unicum erat ornamẽtum nomini Tridentino amiſſum, nunquàm antea tantum pauoris ac tumultus fuit intra mœnia Tridentina. Territus ea clade Senatus, mittendos cenſet nobiles uiros, qui obuiam euntes percunctentur,ac referãt, quis caſus Pontificis fuerit,quæ fortuna ſociorum ſit, interea trepidationem in urbe tollunt,comploratus coercent,ſilentium per urbem faciunt. Ad hæc ciuitate intenta falſò nunciatur (ut eſt vulgus fingendi auidũ) ſuper ſtragem Epiſcopi,qui cum eo erant profecti,ciues occidione occiſos,deletoſq; omnes, tum Patres de cuſtodia urbis cõſulendum deliberant, neq; enim dubitabant oppreſſo ſuo Pontifice,&,qui cum eo erant, cæſis, Rhendenenſes hoſtes ſibi infenſos,complureſq; alios eorum montium populos, qui cum illis conſpirauerãt, iunctis armis ad oppugnandam urbem uenturos, Tridentum muniendum, ac præſidiis firmãdum, antequàm hoſtis uictor adueniat,& ut occurratur,militem conſcribendum,ciues cum delectu iuuenum mittendos, qui corpus liberẽt, & humeris

Vigilius lapidibus obruitur.

Mortaſum uicus.

Trepidatur in urbe

meris in urbem deferant, ſocioſq; ab iniuriis tueantur. Dum in his occupati ſunt Patres, inſperatò allatæ ſunt litteræ, poſt cædem Epiſcopi in Rhendena ceſſatum eſſe,nec ultrà trepidandum, ex quo,quæ antè commota erat, Ciuitas hoc nuncio pauliſper deferbuit. Interea Põtificis comites,quibus uulgi furor pepercerat,eius corpus cruore oppletũ ꝑualles Tridentum reportãt,quibus occurrunt Brixiani, apud quos iã ĩcrebuerãt Martyris miracula, eo aĩo,ut beatiſſimi Viri corpus ui raptũ in ſuã urbẽ trãſferãt, quod ægrè ferentes Tridẽtini bello haud pares cõſultò agunt,conueniuntq;, & uaſe argenteo Pontificem ſuum redimunt, & reliquiis ſui Epiſcopi recuperatis in patriam adproperãt, quibus in itinere obuiã exeunt uariæ gentes motæ,tum rei nouitate,tum Viri ſanctitate,quacunq; ferẽt ex uoto ægri ſanant̃,& multa edunt̃ miracula feliciori ſtylo æternitati cõſecranda.Salodiani in primis,qui oppidum incolunt ad ripas Benaci in ſinu,quẽ facit lacus,tanq̃ in angulo poſitum,funeſtæ põpæ ſeſe obuios faciunt,eo in loco,quẽ Vellã nominãt non longè Tridento,quẽ cõſtat hodiè Buſum Vellæ nuncupari, ubi cautes inter ſe cõcurrentes,& iuga mõtis cõtinua ſaxo ad radices uel natura confracto, uel hominum ĩgenio exciſo ac ꝓforato anguſtum & ſcopuloſum in Vrbem euntibus ꝓbent aditum,quales Amanicæ pilæ ex Cilicia in Syriam ꝓficiſcentibus in breues fauces coarctari tradunt̃,ibi effuſum Martyris ſanguinẽ ſumma cũ religione ex terra colligunt,& partim Brixiã,partim in oppidum ſuum deferunt,& in tẽplo eiuſdẽ ſanguinis miraculis opulẽto recondunt,quẽ hodiè quoq; uenerabundi obſeruãt. Non me præterit Villã ab aliis nõ Vellã legi,ubi diximus cruorẽ à Salodianis collectum, utrum caſtigatius legendum ſit,non ualdè laboramus,id tñ nõ alienum ab hiſtoria arbitramur ſcire tres uicos eſſe eiuſdẽ nominis in agro Tridẽtino,qui citra Atheſim eſt, Vnũ in ualle Lagarina iuxta flumen è regione Petræ oppidi,Alterum haud procul àcaſtro Stenici,Tertium ab hoc ſemotum in ualle Iudicariæ ſub plebe Blecii (ſic enim Vulgus ea loca hodiè nominat) per utrunq; horum, quos poſtremò narrauimus, ex Rhendena tranſitus eſt Tridentum uerſus, illac breuior, ſed difficilior, hac longior, ſed cõmodior. Verùm quanam tranſierint haud anxii ſimus,id ſatis liquet, funus inter magnos & uarios hominum concurſus, qui miraculorum fama moti longè uenerãt, per portã Brixianã in urbẽ deportatum fuiſſe publico funere,canentibus ueniã ſacerdotibus.Ciuitas Tridẽtina Romani uiri & ſui Epiſcopi factis illuſtrata nihil ſanè omiſit in tanta trepidatione,quod uel ad eius cõmendationẽ attineret,uel quod publicum mœrorem & luctum declararet,nã & in funere ornãdo, & in memoria honoranda omnes ordines pio ſtudio concertarunt, quãto certè tum apparatu celebrari potuerit, exceptum inter lachrymas ſingultuſq; & mulierum eiulatus deplorantium funus per urbem Sacerdotum humeris elatum,ac pro roſtris de more laudatũ tumulo impoſuerunt, in quo inciſa ſunt carmina, quæ etſi ſint parum expolita redolẽt tñ quandam ſimplicẽ uetuſtatẽ,& Epi mores uera imagine expri-

Corpus Vigilij deportatur in urbem.

Buſus Vellæ.

Salodiani ſanguinem colligunt.

Miracula diui Vigilij.

Villa vicus.

munt,arã Vigilio erigunt Tridẽtini,atq; eũ inter Deos referendũ curãt: quod uero Diuis Geruasio & Prothasio prius dicatũ fuerat,mutato nomine Diuo Vigilio tẽplũ cõsecrat, quãobrẽ licet mœsta sit ciuitas,q; optimũ patronũ amiserit,lętatur tñ,& uota oẽs Deo pſoluũt,q; euersis Idolis ubiq; in agro Tridẽtino cœptũ sit diuino ritu sacrificari,& Vigilii uirtute aucta,atq; opulẽtior facta sit Resp.Christiana.Cũ multa aũt mirãcula quottidie scaterent uberiori quidem facundia amplectenda, eius facta Max.Pont.decreto in basilica sancti Petri Romæ nõ iniuria reposita sunt oẽm posteritatẽ ad tuendũ Dei cultũ p̃claris exẽplis inflãmatura,eũ aũt uita decessisse inuenimus Stilione consule Gratiano & Valẽtiniano imperantibus.Dum ergò latè increbescereť Vigilii sanctitas,omnes eius ætatis principes,& q̃ succedere pio officio concertarũt, ut diœcesim Tridentinã augerẽt,Theodosius,qui à Basilio ep̃o Baptisma suscepit,cũ Thessalonicæ ægrotaret,uallẽ Lagarinã & Vrsinicũ ecclesiæ Tridentinæ subiectũ esse uoluit: Corradus Impator Bolgianũ & comitatũ Rithenori,Carolus Riuã oppidũ & uallẽ Iudicariarũ tradidit, atq; alii alia multa tribuere, ea sunt nr̃orum tẽporũ uocabula, ex quibus pſpicuũ est Vigiliũ dum uixit fuisse oĩbus optatissimũ,uita uerò functũ cœlo q̃ terris charioré,nã quãtũ eius merita Deo ĩmortali acciderint grata, cùm ex aliis multis,tum eo maximè licet intueri, q; illud hoĩum genus, qđ reliquũ eorum est,qui in illũ manus iniecerũt, cũctis ẽt nr̃a tẽpestate exosum est,& indignum aliorum mortalium cõsuetudine habitum, Tradunt .n. qui ecclesiasticã historiã scripsere, tẽplum Diuo Vigilio dicatũ esse ĩ mõte iuxta Bergomi urbis Castellum,quò solet eius ꝓuinciæ Eps se recipe hostiã de more nr̃o sacrificaturus,qui finitis sacris, cùm dicturus est ultima uerba,ad populum cõuersus,iubet eos prius facessere, & longè ammoueri,quos opinio est ex illorum genere originẽ antiquitus traxisse, qui in Rhẽdena truculentæ cædis ministri fuere,uti ꝓfanos, & quibus bñdicatur indignos, Vnde cum in numero impiorum habeanť oẽs illorum congressum fugiunt,ne qđ ex cõtagiõe incõmodi accipiant. De Vigilio martyre meminit Genadis Massiliẽsis,q; post Eusebiũ & Hieronymũ multa de uiris illustribus scripta reliqt,inter quos annumerãdũ cẽset Vigiliũ Ep̃m Tridẽtinũ,q; eodẽ auctore ad Simplicianũ Mediolanensiũ Ep̃m de martyribus libellũ edidit,duas itẽ epistolas scripsit,altera sui tp̃is egregia facta collegit: altera Alexãdri,Sisinii,& Martyrii gloriosam mortẽ ac funera cõplexus est,qbus scriptis & facundia & doctrina chr̃iana ĩ Vigilio maximè cõmendať,sed illud p̃cipue opus luculentum existimať, quo in hæreticos acerbissimè inuehitur, qui & si intelligeret magnum sibi imminere periculum,ausus est tamen eos adoriri, qui pertinaci animorum obstinatione praui dogmatis sententiã conantur defendere, quos incõposito agmine ruentes contra maiorũ nostrorum religionem ualidissimis argumentis & testibus ita urget, impellitq;, ut letalem pnicioſi discriminis pestẽ,iam uenerãdos Ecclesię adytus populãtem à præda eliminet,atq; eos diuinæ legis monitu ita pterrefacit,ut tergiuersantes

Tẽplũ Vigilio consecratum.

Loca Eccle siæ Trid. dono data.

Rhendenẽ ses exosum hominum genus.

Vigilij do ctrina.

giuersantes ꝓfugiant,& in sua tela ipsi recidãt,Nestoriũ sacrilegũ & ecclesiæ Cõstantinopolitanę p̃datorẽ execrať,Euthycetis nefariã impietatem dẽstruit,qui dũ nebulas effundũt,Christianorũ animas uenanť,quorũ uestigia sequẽtibus lubrica ac mortifera nõnulli nr̃orũ tẽporũ homines incurabili morbo exulcerati putri & olido oris anhelitu uerã Christianorũ fidẽ coinquinantes imitanť,& ꝓposita noua, & ancipiti uiuẽdi regula à salubri & ꝓpolito Dei cultu deficientes, miseros mortales aucupanť, Verũ Ecclesiæ fortitudo iam post multos triũphos ĩmobilitatẽ adepta,qđ nouũ,qđ peregrinũ est à se cõstãter reiicit, Cuius fideli p̃sidio unctus Dei miles impiger Vigilius aduersus Sabelliũ in certamen progressus de filii & Sancti spiritus pſonis ꝓpriã sentientẽ, deletis quas ille eduxit syllogismorũ copiis,uictor insequitť,Ariũ in prima acie insultantẽ equo deiectũ pesũdat,& aluũ serpẽtis atro ueneno prægnãtem acuto gladio exenterat,Manichæũ conscripto nouo exercitu reclamantẽ corpus dñi fallacibus illusionũ prẽstigiis susceptum fuisse,& prælium reparare ausũ,statim obtũdit,quò adcurrit Photinus, ut laboranti Manichæo suppetias ferat,cõtra quẽ uiuifica lectione sese instruit Vigilius,hinc noua cõseritur pugna,uibrantť Ep̃i manu testimoniorũ spicula,filiũ Dei uerũ Deum esse cõtestãtia,hoc in loco Manichæus proximè telo saucius furtim exit,& Vigiliũ aggressus penè ſtrangulat, dissceptatur utrinq; pertinaci animo,tum Vigilius ceruicem excutiens seuẽdicat,& acrius impressionẽ facit,cõtrà uerò subsidio sunt plures Manichæo,& prælium instaurant,qui audent inuerecundè Catholicos (qđ sacræ lectionis est uocabulũ) accusare,qui utriusq; naturæ Christũ fatentť,tanq̃ duos Christos,alterũ Deũ,alterũ hominẽ uideanť afferre,sed nos unũ Deũ, eũdẽq; Dei & hoĩs filiũ non duos profitemur, ꝓpterea uehemens orator Vigilius impudentẽ hæreticæ temeritatis audaciã reprehendit,docetq; sanctorũ uirorũ disciplinã sequẽdã esse, ꝓprium carnis esse q; Christus creuerit, Dei propriũ,q; ad patrẽ uenit,à quo nunq̃ recessit,non putandũ esse ostendit,si Christus aut capite multaretur, aut aliis mẽbrorum abscissionibus plecterеť, partẽ uerbi cum capite, partẽ aliã cum manibus detruncatã fuisse, sicut nec cũ hoĩs manus abscindiť, pariter aĩæ portio dissecať,quæ dũ agit uehemẽter,altè penetrat,& diuina hominũ oculis subiicit atrox bellator, & lacessitus sæpe ĩ p̃liũ egrediť,aduersariorũ argumenta diluit,infringitq;,& ualidis lacertis iaculať tela,multa arte ictus repellit, multo ĩgenio spicula retorquet,nõ reformidat Arium,quẽ obtruncat,nõ refugit Sabelliũ,quẽ uulnerat, non timet Nestoriũ,quẽ iugulat,nõ horret anguẽ Manichęi,quẽ sibilantẽ manu elidit,Euthycianã hęresim ex amarissimo Apollinaris fonte deriuatã usq; ad cœnulentã Arii uoraginẽ turbidis delatã meatibus obstruit, & oẽs riuulos limoso gurgite exiccat,ut aut penitus arescãt, aut omnino minus noceant,hortať tñ tam nefariæ p̃fidiæ sectatores (dum fas est) pœnitere,Georgii,Basilii,Theophili,Ioãnis,Cyrilli,& aliorũ, qui antiquitus ĩ Ecclesia floruerũt, doctrinã & auctoritatẽ sequi suaué & salu-

brem, cùm aũt hæc ſcriberet Vigilius ita orationẽ temperauit, ut nõ minus rẽ q̃ uerba commendaueris.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALLprandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Regis Ro. camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber ſecũdus.

Rugippus Epũs. xix.

Poſt inſignẽ & memorabilem Diui Vigilii cladem ſucceſſit in pontificatũ Rugippus, qui Eccleſiam Vigilii martyrio adtonitã ſuſcepit, & cũ laude adminiſtrauit, huic ſubſtituti ſunt publicã curam ordine ſubeuntes, Quartinus, Peregrinus, Gratiſmus, Theodotus ſecundus, & Agnellus, quo tempore Ingenuinus epus Sabinenſem Eccleſiam nunc Brixinenſem tenuit, Diuo Gregorio Max. Ro. Pont. de quo in hiſtoria Langobardorũ mentionẽ facit Paulus Diaconus, deinde ſuffecti ſunt hi, quorum nomina ut ſunt nuda ab aliis tradita, ſubiiciuntur, Verecũdus (quo tpe Langobardi Italiã occuparunt, quos alii Lingobardos, alii Longobardos appellandos eſſe contendũt) Manaſſes primus, Vitalis primus, Stabliſianus, Dominicus, ſiue (ut alibi ſcriptũ inuenio) Dũprucus, Ruſticus, Romanus, Vitalis ſecũdus, Corrẽtianus, Siſedi tius, Ioãnes primus, & Maximinus: cuius ſepulchrũ tẽpore Ioãnis Hinderbachi Epi tridentini, de quo infrà meminerimus, quidã ſcripſere inuẽtum fuiſſe in ualle Naunũ in tẽplo, qd in uico Flauoni Diuo Ioãni poſitum eſt ſub altari tali inſcriptiõe. Bonæ memoriæ & ppetuæ ſecuritati bene quieſcũt reliquiæ Maximini. Huic p ſeriẽ electi ſubſtituunt, Mãmonus, ſiue Mãmo, Marianus, Dominator, Vrſus, Clæmentianus, Amator, Hildegarius, circa tertium ſupra octingenteſimũ Chriſti annum, qui Diui Vigilii aram Maximam renouauit, in qua ſanctorũ Martyrum reliquias cõdidit, qua potiſſimum cauſa deſideratus obiit, in cuius locum ſuffectus Daniel, cui Hempertus ſucceſſit, huic Odeſcalchus octingenteſimo ſexageſimo quarto ſalutis noſtræ anno: cuius in uolumine quodam antiquiſſimo, quod tradunt extare in templo Blecii, q eſt uicus uallis Iudicariarum, mentionẽ fieri accepimus, quẽ ſubſecuti ſunt, Adelgiſius, Trideberthus, Giſulphus, Bertaldus, Iacobus, Cõradus primus, Ioãnes ſecũdus, Bernardus primus, Manaſſes ſecũdus, ipſis tm̃ nominibus, ſicut & alii plures, nobis cogniti. Hos ſequit Lãtraminus, de hoc inuenitur ab Hinderbachio Epo memoriæ traditũ ſuo tpe Trameni nobiles fuiſſe, q uocabant Lãtrameni, fama eſt pterea hodiè quoq; pdium eſſe, quod indigenæ manſum Lantramenorũ appellant, Vnde cõiectura eſt

Quartinus Epũs. xx. Peregrinus Epũs. xxi. Gratiſmus Epũs. xxij Theodotus ij. epũs. xxiij Agnellus. xxiiij. Verecũdus Epũs. xxv. Manaſſes. i. epũs. xxvi Vitalis. i. epũs. xxvij. Stabliſianus Epũs. xxviij. Dominicus epũs. xxix. Ruſticus Epũs. xxx. Romanus Epũs. xxxi. Vitalis. ij. Epũs. xxxij. Corrẽtianus. xxxiij. Siſedius epũs xxxiiij Ioannes. i. Epũs xxxv. Maximinus epũs. xxxvi. Iwámonus epũs xxxvij [illegible]arianus

Epũ. xxxviij. Dominator Epũs. xxxix. Vrſus epũs. xl. Clæmẽtianus. xli. Amator. xlij. Hildegarius. xliij. Daniel. xliiij. Hempertus. xlv. Odeſchalchus. xlvi. Adelgiſius. xlvij. Trideberthus. xlviij. Giſulphus. xlix. Bertaldus. l. Iacobus. li. Conradus. i. ly. Ioannes. ij. liij. Bernardus. i. liij. Manaſſes. ij. lv. Lantraminus. lvi.

& iam

& iam recepta hominum perſuaſio, Lantraminum Epiſcopũ inde ortum, ſed incertũ, an ipſe á loco, an locus ipſe ab antiqua Lãtramenorum familia Tramenum corrupto uocabulo cognomen acceperit, eſt autem Tramenum ad Atheſim fluuium uicus uini nobilitate non incognitus, qui ad uiginti millia paſſuum Bolgianũ uerſus abeſt ab urbe, Poſt Lantraminum epiſcopatum capiunt, Arnoldus, Rainoardus, Vdalricus primus, Vdalricus ſecundus, hic epiſcopatũ ſingulari pietate gubernauit, locumq; ſubterraneum & concameratum in templo Diui Vigilii, & aram maximã ſublimius erexit, totamq; Eccleſiã reparauit, & ad elegantiorẽ formã reduxit, quo tẽpore Diuus Vdalricus Epiſcopus Auguſtanam eccleſiam magna integritate tenuit, anno á ſalute Chriſtiana milleſimo uigeſimo ſecundo. Cõperimus apud quendam ſcriptorẽ, Vdalrico ſecundo Epiſcopo Corradũ ſecundum, decimũ uerò quartũ Germanorum Imperatorẽ, qui Limburgii imperatoriam ſedem habuit, anno milleſimo uigeſimo ſeptimo comitatum Tridẽtinũ, anno uerò ſequenti Vallem (quã vulgus Venuſtã nominat) Eccleſiæ Tridentinæ dono dediſſe, & Bolgianũ reſtituiſſe, quæ omnia idem auctor eſt conſtare literis imperatoriis, quas ipſe teſtatur uidiſſe, & præ manibus habuiſſe, aiunt ſanè Vdalricum Epiſcopum fuiſſe uirum facundiſſimum, quod ex eo maximè uidetur ueriſimile, quòd in chronicis Mantuanis legere eſt Henrico ſecundo Imperatore Corradi filio & ſucceſſore, & Martiale tum Mãtuanę Eccleſiæ Pontifice, cùm diuulgatum eſſet apud omnes nationes inuentum fuiſſe Chriſti ſanguinem, populos tantæ rei miraculo longè excitos in urbem agminatim confluxiſſe, ſed potiſſimum Nouarienſem Belunẽſemq; & Vdalricum Tridentinum Epiſcopos cũ ſuis populis adcurriſſe, ad uenerandas diuini corporis reliquias, quod cùm innumerabilis mortalium numerus in templum conueniſſet, ut Chriſtianæ reip. theſaurum, quem ingenti clamore poſcebant ſpectãdum, uiſerent, ueriti Epiſcopi ne infirmioris ætatis homines preſſura conculcarentur, & multitudinis frequẽtia per aras colliderẽtur corpora, rem ĩ poſterum diem differre conſtituunt, cæterùm cùm uiſi ſint tot gentium expectationem fruſtrari, omnibus ex partibus reclamatum eſt, falſa eſſe, quæ de ſanguine renunciata fuerant, inuentum illud eſſe, & nouas hominum captiones ad pecuniam aucupandam, quamobrem tumultuante multitudine Vdalricus, cui primæ datæ ſunt, pro ſuggeſto orationem habuit ad populum perelegantem, qua docuit, cur nam rem prorogandã cenſuerint, ut dicentis grauitate & eloquentia depoſuerint animi, & ſedata ſint obſtrepentiũ murmura. Sequẽti igit die hora ſtatuta cruorẽ cœlitus terris relictũ extulere, & pſtratis ad ueniã populis expoſuere, cùm uerò Vdalricus paulò pòſt ab humanis deceſſiſſet, ſceptrum accepit Hartonus, & ab eo Henricus primus, qui præfuit Tridentinis Henrico quarto imperatore, á quo

Arnoldus. i. lvij. Rainoardus. lviij.

Vdalricus. i. lix. Vdalricus. ij. lx.

Hartonus. Epũs. lxi. Henricus. i. lxij.

Caſtellerij opp. Bernardus. xi. lxiij. Adelperonus. lxiiij. Gebhardus lxv. Henricus Impator.

Caſtellerium apud Mantuã oppidum tridẽtino Epiſcopatui dono datũ eſt, anno ſalutifero milleſimo octuageſimo ſecundo, ab his Bernardus ſecundus, Adelperonus, & Gebhardus ſucceſſit, qui crediť inter deos relatus, hic fuit à ſecretis eiuſdem Cæſaris ſcriba, Henricus aũt quartus Corradi imperatoris filius, qui poſtea in Hetruria Florentiæ obiit, Paſchalẽ Ro. Pont. à quo coronã imperii accepat, & cũ eo multos Eccleſiæ præſules capi iuſſit, & in carceré duci, huius uerò filius eiuſdẽ nominis crudelitate ſignis, ac ſacrilegio, cũ ui Imperiũ occupaſſet, Henricum patré tractũ in uincula, & uſq; ad mortẽ flagris cæſum deteſtãdo ſcœlere interemit, mox Italiã ingreſſus Romã uenit, ubi cũ benigné & ſummo honore fuiſſet excœptus: paternũ exẽplum imitatus Paſchalẽ põtificẽ, qui paulò antè liberatus uículis euaſerat, & uniuerſos Eccleſię præſules p fraudẽ intercepit, & eorum bona prædatus eſt, milleſimo centeſimo ſalutis noſtrę anno uno ſupra decẽ, qui Diis neglectis pręda grauis cũ exercitu in Germaniã reuertiť. Rurſus ſexto anno poſtquã profectus fuerat ab Italia, Romã rediit, & populo non aduerſante Vrbem ingrediť, Verũ cum rite coronari nõ poſſet, propter abſentiã Põtificis, qui ueritus ſæuitiã Impatoris longé ſeceſſerat, Mauriciũ ſuæ factionis Archiepũm uocauit, & contẽpta Apoſtolicæ ſedis auctoritate, ab eo ſibi coronã imponi arroganter iuſſit. Põtifex uerò poſt diſceſſum Henrici, ſe in vrbẽ contulit, ſed poſtquã biduo redierat, moriť, milleſimo cẽteſimo decimo ſeptimo Chriſtianorum anno, Hæc addere breui ter uoluimus, ut cognitum eſſet Paſchale ſecũdo Romanorum Põtifice duos Henricos quartum & quintum imperaſſe, atq; eodẽ tpe Gebhardum Tridẽti Epũm ſediſſe, de quo mentionẽ fieri ĩtelleximus in uetuſtiſſimo quodã priuilegio, quod fama eſt hodie quoq; oſtẽdi in ualle Flẽmarum diœceſis Tridentinæ, ab hoc Adelpretus primus creať Epiſcopus, q maximã diui Vigilii aram iam uetuſtã ad formam Romanæ Eccleſię redęgit, huius ſucceſſor Altemanus ex comitibus (Illud. n. eſt noſtris diebus dignitatis nomẽ) Bauariæ oriũdus adminiſtrationẽ capit, q ea plibenter amplexus eſt, quæ ad Eccleſiæ ornamentum & utilitatẽ attinerẽt, tẽplum refecit ac cõſecrauit, Vigilii, Siſinii, Martyrii, Alexãdri, & aliorum ſanctorum reliquias honorificẽtius collocauit, Canonicos in collegium uenerãdi ſacerdotii optatos cõfratres uocauit, atq; in eos magna uſus liberalitate p̃bendas duabus parochiis additis (ſic. n. loquunť ſacri ſcriptores) ditauit, Beatæ Maxentiæ corpus ex Maiano apud lacum Toblini uico in urbem transferẽdum curauit, qđ ciuitati accidit optatiſſimũ, quò ut religioſius adireť, eius nomini arã poſuit ſub ope teſtudineo, quã Tridẽtini Græcos imitati elegãti uocabulo Cryptã uocãt, Ad flumẽ quoq; Aeni tertiũ Monaſteriũ Canonicorũ regulariũ noĩe Suben diœceſis Patauiẽſis fũdauit, cũ uerò ex ſanctiſſimo Hieroſolymæ ſepulchro, quo pegrè pfectus fuerat, rediiſſet ĩ patriã, iã grãdis natu, & longa nauigatione defatigatus, die quo Chriſtus

Adelpretus .i. Epũs. lxvi. Altemanus Epũs. lxvij.

Corpus Diuæ Maxẽtiæ.

ſtus reſurrexit ſexto cal. Aprilis feliciſſimè expirauit, ad milleſimum cẽteſimum trigeſimum ſalutis nr̃æ annũ, & in eodẽ, quod uiuẽs fecerat, cœnobio ſepultus quieuit: Poſt hũc Arnoldus, deinceps Heberhardus ad epiſcopatũ electus eſt: his diebus inter homines plebis Blecii & Rhendenenſes maioribus odiis q̃ uiribus certatũ eſt, angebat Blecianos, quibus minus roboris erat, Boblinus, ſic. n. uocabať mõs, de quo cõtẽdebãt, à Rhendenenſibus iniuria occupatus, qui, qm̃ erant potentiores, ultrò uim intulerant, res eſt ad Epiſcopum delata, ille, ubi ad locum uentũ eſt, iuſſit terminos aſſignari, de quibus erat cõtrouerſia, tum diligenter auditis, quæ afferebanť ex utraq; parte, cognouit cauſam eſſe adeò ancipitẽ, ut uix iure decerni poſſet, apparebat p̃tereà utroſq; populos maiora, q̃ quæ oſtenderent, agitare animo, Tum Henricus iudex, poſtquã animaduertit, eos de finibus ambigentes, & ad cædem paratos, ferroq; ſe certaturos minari, nec alium Deorũ hominum ue q̃ Martem ſe iudicem habituros, palàm teſtari ſtuduit, ut æquum erat, uerbis diſceptare, ac ſedare populorum iras, uerùm cùm ab tanta rabie dirimi non poſſent, nec diſceptando cõtrouerſias finire, aut nequierint, aut noluerint, ne ĩ dubiam aut forenſis, aut bellicæ pugnæ aleam iretur, & ad ciuilia arma ſuſcitarentur, ad quæ uidebanť erecti animi: agite, inquit, qm̃ armis diſcernere, q̃ iure uti omninò uelitis, aliquam uiam inite, qua utri utris ſuperiores ſint, ſine multo damno & ſanguine decernatur, utrinq; ſinguli eliganť, qui p̃ ſuis dimicent, Deum futurum ueritatis teſtẽ, ibiq; ius fore, unde uictoria fuerit, remq; uictoré ipſũ ſecuturã, haud diſplicet res, &, quod iudex cẽſuit, litem ſingulari prælio dirimendam eſſe conclamant, ea igitur ratione utrinq; inita quæruntur utraq; ex parte ſinguli gladiatores, qui cõmunẽ diſcordiam ſuo periculo finiant, inuenti ſunt qui æmulatione quadã prouocati profiterentur ſe in gratiam ſuorum dimicaturos, ut uoluntaria & gratuita opera pugnantium fuerit, prius tamen quàm pugnaretur, ictum eſt fœdus his legibus, ut cuius populi duellio uiciſſet eo certamine, is ſecundum ius ſuum terminos poneret, tempus & locum conueniunt: viri bellatores ſuorum clamoribus ferociores facti, capiunt arma, & inter duos populos in medium procedunt, ad ſpecimẽ ſuæ uirtutis oſtendendum, uidebatur in duorum uirtute & fortuna non publicum tantùm commodum, ſed & dignitas & ſalus omnium poſita, datur ſignum, erecti concurrunt in diſcrimen, & primo congreſſu uibrant ſpicula, utriq; ſuum militem clamore adiuuant, hortanturq; ad communem gloriam utilitatemq; tuendam, haſtas inde reiiciunt, ſubeuntq;, & eductis gladiis cominus pugnant, horror ſpectantes perſtringit, neutro primùm inclinatur ſpes: at ubi ſanguis diù ſpectatus per arenam profluxit, Rhendenenſis, qui multis vulneribus confectus erat, iam malè arma ſuſtinens corruit, quem Blecianus ſiue robore, ſiue armorum uſu melior, ſiue q̃ Deum litis iudicem habuerit, ſtatim aggreſſus ferro occupat, & contumacem hoſtem iugulat: Bleciani, penes

Arnoldus epſ lxviij. Heberhardus. lxix. Inter Blecios et Rhẽdenenses diſcordia.

Singularis pugna.

quos fuit uictoria, ſuum gladiatorem ſingulari uirtute cõſpicuũ magno cũ gaudio accipiunt, & Rhendenenſibus fœderi nõ aduerſantibus, tanquã Deus aduerſus illos iuſtiſſimã ſententiã tuliſſet, quo uoluerant loco terminos conſtituunt, & quantũ prius arbitrari fuerant ad ſe ſpectare ĩtra fines ſuos cõplexi ex pactis capiunt, poſſidentq;, ut nemo deinde fidẽ, Deos teſtes, & cõuentorũ arbitros fefellerit: Heberhardum aũt põtificẽ uita functũ ſubſecutus eſt Adelpretus ſecundus, qui vñ originẽ duxerit parũ liquet, hoc tẽpore Federicus Impator cognomento Barbaroſſa decreto confirmauit Tridẽtino Epiſcopatui, quæ anteà Corradus donauerat, &, ut eũ benignius proſequeretur, Gardã in ripis Benaci oppidum, & oẽm eius iuriſdictionẽ dono dedit, anno Chriſtiano milleſimo centeſimo ſexageſimo primo: Sub id temporis ciuitas Tridentina uariis motibus exagitata eſt, cui ẽt bellũ, ut legere eſt apud nõnullos, indictũ fuit, ſed nõ ſatis cõperta eſt tantæ pturbationis cauſa, ſuſpitio eſt ex his quæ poſteà ſecuta ſunt dños à Caſtrobarco eo tẽpore Tridentinos armis infeſtaſſe, tũc.n. opibus plurimũ poterãt, nãq; oẽm Lagarinã vallẽ, & quę ſunt oppida, atq; arces in utraq; fluminis parte, & alia inſup loca dñatũ tenuere, iuribus tñ Eccleſiæ Triden. ſubiecta, Caſtrobarcis igit' Tridẽtinos bello prementibus, Adelpretus iniuriis laceſſitus, generoſiſſimos ſibi clarorum uirorũ ſpiritus imitandos propoſuit, & aut labanti patriæ opẽ ferre, aut cum Eccleſia ſua uiriliter cadere, quam ob rem Carleſios, Veronenſes, multosq; alios ex Marchia Taruiſana olim Venetia, & locis finitimis prícipes aduerſus Caſtrobarcos ſolicitauit, cũ qbus ẽt fœdus pcuſſit, qui data ultrò citroq; fide eoſdẽ amicos inimicoſq; hĩturos iureiurãdo mutuo affirmant, Eps inſup, ut Veronenſes ſibi magis deuinciret, fidelioreſq; aduerſus hoſtes ſuos haberet, Gardã oppidũ, à quo lacus ipſe cognominatus eſt, illis in pheudum dedit (ita .n. loquunt' q in legibus uerſant') qbus apparebat Adelpretũ paratũ eẽ iura ciuitatis, & publicã libertatẽ magno aĩo defendere, iniuriaſq; ab Epatu uiriliter ꝓpulſare: At Caſtrobarci, cùm uidiſſent complures principis Tridẽtini cauſa in ſe armatos, grauius indignati Epo inſidias ſtruunt, nuſquã.n. traditũ eſt de ullo belli apparatu, id tantùm inuenimus memoriæ breuiter cõmendatum, Epiſcopum ab uno ex Caſtrobarcis haſta trãsfixũ in valle Lagarina apud Roboretum oppidum ex crudeli vulnere uita deceſſiſſe, quo ſcelere, q; Pontificẽ, & pheudi dñm ĩterfecerint, creditũ eſt Caſtrobarcos ueluti diuino ictos fulmine ex potentiſſimo principatu ad ima prolapſos cõcidiſſe, Adelpretũ uerò, qui ad uiginti annos præfuerat, fraude interceptum, & ab hoſte confoſſum, cùm pro patria, ꝓ religione, pro Deo glorioſiſſimè occubuiſſet, opinio eſt tã conſpicua morte ĩmortalem factum, qui in templo Diui Vigilii ad portam, quæ in eam vrbis partem ducit, quod Burgum Nouum appellant, ſepultus inter beatos numeratur ac colitur, quo nomine etiam uiuens ob res piè ac fortiter ꝓ religione geſtas uocari meruerat, ſed Deum honor principi non ante habetur, q̃ agere inter homines

Adelpretus ij. epſ. lxx.

Garda opp.

Epſ à Caſtrobarcis trãsfigitur

Adelpretus ei⁹ immortalis factus

Caſtrobarci. Eccl. ſiã Trid. infeſtant.

ter homines deſierit, poſt quem Salomon de more electus circa annum M.C.lxxxi. Eccleſiã fortiſſimi præſulis interitu pculſam ſuſcipit, cui præſertim curæ fuit Dei cultũ augere, nã præter alia, quę ab eo facta ſunt laudabilia, templum, ubi prius erat pauperum domicilium, quò diuertebant ægrotantes, ex quadrato lapide ſanctæ Cruci ſacrum conſtituit, ac dotauit, quod in Suburbio extructum p portã Veronenſem urbe exeuntibus ſtatim occurrit, ubi illius ſectę cœnobitas, quos Cruciferos nominant degere uoluit, ut religioſè uitam tolerarent, & ritè Diis rẽ diuinã facerent: Conſtituto tñ, ut Epo tñ Tridentino ſubiecti eſſent, præterea nemini, qui cùm maiora pararet, inter egregia opera migraſſe proditur, quinquenniũ enim tantũ Eccleſiam rexit. Audita Salomonis morte Alberthus. i. eligitur, qui Stenicum oppidum, &, quod nr̃a etiam ætate durat, in eo prętoriũ ædificauit, ubi præfectus pro Epiſcopo Tridentino populis ualles inter præcipitia Alpium iuga iacentes latè incolentibus ius dicit. Cõiectura eſt eos eſſe populos, quos Plinius Steonos, Strabo Stonos appellat, Alpium latera ad Italiã uergentia habitantes, Tridẽtinis finitimos, quã regionem & bellicoſam & aſperam Bernardus Cleſius Cardinalis, & noſtris temporibus Põtifex Tridẽtinus Io. Iacobo Velſo ſuę ſororis filio Viro impigro nõ temerè gerendã tradidit, cognouit.n. eam præcipuã ſuæ iuriſdictionis partẽ, & regi cõſilio, & ab incurſionibus hoſtiũ, qui ceruicibus imminent, ſingulari uirtute defendi oportere, quã ille hucuſq; pro dignitate eccleſiæ Tridentinæ adminiſtrauit, atq; ita, ut omnẽ etiã deſe expectationẽ ſupera uerit. Verũ ne ab hiſtoria digrediamur, crediderim eqdẽ Alberthũ Epm præclara multa opera feciſſe digna, quæ memoriæ cõmendarentur, ſed illa ſcriptorũ penuria poſteritatẽ non uidiſſe, quẽ traditũ eſt ſex annos Eccleſiam tenuiſſe, in cuius locum Conradũ ſecundum ſufficiũt, qui, ut erat acri ingenio, cũ animaduertiſſet ab epiſcopatu multa fuiſſe deducta, ſibi enixè laborandũ duxit, ut eorum audaciam reprimeret, qui inſatiabili deſiderio ex cõfinibus ſuis quid quottidiè corraſiſſent, quod contigerat, ſeu quia illi, qui prius ſederant, iniuria laceſſiti maluerint ultrò cædere, q̃ pro rep. arma capere, & aduerſus eorũ improbitatẽ ire, qui magnorũ principũ ſtudio adiuti Tridẽtinos armis peſſundabant, & eos nõ repugnantes expilabant, ſeu (quod impiũ eſt) quoniã ciues, quorũ potiſſimũ erat rem ſuã tueri, auro ſolicitati facta clandeſtina deditione, quod patriæ debebant, hoſti in patriã præſtabant, quãobrem ne res aut per ſocordiam, aut p inſidias ad internecionẽ ueniret, nec ferendam malorum ciuiũ licentiã ratus, nec eorum petulantiã, qui ciuitati ſuæ impunè quottidiè inſultabant, ſibi aut non uiuendum, aut quod uel ui uel dolo malo uſurpatum fuerat, uendicare conſtanter propoſuit, ſummo igit' ſtudio adnixus tanta uirtute rem geſſit, ut arces: oppida: & iura omnia, quæ in alienam poteſtatem uenerãt, Eccleſiæ ſuæ magna cũ gloria breui reſtituetit, qui, re ex uoto confecta, feliciter ac lubens mortales reliquit omnium ordinũ luctu elatus, aliqui tñ affirmant, hunc Epiſcopum poſtq̃ decem & ſeptem annos Eccleſiã gubernaſſet, ingreſſum Diui Georgii Monaſteriũ in ualle Aeni ab eo anteà

Salomon epſ. lxxi.

Templum sãctæ Crucis.

Alberthus. i. epſ. lxxij

Cõradus. ij. lxxiij.

constructum,& depoſita Mitra,quod reliquum fuit uitę inter Cœnobitas egiſſe,collegiũ Patrum Tridentinorũ adhortatũ,ut aliũ ſufficerent Epm

Federicus epſ.lxxiij.

milleſimo ducenteſimo quinto ſalutis anno,ĩ cuius locũ Federicus VVãga nobili & perant. qua familia,& eo tẽpore potentiſſima natus,more patrio optaẽ,fama eſt eius maiores in VVanga,qđ eſt in comitatu Tiroleſi oppidũ,ſedem habuiſſe,ubi aiunt noſtra etiã ætate puetuſtũ eſſe montis dorſum,in quo caſtellum erat inter Serntneã & Rittinã edificatũ, quidam tũ Serentinam non Serntneã legendũ eſſe exiſtimãt.Huic magnę diligentiæ fuere ſacrorũ ritus,proterea feroces populi animos ad religionẽ ppulit,Epiſcopatum magna integritate gubernauit,urbẽ multis ædificiis exornauit,palatiũ,quod hæret templo Diui Vigilii,renouauit,& aram illi cõtiguã Diuo Blaſio conſtitutã cũ ſacello reparauit,chorũ Baſilicæ Vigilio dicatę (ſic.n.uocãt locũ ĩ templo,quo ſacerdotes conueniunt ad canẽdas Deorum laudes) auſpicatus eſt cõcamerato ædificio ſuſtentatũ,quę ẽterea ad Atheſim eſt,& portę Brixianę ĩminet,turrim ab imo erexit,VVangam ab eo denominatã,quã & Rubeã uocari inuenimus. Ferunt hũc Epiſcopum multis uirtutibus claruiſſe,& honoraria munera,quæ vulgo Regalia appellant,Norimbergæ à Philippo Romanorũ rege accepiſſe milleſimo ducenteſimo ſeptimo Chriſtianorũ anno,cõpertũ etiam eſt huius Epiſcopi proauos turrim Bolgiani excitaſſe ex eorũ familia cognominatam,quæ hodiè ab Epiſcopis Tridentinis in pheudũ datur,ut & nos eorũ dicendi modũ imitemur,qui leges docent.His diebus Eccleſia Tridẽtina fuit uariis tempeſtatibus uexata,ꝙ tota Germania in factiones diuiſa ſeditionibus agitabatur inteſtinis,mortuo.n.Federico Barbaroſſa,exortaq; inter principes electores diſcordia,duo per diſſenſionẽ creantur Imperatores,Philippus Barbaroſſæ filius,& Otto quartus Brũſbigæ Dux, Brũſbigam aũt olim Tuliſurgiũ uocatũ fuiſſe pleriq; autumãt, à Ptol.ĩter eas Germaniæ ciuitates numeratum,quæ ſunt magis ſeptẽtrionales, ex quo concertantibus de Imperio duobus magnis principibus,qui omnes ciuitates in diſcrimen trahebant,turbulenta erat eorum temporũ condicio, regnabant omnes pro uoluntate,rem gerebant pro libidine,Philippus tandem factionis ſuæ ſtudio,quæ erat potentior,ui imperiũ obtinet,quo uita defuncto,Otto ſuccedens quinquenniũ imperat.Fuit aũt Federicus Epſ Ottonis cãcellarius,ac Vicarius in tota Italia generalis,quo tẽpore Epiſcopatum Tridentinũ adeptus eſt.Cæterũ cum iam annos duodecim ciuitatẽ egregiè adminiſtraſſet,deliberauit ab aſſiduis negociis,& publicis moleſtiis abeſſe,& quicquid ſupereſſet uitæ,rerum diuinarum contemplationi impendere,quam ob rem ut Chriſtianæ religionis obſeruationẽ fidelius perciperet,& ſanctiſſimum Seruatoris noſtri ſepulchrũ, quod longè à limine ſæpe animo ſalutauerat,profuſus in lachrimas,ac præſens adoraret,Hieroſolymam peregrè proficiſcitur, tanto .n. ardore flagrabat ea uiſendi loca,quæ Xpi morte illuſtrata ubiq; terrarum ſingulari reuerẽtia celebrant,ut auſus ſit Epſ feſſa ætate,ſenio inualidus,ſeuiẽti pelago,& ĩſaniẽtibus uẽtis ſe ipſum credere,qui Maris tempeſtatibus delatus,uaria

Turris VVangæ.

Diſſenſio pro eligendo Imperatore.

loca

loca peragrauit,ut diuina inſtructus abundantia ad beatiorẽ uitã reuerteret,quo tpe cũ ciues prĩcipis ſui abſentis miro tenerent deſiderio,ipſe flexuoſos Maris ambitus,& effuſam Barbariem longè à patria luſtrabat, ut quod reliquum erat uiuendi tempus in his perſcrutandis oris tribueretur,quas Chriſtus,cùm inter mortales uerſaret,maximè coluit,cùm uerò iam ſanctiſſima omnia Hieroſolymarũ ueſtigia ex animi ſententia ueneratus interitũ Seruatoris multis lachrymis defleuiſſet, ad penates reditũ lætus parabat,ſed iniquo Fato, uel Fortuna, quæ ſupremæ felicitati inuiderat,oppreſſus in urbe,quæ Acaron, & Cæſarea uocat Paleſtinæ ciuitas,diẽ ſuum obiuit,anno à ſalute noſtra milleſimo decimo octauo ſupra ducenteſimũ,octauo idus nouembris,atq; ibidẽ in templo Diuæ Mariæ, quod eſt cõmune Germanorum hoſpitiũ,poſt uarios Terræ ac Maris caſus religioſiſſimus Epiſcopus quieuit. Nunciata optimi principis morte Tridẽtini atrum & infelicem diem indixere, quo tam grauis iactura reip. fuæ cõtigerit,lachrymante uerò adhuc patria Adelpretus tertius Rauẽſtain in demortui locum ſubrogatur,qui Federici uicem geſſerat, proditũ eſt autem eius maiores uiros fuiſſe nobiles, & ſupra Bolgianum habitaſſe in quodam mõte,ubi hodiè quoq; durat caſtrum Rauẽſtain appellatum, per Sigiſmundum Gerſtelum inſtauratum, tenuit Eccleſiam ad ſex annos,quo uita functo Gerardus Cremonenſis omnium ſuffragiis in uacuam ſedem admittitur,de quo hoc unum tantum narratu dignum traditur,eum domum Epiſcopalem Bolgiani à comite Tirolenſi publica pecunia emptam Eccleſiæ Tridentinæ adieciſſe,qui duodecimo ſui Epiſcopatus anno mortales reliquit,ab hoc tempore cœpit res Tridentina magnopere relabi,& quottidiè magis perturbari. Poſt Gerardum Aldrigetus ſiue Aldricus à campo (ſic enim nominant eius parentes, qui eo tẽpore opibus clari non parum apud principes gratia ualebãt) collaudante Sacerdotum collegio Tiara capiti impoſita Pontificium munus ſuſcipit,ſub hoc Epiſcopo exortæ ſunt ingentes aduerſitates,qui tamen ſeptimum ſupra decimum annum dicitur Eccleſiam gubernaſſe, inde Engnomus ſiue Egeno Eppiani Comes, ſed quidem inauſpicatò ſedit,ſeu ſuo,ſeu patriæ Fato,qui dicitur fuiſſe ſapientia inſignis, quamuis nõ potuerit iniurias ab Eccleſia prohibere,ſiquidem ut ex literarum monumentis commendatum eſt memoriæ, Veronenſes eo tempore dolo,ſtudioq;,& opera Ecelini à caſtro Romano fines Tridentinorum cum exercitu ingreſſi ſuperatis montium anguſtiis urbem inuadunt, obſident,oppugnantq;,& ui captam prædantur,hoſtiliterq; diripiunt,& ne quid tanti luctus expers eſſet,totum Tridentinæ diœceſis agrum populationibus infeſtant,arces,oppidaq; euertunt,uicos incendunt,ferro,igni, cædibus,omnia cõmiſcentes,ut extremo penè occaſu deſolata ciuitate, uaſtatis agris, uictores præda graues redierint,huius autem calamitatis cauſam eã fuiſſe aiunt,ꝙ cùm ciuitas domeſtica diſcordia uexaretur, & in factiones ſcinderetur,ſua quiſq; curaret,nemo remp.tueretur, multi quoq; rerum nouarum cupidi uolebant ciuitatem perturbari,illud præterea acceſſiſſe, ꝙ

Federicus epſ. Hierosolymam proficiſcitur.

Adelpretus .iij. epſ lxxv.

Gerardus epſ.lxxvi.

Aldrigetus .lxxvij.

Engnomus lxxviij.

Ecelinus.

Veronenſes Trid. diripiunt.

Tirolis comites tum, ut ſæpe alias, Tridentinis infeſti, non modò auxilium negarunt, ſed ſedentes etiam & læti ſpectarunt ciuitatem ſibi inimicã hoſtili incendio cadere, his de cauſis nõ ueritos fuiſſe Veronenſes inuitatos præſertim auctore Ecelino Tridẽtinos tanq̃ & ſua & aliena omni ſpe deſtitutos armis aggredi, cæterum non modò in agro Tridentino eorum temporum (ut arbitror) iniquitate ſequitum eſt, ſed in tota etiã Germania ſeditionibus cõmota diu laboratũ, cum ſeptem ſupra decẽ annos continuos Imperii ſedes uacauerit, reſq̃; ad interregnum uenerit, dum ſedatis tandem animis Rhudolphus Comes Habſpurgenſis Imperator electus eſt, quo tempore Menihardus Dux Carintiæ, Comeſq̃; Goriciæ comitatũ Tirolenſem poſſedit (ſic.n. ea loca hodiè nominantur) qui Eccleſiã Tridentinam atrociter inſectatus, multis moleſtiis uariiſq̃; incõmodis affecit, modò.n. coegit Epiſcopos, & ciuitatem ſibi ſublata libertate ſeruire, modò inducias ad tempus conceſſit, & Remp. etiã reſtituit, nunc, ut erat uarius, deiecto Epiſcopo totam Eccleſiam uiolenter tenuit, & Tridentinorum redditus occaſione iræ in fiſcum uertit, ac pro uoluntate ſua regi oĩa uoluit, ciues eo quoq; tempore in factiones erant diuiſi, alii.n. Remp. defendebant, alii Comitis gratia ciuitatem eam deſpectui habebãt, poſtq̃ uerò diu conflictata eſt miſera ciuitas, Rhudolphus Imperator Epiſcopum Comiti recõciliauit, qui mox uno ſupra uiginti ſui Epiſcopatus anno deceſſit. At felicius, q ſucceſſit, Henricus ſecũdus rẽ Tridẽtinã adminiſtrauit, ſed qua familia ortus ſit parũ liquet, id certè nõ dubium eſt, eum fuiſſe ſingulari fortitudine, & ingẽti animo principem, quod eo uno perſpici licuit, q̃ de manibus hoſtis Eccleſiam armis uendicauit, cũ.n. Menihardus Tirolis Comes contra fœdera cum Engnomo Paulò antè icta, Epiſcopatum, ciuitatem, caſtellumq̃;, & omnem agrum hoſtili animo occupaſſet, Henricus rem indignam ratus Eccleſiam ſuam ab armatis uiolẽter teneri, cum Brixinenſibus & aliis compluribus fœdus iniuit, eoſq̃; ſibi in bella ſocios coniunxit, ut breui comparauerit copias uirorum præſertim nobilium uirtute non contemnendas, Sed nobiles (ut uocant) de Zuingenſtain traduntur pro Eccleſia Tridentina eo bello cæteris præſtitiſſe, ĩ quos poſtea Henricus ob res præclarè geſtas pmulta pheuda & beneficia gratiſſimo animo contulit, tali itaq̃ auxilio munitus Põtifex Menihardo comiti bellum animoſiſſimè indixit, animi.n. altitudo nullo periculo deiicitur, nec uirtus Epiſcopalis, quæ nulla uictoris ferocitate deterretur, ferre potuit Diui Vigilii aras funeſta manu coinquinari, & urbem ſuam ab illis miſerrimè opprimi, à quibus defendi debuiſſet, eduxit igitur fortium uirorum manum, ſeq̃ armatum in hoſtẽ miſit, & infatigabili pugna omnes militiæ labores ſuſtinuit, ut patriam ſeruitute liberatam uideret, cuius fortitudinem Dii patrii admirati, & ei incolumitatem præſtiterunt, & Remp. tyrannide eripuerunt, hoſtem enim ab urbe inuitum depulit, nec modò caſtrum Boni Conſilii (ſic enim appellant arcem Epiſcopalem) eiecto Comitis præſidio recuperauit, ſed hoſtili etiam exercitu longè à finibus excedere coacto integram prouinciã urbi reſtituit, &, qui foris hoſtium

Menihardus Dux Trid. occupat.

Henricus, ij. lxxix.

ſtium in ſe oculos pugnando conuerterat, domi ſuorum ciuium animos metu ſoluit, quibus rebus proſperè confectis Epiſcopus apud maximũ pontificem Comitem periurii accuſauit, quos Rhudolphus Imperator rurſus rebus eorum compoſitis in gratiam reduxit: Tridentini autem Henricum ſicuti uictoria inſignem ex caſtris reuertentem læti ſuſcepere, ita eum paulò poſt mortuum funeſto apparatu extulerunt, qui præfuit tribus & decem annis, cui ſubſtitutus eſt Philippus Mantuanus ordinis minorum, uir ſpectatis moribus clarus, quem ſatis cognitum eſt ritè electum in pontificatu Tridentino cum laude ſediſſe, ac religioſiſſimè omnium etiam confeſſione uixiſſe, ſola enim iuſticiæ & honeſtatis fama, quę erat eo tempore inclyta, principatum adeptus eſt, cùm enim de nouo præſule creando conſilium initum eſſet, multorum animos pontificatus cupido uerſabat, nec à ſingulis tantum, qui in ſacerdotio eminebant, factio peruenerat, ſed inter nationes maximè certabatur, Germani atq; Itali ſuum quiſq; proponebant, Germani, ne poſſeſſionem pontificatus amitterent, peregrinum præſulem aſpernabantur, quare dum uoluntatibus diſceptatur, timor inceſſit Patres, ne ciuitatem ſine principe uis aliqua externa adoriretur, res per Sacerdotes collegii gerebatur, quibus ſumma poteſtas erat ex ueteri inſtituto permiſſa, non ſpectabant illis temporibus in decernendo Epiſcopo, qui uel opibus, uel maiorum ſuorum ſplendore elatus in medium prodiret candidatus, ſed qui honeſtate, moribus, doctrina, ac ſuis ſe uirtutibus tanto ſacerdotio dignum exhibuiſſet, nunquàm alias tantis animorum ſtudiis in eligendo principe certatum eſt: In re igitur tam incerta uarii erant motus in ciuitate, tum populus, quod bonum, fauſtum, felixq̃; ſit, inquit. Patres uenerandi principem nobis create, ueſtrum eſt decernere, qui Tridenti dominetur, propterea, qui octuageſimus pontifex à Vigilio numeretur, dignum aliquem eligite, quod per uos factum fuerit, id nobis non modò ratum, ſed & gratum habebitur, nam & deliberandi uobis poteſtas ſumma eſt, eorum quæ feceritis Romanus Pontifex auctor eſto. Fuit itaq; ea tempeſtate Philippus natione Italus, patria Mantuanus, qui an Tridenti, an Mantuæ tum habitaret, parum exploratum eſt, uir diuini & humani iuris conſultiſſimus, ſed non tam uirtutibus q̃ ſuopte ingenio temperatum habuiſſe animum creditum eſt, & ſeuera morum diſciplina inſtructum, eum Mantuanum fuiſſe omnes conueniunt, quibus uerò parentibus natus ſit, nemo eſt qui tradat, id nos tantum accepimus, cum Mantuæ eſſemus, & fortè cum Philippo Ariuabeno ſapientiæ ſtudium probè docto ſermonem haberemus, & curioſè diuerſa exquireremus, eũ à maioribus ſuis ſæpenumero audiuiſſe de geſtis ſuorum parentum narrare ſolitis, unum olim ex familia ſua Tridentinæ Eccleſiæ præfuiſſe: Ad hæc coniectura eſt, q̃ multi continuis temporibus fuerunt ex Ariuabenis Philippi nomine appellati, tanquam id ſit eius domus peculiare, ad hæc accedit multos Ariuabenos per omnia temporũ curricula religione eminuiſſe, multos Canonicos, multos Epiſcopos fuiſſe, id unum de multis non

Menihardus accuſatur periurij.

Philippus epũs lxxx.

Philippus Ariuabenus phyſicus.

Philippus Ariuabenus Archiep̃s

tacuerim, Philippum Ariuabenum Monouaſienſem Archiepiſcopum uirum his temporibus & doctrina & omni uitæ integritate paucis inferiorem, tantum nominis & auctoritatis in ciuitate ſibi ſapientia ſua uendicaſſe, ut dignus habitus ſit, qui ſecundus numeretur ab Hercule Gõſaga Cardinale Mantuano, Principe in Rep. Chriſtiana conſtantiſſimo, integritateq; & ſingulari doctrina ab omnibus ſpectato. Cùm igitur conſtet Philippum Tridentinorum Epiſcopum Mantuanum fuiſſe, Ariuabenos autem natura & quaſi blandienti fortuna ad religionem propenſos, Philipposq; frequentius nominatos, ſuffragante Philippi Ariuabeni phyſici noſtri ſæculi doctiſſimi auctoritate, facilè adducor in ſententiam, ut credam Philippum Tridentinorum Pontificem ex Ariuabenis oriundum fuiſſe. Cognito igit᷑ uiri Mantuani nomine, patres Tridentini, qui cum Germanis ſentiebant, quanquàm inclinari opes ad Italos præſule inde ſumpto uiderentur, tamen ad unum omnes Philippo Mantuano pontificatum deferendum conſtituunt, qui augurato Epiſcopatum adeptus de ſe quoq; Deos conſuli iuſſit, quibus ritè celebratis, atq; his cognitis, quæ per ſacra myſteria ex cœlo in animos mortalium delabuntur, cũ Sacerdotes indicto ſibi ſilentio ad aras Deorum uoluntatem exquirũt, reſponſum eſt ipſum Deo placere, &, quod per collegium decretum fuerat, Diis ratum eſſe. Declaratus hoc modo Põtifex Philippus de templo deſcendit, & claro potitus ſacerdotio Vrbem armis prius à Gallis conditam, iure legibuſq; ac moribus parat condere, efferos militia animos ſacris ritibus leniendos, & mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine operæpretium arbitratus eſt, ex quo, cũ in ciuitate bellicoſa plures eſſe Henrici q̃ Philippi ſimiles putaret, omnes ab armis ad religionem tranſtulit, templa, aras, ſacella, & ſacris & negocioſis diebus, iubet frequentari, non Sacerdotẽ modò Deo ipſi immortali aſſiduum eſſe oportere, ſed & ciues, & plebem omnem adeſſe, & in templo hymnos canere cũ Sacerdotibus licere, iam ad ſacra procuranda omni multitudine ab armis conuerſa, cũ ipſi ſe homines in Pontificis ueluti unici exempli mores formarent, facilè ducebantur, ciuitaſq; non tam pœnarum metu, q̃ noua pietate imbuta regebatur. Hic

Menihardus epatum infeſtat.

Epiſcopus cùm non poſſet Comiti Menihardo, qui ſtatum Eccleſiæ infeſtabat, militaribus armis reſiſtere, ſpiritualem gladium in eum ſeueriſſimè eduxit, & diuinis cenſuris inſectatus eſt, tum Menihardus pollicitus eſt ſe omnem Eccleſiæ iuriſdictionẽ reſtituturum, uerùm abſolutione à Romano Pontifice impetrata, rem protrahendo promiſſa exuit, & diu aduerſarium eluſit, nec unquàm quod receperat, executus eſt, ut coactus ſit Epiſcopus toto penè ſui Epiſcopatus tempore laborando peragrare, ut Eccleſiæ ſuæ iura recuperaret, licet parum profecerit, Eccleſiam tamen tenuit, eamq; ad duodecim annos rexit, & honorarium munus à Rege Adolpho Frankfordiæ conſecutus obiit ab omnibus ordinibus defletus ac deſideratus, ſed cũ plures ſint reliqui hiſtoria complectendi, aliò tranſeamus. Poſt Mantuanum patres Tridentini Bartholomeum Quirinum patricium Venetum præſulem eligunt, à nonnullis tamen inueni⊙

Bartholomeus. lxxxi

memoriæ

memoriæ commendatum Venetum ante Mantuanum ſediſſe, de quo pauca ſunt poſteris tradita, id conſtat eum diù de Rep. ſua cum Menihardo diſceptaſſe, qui quidem præſule urgente rurſus telis diuinis cõfoſſus non multò pòſt expirauit, ipſum autem Pontificem, ubi multa diuerſis cõceſſiſſet pheuda (qđ uerbũ ſæpe occurrit penè neceſſariò utendũ) anno ſui Epiſcopatus undecimo mortẽ obiiſſe. Nũc uerò Hẽrici tertii de Metis (ut loquuntur Germani) cõmemorationi uacemus, quem Bartholomeo ſuffectum religio ipſa legentibus maximè cõmendat. Fuit Henricus excellentis uir ingenii Luzemburgenſis Henrici Imperatoris ſeptimi Cãcellarius, quod iam in album latinitatis receptum eſt uocabulum, quem in ſubſcriptionibus literarum ſuarum ſe fratrem uocare ſolitum fuiſſe aiunt, Epiſcopatum autem adeptus eſt Imperatoris ſtudio, qui tum Romani ingreſſus contra decus & iura Imperii per cõtẽtionem coronatur, inde cõſcriptis nouis copiis, dum ĩ Rhubertũ Apuliæ regem contendit, in itinere morbo correptus, ſequenti anno moritᷣ, Clemente quinto Max. Romanorum Pontifice, ſunt tñ auctores, illi à Florentinis, quorum urbem tum legionibus circũuallatam oppugnaret, ſub ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento uenenũ datũ, opera cuiuſdam Cœnobitæ ordinis prædicatorum, Henricus autem Bohemiæ Rex tanquã Dux Carintiæ & comes Tirolis cum Epiſcopo Tridẽtino fœdus iniuit, cui uallem Flemmarum patri ſuo Menihardo prius oppigneratam liberè reſtituit, & Regio animo quicquid ſibi debebatᷣ pecuniæ gratis remiſit, fuit autem Henricus Præſul Tridentinus, ut tradunt annales, anteà Abas ordinis Ciſterienſis monaſterii VVilharicenſis, diœceſis uerò Treuerenſis, qui ſexto & uigeſimo ſui Epiſcopatus anno dicitur defeciſſe, & ſub templi curuatura, quæ dextra eſt ad maximam aram aſcẽdentibus, ſepultus. Hic Nicolaum Brunam ſucceſſorem habuit Morauum natione, qui Caroli quarti Romanorum & Bohemiæ Regis à ſecretis ſcribã geſſit, Scribæ. n. non ſolùm hodiè apud Imperatores, & alios noſtrorum temporum Principes honeſtiſſimum locum obtinent, ſed auctore. T. Liuio priſci etiam Reges ſuis ſcribis multum tribuere, apud quem legere eſt, Scribam cum Rege ſedentem, & pari ferè ornatu multa agentem ꝓ Rege à Gn. Mutio fuiſſe obtruncatum, Nicolaus igitur cùm regia negocia diligentiſſimè curaret, ut ad ſuum in Regem ſtudium nihil addi poſſe uideretur, illius gratiam meritò iniuit, vnde, cùm nunciatum fuiſſet Hẽricum Epiſcopum obiiſſe, ipſe fauente Carolo pontificatum Tridentinũ facilè obtinuit, qui tamen Eccleſiam non multò pòſt laborantem Ludouico Brandeburgenſe Marchione graui bello Tridentinos premẽte, tueri non potuit, teſtantur. n. eorum temporum hiſtoriæ Ludouicum, à quo ciuitas Tridentina fuit afflicta, Ludouici Bauari Imperatoris filium fuiſſe, quem olim exorta inter Principes ſeditione, Germani Imperatoria dignitate abdicarunt, Ludouicus igitur Marchio, qui etiã tum Comitatum Tirolenſem tenuit, nulla laceſſitus iniuria, ſed ſola regnandi cu⊙

Henricus. iij. lxxxij.

Henricus Rex Bohemiæ.

Nicolaus lxxxiij.

Ludouicus Brandeburgenſis.

pidine accensus infesto exercitu Remp. Tridentinam inuasit, uiq; & armis repentè superauit, ꝓuastatisq; agris, oppida, atq; arces hostiliter deiecit, iura & causas, quæ ad sacros iudices spectant, ad suos magistratus referri uoluit, & per eos expediri, neglecta Ecclesiæ dignitate, arbitratus enim est Reip. curam à sacerdotio alienam esse debere, omnia ad se arrogauit, non decere aiebat præsbyterũ (eo enim nomine ipse utebatur) rerum & armorum imperitum cruento prælio interesse, quem uni Deo intentum esse conuenit, indecorum & ridiculum esse uulgò exclamabat, abrasum caput hostili gladio feriendum obiici, ea ageret Præsul Tridentinus, quæ diuini cultus sunt, quod reliquum est, & domi & foris gerant magni Principes, quorum est urbes ac prouincias administrare, & pro maiestate imperare, ciues tueri, copias educere, &, si opus sit, confligere, quamobrem ea elatus sententia, quam armis subegerat Tridentinorum ciuitatem decem & septem annos tenuit, usq; ad Rhudolphum quartum Austriæ Archiducem, qui Bauarum coegit rem Tridentinam Albertho Orthemburgensi tunc à Nicolao Bruna quarto Tridentinorum Episcopo restituere, de quibus suo loco uberius dicemus. Nicolaus uerò, quo Pontifice contigerat urbem capi, se omnium infelicissimum existimans, dolebat, angebaturq; suo tempore Episcopatum publica ruina nobilitatum fuisse, quare amissa libertate, seruiente patria, Bauaro rem omnem pro libidine agente, ubi quinquennium præfuisset, graui mœrore confectus moritur. Tum ne sedes diutius uacaret, statim eligitur Gerardus secundus de VViders (is est Germanorum sermo) qui Ecclesiam tantùm curauit, &, cùm uideret Pontificatum suum uictoribus contemptui esse, liberam mortem turpi uitæ anteferendam prædicabat, propterea accepimus, eum raro in publicum prodire solitum, malebat enim in obscuro cum decoro esse, q̃ exire in ora Barbarorum, & conspectum insolentium hominum irrisum, ne uideretur sacram dignitatem ultrò hostibus ludibrio obiicere, qui dum secũ animo multa quottidiè uersat, ut libertati collapsæ opem ferat, excruciatur uehementer, unde omnis animi indoles ꝑpetuo langore contabescens paulatim extinguitur. Substituitur Ioannes tertius, natione Hetruscus, patria Pistoriensis, quem tamen constat, nunq; Ep̃ato potitum, sed Riuam oppidum tantum possedisse, quod Principibus à Scala tum Veronæ dominantibus, à quibus mutuas pecunias sumpserat ad domesticas sui uictus expensas, oppignerauit: Nõ prætereundum censeo quod legimus in historiis Langobardorũ Riuã celeberrimum eius regionis apud lacũ Benacũ oppidũ sic appellatũ fuisse à Riuo sanguinis, qui factus est, cũ Rex Langobardorũ Grimoaldus Francos (sic ille Gallos uocat) Italiã per agrũ Tridentinũ ingressos magna occidiõe in prælio superasset, unde oppidũ ipsum Riua iustius q̃ Ripa uideꝫ uocitandũ, & quoniã in mentionẽ de Langobardis incidimus, qui sæpe occurrũt, non alienũ à re nr̃a fuerit, illud hoc loco addere, Garibaldũ ducẽ ob Theodelindam

Gerardus. ij. lxxxiij.

Ioannes. ij. lxxxv.

Riua oppidum.

ob Theodelindã Athari filiã uxorem suam primum ex Bauaris in regnũ Lãgobardorũ uenisse, ac regnasse post Clephũ eorũ regem, cui Gũpertus & Grimoaldus, & alii deinceps Bauarorum duces succedere, usq; ad Desideriũ ultimum Lãgobardorũ regẽ à Carolo Magno apud Vercellas cõmisso prælio superatũ, & regno eiectum: In Grimoaldo aũt fuerũt multæ & præclarę animi & corporis dotes, qui, cũ à filio Rhomoaldo Duce Beneuentano contra Constantiũ Imperatorẽ in Auxiliũ accitus esset, Lupo Foroiulianorum duci Regnũ cõmendauit, uerũ ille dolo malo agens, Hetruriã, Aemiliam, Italiam transpadanã ad defectionem solicitauit, & omnia tumultu inuoluit, totũ Italiæ regnum conatus occupare, hanc obrẽ Grimoaldus Bauaros duce Cacãno in Lupũ mouet, cum quo acie dimicatum est, primo cõgressu à Lupo superati sunt Langobardi, sequenti aũt die prælio rursus, quod acrius fuit, ineunt, utrinq; n. in pugnam maiori animorũ ardore procursum est, & quò ptinacius pugnatur, eò plures uulnerantur, tandem uolentibus Diis fœderũ arbitris ac testibus, qui hominũ impietates ulciscunt, Langobardi Duce Grimoaldo Lupum superant, & obtruncant, ac totũ Forum Iulii diripiunt, sed ne lõgius peregrinemur, ad institutũ nr̃um reuertamur. Mortuo Hetrusco Menihardus Neuuhaus, siue de noua domo (quã locutionẽ, etsi displicet, ĩ his tñ recipi opus ẽ) ĩ episcopatũ petit, Boemus natiõe, magni nominis uir, & ex illis regni Principibus unus, quos Barones uocãt, cæterum probat fides historica eum absentem ab Ecclesia sua uixisse, nec unq̃ Episcopatus possessionẽ cœpisse, unde id incertũ est, an quia fortè inuitis Tridẽtinis fuerat electus, atq; illis aduersantibus difficile erat dominari, an (qd magis crediderim) quia Ludouici Bauari Tyrãnidem oderat, cuius immoderatæ licentiæ seruiendum fuerat, si Tridentũ uenisset. Bohemo autem mortuo, Alberthus scḋs Ortẽburgensis ex Caritia in pontificatũ adscitus sceptrum capit, & mitra insignis Ecclesiã sapientissimè gubernat M.ccc.lxiii. Scribũt, qui eius uitã in publica acta rettulerunt, eũ fuisse unũ ex comitibus Oelegiæ & Ortenburg. qui nõ sunt minus rerũ gestarum gloria splendidi, q̃ generis uetustate, huius Principis eligendi causa supplicatio primũ per urbẽ habita est, atq; adorati Dii, ut benè ac feliciter eueniret, qd̃ Patres iussissent: Alberthus igitur quantũ potuit, iniurias ab Ecclesia propulsauit, seditiões, odia intestina extinxit, rerũ oĩum altricẽ Cõcordiã coluit, cõtrà uerò discordiã ad ĩternecionẽ uiã eẽ cẽsuit, sed id potissima cura sibi amplectẽdũ animaduertit, tẽtare oĩa, ut Bauarũ ceruicibus eiiciat, Tridẽtini anguñt, & quottidiè magis indignañt se tot annos seruire, circũspiciũt unde auxiliũ sperẽt, finitimos oẽs populos ac Principes, quos ipsi alias sæpe, cũ illi laborarẽt, nõ cõtemnendos iudicauerunt, ambiunt, præmiis, ac pollicitationibus in partes suas solicitant, docent q̃ grauis, q̃ molesta sit Tridentinis seruitus libertatem expertis, quàm iniquè sibi euenerit, rogant sibi auxilio sint, secum iungant arma, & communibus auspiciis bellum gerant, se solos non posse poten-

Garibaldus Rex Langobardorum. Reges Lãgobardorum ex gẽte Bauara.

Lupus dux Foroiulien sium.

Menihardus, lxxxvi

Alberthus. ij. lxxxvij.

tissimum hostem sustinere,quicunq; pro Tridentina Ecclesia arma cœperit,experturum Tridentinos uiros esse,& parem gloriam quandoq; relaturos,non esse aliarum ciuitatum Bauari Imperium crescere, qui nisi in tempore reprimat furor,cõmiscebit omnia incẽdio,ut finitimas urbes tandem pœnituerit,Remp.Tridentinam pro salute sua opem undiq; implorantem repulisse.Verũ cũ nulla ex parte spes appareret auxilii, cõtabescunt in seruitute ingenui animi,& modò ignauiam suam secum increpant,modò ira atrocius æstuantes excutiendam armis seruitutẽ vulgò proclamant, &, cũ aut moriendum,aut perpetuò seruiendũ sit, malle mortem,q̃ uiolentam tyrannidem pati,subeũda esse grauissima quęq; pericula,ut aut uiuant cũ libertate,aut cadãt cum seruitute.In hæc uerba palàm erumpunt uiri Tridentini,cũ magna rerum desperatio animos irritaret,& Alberthus Episcopus animatos ciuium spiritus ad libertatẽ assiduè extimularet,ne quid tñ temerè agerent,omnia prius experiri uolunt,interim nunciat Rhudolphum quartum Archiducem Austriæ sceptrum cœpisse,ad nuncium alacres Tridentini oblatam sibi respirãdi occasionem rati,legatos statim cum mandatis ad Archiducem sibi amicum iussu Epifcopi mittẽdos decernunt, q, ubi in Austriã uenerunt,& admissi sunt ad Principem,in squallorem mœstitiamq; cõpositi,causam magno silentio egerunt.Congratulantur primùm illum pro singulari sua uirtute,in potentissimum Austriæ principatum successisse,docent deinde Ludouicum Ludouici Bauari filium sibi & Austrianorum nomini infestum, cùm ipsi ab eo nihil timerent,ubi Tirolensem comitatum regno suo adiecisset,dominandi cupidum agrum etiam Tridentinum infesto exercitu ingressum,oppida,arces,& munitissima quęq; loca repẽtino impetu expugnasse,ualles,uicos,ferro ac flamma diripuisse,atq; omnia cædibus cõpleuisse,deuicta uerò urbe,relictaq; tantùm Episcopis diuini iuris cura, in omnes inhumanum uersare cuncta pro arbitrio,Nicolaum, Gerardũ, Ioannẽ,Menihardum , & Alberthũ nunc ab urbe capta quartum Epm, nõ tanq̃ Pontifices,sed uti ministros Bauari cupiditatibus obedire ĩ hũc usq; diem oportuisse,eas non esse suæ ciuitatis opes, ut soli possint tanto incendio occurrere,qui tamen dedissent aliquod uirtutis suæ specimen, si uirtute non dolo pugnatum fuisset,& nisi eos ipse antea in fidem acceptos fraude iugulasset,nescire Tridentinos quamobrem tanto odio ille in Ecclesiam suam exarserit,sed id suspicari,Bauaro persuasum esse sibi licere ius uiolare,ut imperet,uerũ nos in primis ea de causa lacerat Dux optime,quia id cognitum habuit,nos tibi & maioribus tuis amicos semper fuisse, quantis enim conatibus Bauari domum tuam multis ornamentis illustrẽ studuerit p oĩa tẽpora abolere,& ex omni altitudinis gradu deturbare,nemo est tota in Germania,q ignoret,sed te una atq; eadẽ recens Ludouici huius pris, qui oĩum Principũ consensu coactus est Imperium deponere, in parentem tuum iniuria moueat ad arma capessenda contra iuuenem istum utriusq; hostem implacabilem, nihil est per

Legatio Trid. ad Archiducẽ Austriæ.

Ludouicus Bauarorũ Dux.

Deos

Deos ĩmortales q̃ existimes Ludouici patris manes, & eius stirpem posse conquiescere, nec unquàm Austriam, donec eius generis quisquam supersit , quieturam, ut putes Bauaros Austrialium æmulos non odio tantum q̃ gloria tecum perpetuò concertaturos , uides ne iuuenem flagrantem regnorum cupidine materiam igni ultrò præbere? Tirolis comitatum proximè oppressit, nunc Tridentum, mox alias urbes circũsedebit,utinam Henricum primum ex Bauarorum familia Imperatorem imitaretur , qui adeò sanctè uixisse dicitur , ut in morte miraculis claruerit,eius q̃fectò maiores clarissimos Impatores obseruauimus,admirati sumus Reges , q ex gẽte Bauara à Garibaldo usq; ad Desideriũ sũma cũ gloria Lãgobardis dominati sunt ,at lætati sumus Ludouicũ huius parẽtẽ interiisse,q̃ eius potẽtia esset nobis formidolosa,hũc ut Bauarũ nõ odimus, sed tãquã alterã belli facẽ,&, quòd libertatem nostram perdidit, detestamur,non conciderunt tamen Tridentini luxu aut socordia,sed aut suo,aut Vrbis suæ fato,tentarunt undiq; auxilia, nulla ciuitas,nullus Princeps ausus est opem polliceri aduersus iuuenem tam elatum , solus occurristi, quò confugeremus,te unum superesse tandem intelleximus propter uirtutem tuam bello spectatam Bauaris metuendum , legatos á sociis & pro sociis ueniẽtes de more maiorum tuorum complectere,dolemus nos seruatos,ut grauiora uideremus,indignamur nos coactos seruire, qui liberi eramus, quod nullis aliis nostra tempestate accidit. Dum causam suam agunt Tridentini,non minori inter narrandum ardore , q̃ mœrore miseras suas queruntur,& oculis subiiciunt, solitudinem suam commemorant, quæ in se crudeliter facta sunt,exponunt,in hospites, in uicinos , in amicos,in fœderatos , in homines claros genere,usos honore,sæuitũ esse, quæ quidem á feris etiam gentibus remota esse debent,quantæ, inquiunt, curæ quondam fuit ciuitas nostra Regibus, Imperatoribus , Pontificibus , quorum quidem omnium auctoritas apud omnes grauissima esse deberet,uerùm his contemptis Bauarorum Dux antiquissimas nostras leges, statuta,Patrum nostrorum decreta non modò aboleri uoluit, sed omnem Rẽp. radicitus euulsit,&,quæ communia erant,omnia ad se unum rapuit, quod periniquum est,quæ Ecclesiæ & Pontificũ nostrorum sunt, arbitratu suo dissipat,quod indignum est,infirmiorem ciuitatis partem cogit ad quæq; sordidissima,quod inhumanum est,destituti,eiecti, & tãquam naufragi erramus per omnes terras opem quærentes:Quis miserias? quis casus nostros non defleret? nisi fortè aut calamitatem nostram ignoraret, aut omninò immanis esset,finge Remp.ad pedes tuos astare supplicem , & cladem suam lugentem , opem abs te humanissime Prĩceps petere,poteris ne & optimã & tibi amicã ciuitatẽ ĩdignè oppressã in re tã lugubri à cõspectu tuo repellere? ne patiare,obtestamur,nos diutius cõtẽptui esse, & causa nostra deplorata Tridẽtũ redire,nõ auctorẽ culpę, & reum criminis Ludouicũ deposcimus,leuius agimus, res nras repetimus, cape arma , & qđ p Deos ĩmortales oramus,& p sacras Diui Vigilii reliqas, & uetustũ ĩter nos hospitiũ obsecramus,eripe Ecclesiã Tridẽ.de mãibus hostiũ, abeat

Commiseratio Trid.

Miseria Ciuitas.

Bauarus,ex urbe præſidium, ex agro Tridentino exercitũ ſine iniuria deducat,Vrbs noſtra libera eſto,regant Epiſcopi ex ueteri inſtituto, reſp.ciues,prouinciæ,ſacra omnia Pontificibus de more obediãt: Habes Duces fortiſſimos in caſtris nutritos,armorum tractandorum & diſciplinæ militaris non imperitos,abundat Auſtria uirorum multitudine,auroq́;, quod ex montibus tuis effoditur,ſtipendium datur,nos inſuper quantum poterit ſuggerere reſp.noſtra non deerimus,ad hæc accedit, quod potiſſimũ in magnis negociis gerendis exiſtimamus,tua ſingularis gloria, & paterni ſplendoris fama,nihil deeſt,quod ad uictoriam deſideretur,ſatis opis in te uno eſſe haud obſcurum eſt ad arcendum ex ciuitate noſtra Bauarorum Ducem,iube conſcribi militem,ut ille intelligat ſuſceptum cũ Tridentinis bellum habendum eſſe cũ Auſtrianis,euẽtus pugnæ uelut æquus iudex iure optimo nobis uictoriam dabit,q; ſi ſaluti ſociorum cõſulueris, in eo ipſo,quod nos iuueris,acerrimi hoſtis tui potentiam ſimul attrieris, non.n.ẽ re tua eſt,imperium Bauarorum indies augeri, q; ſi Tridentũ allatum fuerit,te Dux Illuſtriſſime remp.noſtrã ſuſcepiſſe armis tuendam, Dii quantum læticiæ,quantũ animi ciuitati noſtræ addideris, reuiuiſcent generoſiſſimi ſpiritus,qui non interiere ullo,aut terrore,aut fortunæ iniuria fracti,ſed tantiſper iacent,ac deliteſcunt, dum tempus ſit uirtute uti, ſi te Ducem Tridentinis præbueris,quales ipſi futuri ſint, experimento cognoſces,tecũ exibunt in pugnam,primi hoſtem ferro aggredientur, primi templorum inuaſores obtruncabunt,nec tam ſibi iucundum fuerit iniurias ſuas q̃ tuas te Duce ulciſci, eruntq́; perpetuis temporibus ſummæ tuæ in ſe pietatis memores, & regno tuo nunquàm indecores, cæterum ſi intellexerint irritam fuiſſe apud te ſuam legationem, fiet extemplò in forum concurſus hominum, quid animi futurum putas? cùm uiderint nos nullam opem, nil prorſus ſpei attuliſſe, grauia omnia & acerba ſibi deinceps expectanda, tantus certè pauor ac deſperatio ciuitatem inuadet, ut auditurus ſis crudeliſſimum ſpectaculum, Tridentini maiorum ſuorum uirtutem imitati in amnem Atheſim mœnia præterlabentem unum refugium in extremis periculis adid (ut arbitramur) nobis natura datum precioſiſſima quæq; coniicient, ſeq́; in fluctus ſuper ſtragem cateruatim præcipitabunt, quando eò uentum ſit, ut Diis nolentibus, cum dignitate uiuere fortibus & bonis uiris non liceat, Verùm ſi reſp.noſtra loqui poſſet, plura apud te quereretur, quamuis quid plura deſideras? quid miſerius narrari poteſt? unde excitabitur, ſi his non excitetur indignatio? q; ſi iniurias & lachrymas noſtras ad res tuas rettuleris, ſi de liberis, de ciuibus tuis cogitaueris, non modò tantam in nos ſæuitiem nullo modo ferendam eſſe iudicabis, ſed inopiam, ſeruitutem, deſolatam noſtram ciuitatem miſeratus, nos auxilio tuo non indignos putabis: Quare per incorruptam tuam fidem, & dextram bello inſignem, te talem nobis præſta,qualem confidimus,tuere fidiſſimæ Ciuitatis iura,& (qđ humanũ eſt) miſere calamitatis noſtræ, &,dum licet, Bauari audaciã reprime, quid futurum ſit nobis reiectis diligenter conſidera

ſidera,audies urbis tuæ portas tormentis bellicis propediem pulſari, ut id cõſtituere tibi neceſſe ſit,& Tridẽtinis & Auſtrianis tuis pariter conſulendum eſſe. Auditis ſociorum legatis à quibus patriæ ſuę incõmoda fuerunt docta oratione deplorata,Auſtrianus triſtem eorum conditionẽ cõmiſeratus,populum Tridẽtinum in tanto mœrore occupatum, non deſerendum eſſe exiſtimat,iuratq́;,& uos Dii teſtes facit, ſe Bauarum hominẽ aliena regna nimis cupidè affectantem, quacunque dehinc ui,poſſit perſecuturum,niſi reddita Tridentinis libertate,finibus eorum ſine iniuria excedat,nec illum ultrà,nec alium quenq̃ præter Epiſcopum dominari Tridẽtinis paſſurum,lachrymarum igitur & quærelarum caſtigator acerrimus hortatur,quod uiros Auſtrianos,quod Tridentinos deceret, fortiſſimum quenq; iuuenem arma capere aduerſus Ludouicum ducem hoſtilia auſũ, æquum tamen putat eius animum prius explorare, q̃ inconſultò ferri in prælia: Quamobrem legatos ad Bauarum ducem præferocem extemplò mittit,qui ſuo nomine cũ eo agerent, ne à quibus nullam ipſe iniuriã accæpiſſet,Auſtriæ ſocios atq; amicos Tridentinos diutius premat, eos, ſi res cogat,ſibi bello tuẽdos eſſe,ſed melius eſſe bellũ ipſum, ſi poſſit, amoueri, & Auſtrialiũ uires pace potius cognoſci,q̃ armis, amicum ſe illũ habiturum,ſi ultrò Tridentinorum agro excedat,atq; eos ad priſtinam libertatem reſtituat,ſi pergat liberam ciuitatem iniuria tenere occupatam, ſe pro ſociis ſuis aduerſus illum bellum ſuſcepturum, & iiſdem animis, q; bus ſuſceperit,geſturum. Hæc poſtq̃ Archiducis mandata legati ediderũt, quos etiam legatio Tridentinorum ſubſecuta fuerat,Bauarus,qui cognouerat præter ueteres cũ Auſtrianis inimicitias,magnas quoq;, q; Tridentinos iniuſtè præmeret, odii ſui feciſſe acceſſiones, etſi nouo bello,quod ſibi indicebatur,exterritus rebus ſuis timeret, ira tñ accenſis animis, quòd audiſſet ab Auſtrianis imploratum auxilium,ſibiq́; ex finibus Tridentinis cedendum eſſe, ferociter reſpondet,ſe in armis ius ferre, omnia fortium uirorum eſſe. Erat impetus ſtatim ad arma diſcurrere, & omiſſa in Tridentinos ira, in Auſtriam primũ ire, ut uerò mentem minus excãdeſcentem ſubiit ſuperiorum temporum recordatio,quãtum inſudatum eſſet, ab inceptо reuocabatur, cùm maximè animo repeteret cladis nuper acceptæ memoriam,ubi aduerſus Auſtriam arma tulerint, nil temerè incohandũ, quod cũ dignitate perfici non poſſit,iudicauit. Vicit hoc ſaluberrimũ cõſilium,ne tñ uideretur quidpiã metu mutatũ,qđ Archiduci gloriæ aſcriberetur,ſimulat cum Tridentinis beneuolentiã,quibus benignè ad ſe uocatis, ait ſe maximos Imperatores imitatum cogitaſſe de Eccleſia Diui Vigilii augenda, & Tridentinos deinceps ſibi ſocios & amicos appellandos eſſe,ſeq́; eorũ uirtute in magnis negociis libenter uſurum,quos pro certo habet ſibi nullo in loco defuturos, addit Rhudolphi Auſtriæ Archiducis, qui pro Tridentinis interceſſit, preces apud ſe nonnihil ualuiſſe, ſed iam diu ſibi conſtitutum fuiſſe, animum ſuum Regio munere Tridentinis declarare, ſe igitur Diuo Vigilio Eccleſiam & omnem agrùm ultrò dono dare, ſed ita, ut cognoſcant Tridentini liber-

Auſtria opem pollicetur.

Legatio Auſtriani ad Bauarũ

Ludouicus Bauarus ferociter reſpõdet.

tatem iure amiſſam Ludouici Bauarorum ducis liberalitate ſibi reſtitutã, ciuitatẽ bello captam à benigno principe gratis accepiſſe,nihil eſſe,quod illi ſibi perſuadeant Ludouicum Bauarum uirtute cæteros mortales prę-ſtantem,uoluiſſe eos tantis beneficiis ſibi coniunctos eſſe,niſi quia nõ mi-nus glorioſum putauit uictos ad ſe confugientes ſuſcipere,q̃ ſuperbos ar-mis debellare,qui uoluerunt rẽ ſecũ ferro decernere,cognouiſſe ipſũ acie inuictum,qui poſitis armis uenerunt ſupplices,clementem, ſi quid furore militum,ut fit,diſtapidatum ſit,effecturũ ut plura ſua liberalitate reddan-tur,q̃ diminutum fuerit,id animo ſuo ſemper inhęrere,regalius eſſe dare,q̃ accipere,quamobrem nõ modo fines eorum uiolaturum negat,ſed Eccle-ſiam,aras,ſacrum Diui Vigilii adytum,Ciuitatem,prouinciam, Tridenti-nos omnes ut ſocios ſe perpetuò protecturum iurat,&, ſi qui auſi fuerint turbare,ſe eos ferro,atq; igni perſecuturum. Dum legati apud Rhudol-phum Auſtrialem de rep. uehementer laborant, Ciuitas ſolicita tantæ rei expectatiõe, & quid paritura eſſet Auſtria animis ſuſpẽſa,fremere,& mi-ſerrima omnia cogitare,Matres,quod in ipſis opis erat,in preces uerſę,per omnia delubra uagæ,ſuppliciis,uotiſq; Deos fatigare. Nunciatur interim auctore incerto legatos ſalutẽ impetraſſe, literæ uerò paulò pòſt ad Epm miſſæ afferuntur,quo nuncio per urbem diſſipato, tanto populi tumultu ad fores põtificalis palacii concurſum eſt, ut uix à magiſtribus coerceret multitudo,uociferantibus cunctis,quæ nunciata eſſent de communi ſalu-te,palàm fieri debere,mox ipſos appropinquare legatos allatum eſt, tunc omnis ætas obuiam ruere, legati circũfuſi omnis generis frequentia ad Pontificem primùm,deinde in forum peruenerunt, in læticiam effuſi ſunt omnes,ubi audiuere Rudolphum Archiducem ciuitatem Tridentinam amicam ſociamq; appellaſſe,& defendendam ſuſcepiſſe, Bauarum liber-tatem ſponte ſua reſtituiſſe,finibuſq; exceſſiſſe,rem ſaluam eſſe,quæ tanto clamore excepta ſunt, ut uix gaudium animis caperent, Alberthus Eps, quod unum ſummis p̃cibus petierat,Deorum beneficio & Auſtriani ope-ra adſecutus,ſupplicationem in triduum decreuit,ſed in primis Diuo Vi-gilio,cuius numine Eccleſia de manu hoſtium credebatur erepta,ritè ſacri ficatum eſt,per eos dies templa frequẽtem turbam habuere,Diis.n. ímor-talibus gratias agebant,quorum ope deſperatam ſalutem recuperaſſent, nam licet uigilando,agendo,benè conſulendo proſperè omnia cedant,qc-quid tñ feliciter euenerit,Deo ímortali acceptum referri oportet,piumq; eſt credere,uotis,ac ſuppliciis,non iniquitatibus parari Deorum auxilia. His itaq; rebus ex uoto adſecutis pius pontifex Alberthus,qui flentẽ pa-triam,& in luctum ímerſam inuenerat,ac ſæpius cõplorauerat, nunc læ-tus,q; ea tandem ſe præſertim auctore libertatem,& priſtinam dignitatem adepta fuiſſet,cũ ſeptem ſupra uiginti annos præfuiſſet, in tanto gaudio ſenex in palacio Epiſcopali expirauit, qui publicè defletus inter lachry-mas effertur,magnificeq; funeratus ſub Crypta apud aram Diuæ Maxẽ-tiæ læua poſitus eſt.

Læta ciuitas.

Libertas Trid. reſtitutа.

Supplicatio ãcretа.

Iani

prandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber tertius.

Ciuitate tum optimi prĩcipis interitu funeſta, tũ læta publica libertate nuper acqſita,Georgius primus Liechtenſtain de caſtro Niklſpurgo (in quibus nominibus adeò laboramus,ut auocetur ſcribendi impetus) unus ex Baronibus Auſtriæ (ut eorum utar uocabulo) & tum Eccleſiæ Diui Stephani Viennæ Pãnonũ urbis præpoſitus ad Epiſcopalem ſedem eligitur,& Pontificia auctoritate confirmat, cui rerum publicarũ cura Patrum ſuffragio traditur,ſed inauguratò ſceptrũ capit, Tridentini enim reip. potiundi ſpe erecti,ad facinus animum intendunt, quos Rhudolphus ex generoſa Bellenzanorum familia ad res nouas accenſus, & Epiſcopis maximè infeſtus ad libertatem hortabatur, ut ipſe ciuitate perturbata dominatum facilius inuaderet,Federico Auſtriç Archiduce,& tũ Tirolis comite opem pollicente,ex quo Tridentini,cùm iam ſibi perſuaſum eſſet expulſo Epiſcopo ſe ſolos in urbe regnaturos, rerum ſummam affectantes clandeſtina conſilia ineunt, & Inſidias in principem componunt,quæ ue ad eum opprimendum uidebantur opportuna,impigro aĩo moliuntur. Cùm uerò tempus uideretur cõmodum ad id negocii perpetrandum, ſpeſq; eſſet rem ex uoto ſucceſſuram, conſtituunt Epiſcopum audacter aggredi,quapropter Bellenzano uiro ſtrenuo,qui tum cęteros in ciuitate opibus & auctoritate facilè præſtabat,tãti ſceleris duce & auctore comparatur armatorũ manus,quos in urbem ſecreto conuocant,& apud domeſticos uicatim diſtribuunt,quibus ordinatis egreſſum ex arce Epiſcopum perditiſſimi Ciues excompoſitò adoriuntur,& hoſtili impetu capiunt,trahuntq; in uincula,arreptus ille ui populari cœlum ſuſpiciẽs inquit,Diue Vigili,cæteriq; Dii,qui urbem, atq; arcem hanc Epiſcopalẽ incolitis,ſiccine ueſtrum Præſidem ſinitis uexari ab his, à quibus defendi oportuit? patiemini has manus,quibus toties ſacra ueſtra ritè tractaui, in cathenis eſſe? ſic licet uiros bonos in ſummũ & lubricũ ſtatum fauore tolli,deinde deſtitutos ac proditos deiici? ſic Georgium Epm ueſtrũ, qui ciuitatẽ ppter aſſidua bella & grauia tributa ære alieno ímerſam opibus ſuis in lucem extraxit,pollutis manibus attractatis? ſic cultorẽ tẽplorum in latebroſum carcerẽ laqueo raptatis? non obuerſat tẽporis illius memoria,quo me ex Auſtria in ciuitatem ueſtrã adminiſtrandam per legatos ultrò uocauiſtis? non illius inq̃ diei,quo ciuitas me ſummo plauſu & apparatu ſuſceptum,& in ſacram ſedem per altos gradus ſcandentem comitata eſt? hæc ne gratia uſo principi relata? fas ne eſt Põtificẽ de rep. uſa benemeritum,quẽ uos ueſtrum creaſtis Epiſcopum, uinctum in tenebris

Georgius i. epiſcopus lxxxvij.

Bellenzãus

Cõmiſeratio epi.

obnoxiam carnificis arbitrio ducere animã? nõ poterat aliter expleri malorum ciuium libido? nisi uestræ manus uestri principis sanguine diffluerent? Ad hanc miserabilẽ comploratiõem, etsi nõnulli ex circũfusa turba mouerentur, nemo tñ aduersus Bellẽzani potestatẽ uti dictatoriã attollere oculos, aut hisce re audebat, sic clamantem Epm in atrum turris Vangę, quã & Rubeã diximus appellari, carcerẽ detrudunt, Bellẽzanus autem conuocato in concionẽ populo. Iam licet, inquit, uos Viros appellare Tridentini, qui libertatẽ paulò antè uobis restitutã defendistis, proximè uerò à Georgio, qui ad tyrãnidem repserat, occupatã uirtute uestra redemistis, ipsum autẽ Epm, quo dominante uobis uetitũ erat, ut in libera decet ciuitate, uiuere, in uincula rapuistis, atq; omnibus gentibus hodiè declarastis maiorem dignitatis uestræ rõnem habendam esse, quàm externi hominis superbiæ, iniquũ sanè erat peregrinum præsbyterũ (sic ille eum appellabat) in uestra ciuitate regnare, & qui bellare nefas ducebat, bellatoribus uiris imperare, nostrum est remp. nostram pro arbitratu regere, pro qua non recusabo, si uos iusseritis, belli discrimen subire, nec me reuocabunt à patria tuẽda acerbissima Episcoporũ impia, & seruilia iurgia, Quas præterea à maioribus accepi, opibus foris copias, domi populũ ali decernite, non. n. mihi ad libidinẽ, sed ad reip. usum diuitias paratas esse uelim putetis, quod existimo uos pro certo habere, de meo. n. in uos aĩo plęrunq; periculum fecistis, ac re perspexistis, me omni tempore nec uestris, nec publicis cõmodis defuisse, licet mea in uos merita sint adhuc & mea uoluntate, & usa fortassè expectatione leuiora, quicquid profectò uos pro uestra dignitate retinenda statueritis, meum fuerit singulari studio exequi, & si res poscet, inter hostes etiam ferro animã profundere, modò electo de ciuitate Episcoporũ iugo rebus uestris benè eueniat, & uos q diù seruiuistis, tandẽ imperetis, æquius est. n. nos regere, q̃ ab aliis regi, qui quottidiè ad nos peregrè proficiscuntur, laudabilius ne cẽsetis uiros fortes seruire, q̃ cum dignitate imperare? nobis persuasum erat Georgio remp. administrante ciuitatẽ nostram liberam fore, quantum autem nos fefellerit opinio nostra, & quem in locũ res deducta sit, uidetis, ut non solũ ea perspicere oporteat, quæ iam gesta sunt, sed multò attentius, qui cursus rerũ, q exitus futurus sit, quæ facta sunt, pbetis necesse est, & animosissimè tueamini, nisi uos per media funera in grauiorem seruitutẽ relabi uelitis, propterea, ut liberi sitis, uiri estote, frustrà. n. laboratum esset Epm ex arce deturbasse, nisi &, quod auspicati estis, spetiosum facinus perpetuò defenderitis: Audete igit', & quod unum est omnibus mortalibus iucundum, libertatẽ eo animo defendite, quo recuperastis, ad tam præclarũ negocium Dux potentissimus Federicus auxilium uobis pollicet', is uos ignauiæ arguit, nõ decere, inquiens, Tridentinos homines indomitos habere Epos dominantes, uos iam palàm prædicat frui nescire, quæ uobis nuper diuino quodã munere reddita est libertas, nolim profectò uos in animum inducere, qui aliunde huc in regnũ ueniũt, patriam suam, qua chariorem rẽ nullam experti estis, causa nostra relinquere, ad nos properatur, ut ruinis nostris

Bellenzani oratio ad populum.

nostris saginentur, uolunt præterea nos sibi debere, & loco magni beneficii ducere, q̃ nobis imperent, q̃ nos torqueant, & quottidiè iugulent, pulcherrimũ est sanè imperare, cũ tamen nihil difficilius sit, quæ opinio nisi iam ab omnibus recepta esset, non mitteretur quottidiè aliquis ex diuersis partibus ad nos uexandos, ac si nostrũ sit perditis hominibus seruire, aliarum uerò gentium bonis dominari, uerũ ita uiuite uiri Tridentini, ut libertatis memores sitis, nec memoria usa excidat Bauarorum Tyrannis, à quibus ciuitati nostræ illata est tanta clades, ut nondum publici uulneris cruorẽm deterserimus, Bauarũ tamen unum non tulistis uirum atrocem & omnibus tremendũ, plures ne feretis Episcopos, qui cõtinuato ordine ad uos tanquã ad hæreditatem capiendã frequentes truduntur, qui suis redimiculis, & baculo intorto plus terroris nobis incutiunt, q̃ truces milites pilis & galea, & quò recẽtiores, eò auidiores sunt, ut. n. ex uoluntate res facilius agantur, timeri uolunt, si cõquerimur tributa à nobis grauius extotqueri, rebelles sumus, si obsequimur, & onus taciti ferimus, boni sumus & laudamur, sed tanq̃ uenales pecudes deglutimur, quousq; hæc patiemini? utrũ licuerit uobis tandem uires uestras cognoscere, quas Natura ne bestias quidẽ ignorare uoluit, si numeretis quot uos ipsi sitis, quot aduersarios habeatis, equidem intelligetis acrius plures pro libertate, q̃ unum pro imperio certaturũ, pacem habebitis, si arma ostenditis, si uiderint Episcopi uos ad uim paratos, ius uestrum ipsi remittent, audendũ est uiri Tridentini pro Rep. p parentibus, p liberis, pro coniugibus, pro opibus uestris seruandis, ego quidem nullo in loco nulli uestrũ deero, sed quæso cauete ne studium uestrum, quod polliciti estis, mihi desit ad rem tantã peragendam, uerùm tam ne paruus animus tanti populi est, ut dubitem, quẽ extinxistis Episcopũ, uos passuros renasci? cur aduersus externos tantũ animorum geritis? an ut domi sitis serui? foris pro cõmodo publico certatis, domi pro libertate non certabitis? date operam quæso, ut nunq̃ obliteretur uirtutis uestræ memoria, quæ in urbe maior, q̃ in castris elucescit, Vos certè, quod memini & accepi, quæ petiistis, seu ui, seu fortuna usa semper obtinuistis, experiamini uestrã felicitatẽ, nec patiamini uestra negligentia, quæ in manu est, libertatẽ perire, adeste igit' & prohibete ius uestrũ d manibus eripi. Ego me ciuitatis patronũ profiteor, paratum pro salute uestra aduersus Episcopos, quos omnes uobis inimicos experti estis, uiriliter pugnare, at; si me uestrum Ducem appellabitis ad obtinenda ea, quæ uultis, me potentiorem habebitis, quid autem faciendũ sit, uos ipsi cõmunibus suffragiis statuite, ego uerò ita sentio ciuitatem nostram ad populare administrationem redigendã esse, solo autẽ adæquandã esse execrãdam Episcopalis dignitatis superbiã, &, quæ sua arroganter fecerunt Episcopi, cõmunia esse debere, rerum summã penes uos esse, quæ patres decreuerint, ac Populus iusserit, & domi, & foris rata esse, ut nos, qui longam & durã seruitutem domi nostræ seruiuimus, iam dñari incipiamus, & aliis gen-

tibus,quæ dominos ad nos mittere consueuerunt,imperare discamus,qd uos tamen sentiatis proloquamini.Placuit oibus Bellenzani sententia,q̃ seditiosissima usus oratione tãto calore pro rostris disseruit, ut ab ullo in tanta multitudine reclamatũ non sit:Quam ob rem concitatis popularibus,apud quos inuidia Principũ semper magnæ fuit auctoritatis, sexdecim uiri statim electi sunt populi iussu,penes quos summũ imperium sit,sed,ad quem unum uti ciuitatis recuperandæ auctorem cuncta deferantur,Bellenzanũ decernunt,cuius ductu uolunt geri omnia. Bellenzanus igitur his inflatus,cùm uidisset populum secũ in Episcopũ coniurasse,sibiq̃; omnium ordinũ decreto,datam esse imperandi potestatem, uir animo ingenti,& ad oĩa audaci,tantos sibi spiritus,tantã arrogãtiã sumpserat,ut, quod diu mente conceperat, de Rep.occupanda cogitet, regnum ante oculos proponit,& secum uersat glorioſissimũ esse rerũ omnium dominari,&,quæ ad id tendunt,honesta esse omnia,eaq̃; sibi in primis quærenda,non Principes ex legibus, sed à Principibus leges creari, imperanti homini subiecta esse cuncta,quæ sequuntur reliqua sine imperio indecora esse:Virorum est,inquit,magni animi cæteris p̃esse, stolidã plebem ueluti pecora inertia, natura:regi malle,q̃ regere,qui sapit atq; audet,uolẽtem plebẽ,quò uult,ducit, quod ni faciat,se seruũ natum esse fateatur necesse est,non difficile esse Tridentinos subigere, iam ciuitatẽ in potestate sua esse,oppressa urbe reliquos populos,qui nomini Tridentino parent,ultrò in deditionem uenturos,milites p̃terea ære suo cõscriptos fore dicto audientes: Tã præcipiti animo fertur,tanta insania exagitatur,ut iam sibi persuasum habeat,& cernere uideat,Naunes, Venones,Steonos,Breucos,& reliquos montanos populos non longè ab urbe iuga Alpiũ,ac ualles incolentes,suo imperio obedientes esse.Cũ hæc aũt animo uersaret Bellenzanus homo uecors,nec ignoraret tãtum facinus sine scelere perfici nõ posse, uiamq̃; sibi ad tyrãnidẽ per insidias & cædes parari oportere,in eos primũ cœpit sæuire, quorũ uirtutẽ Principi & bonis omnibus gratam esse cognouerat, sibi uerò formidolosam, duos egregios & summæ nobilitatis iuuenes Episcopi cubicularios, qui eum ex Austria Tridentum initio secuti fuerant, rapi iussit in uincula, eosq̃; deinde questionibus extortos in forum trahi, & multis crudelem nobiliũ iuuenum casum cõplorantibus, sed tamen inhumanum facinus palàm improbare non audentibus,gladio de more patriæ percuti edixit, quorum capita,ut supplicium de miseris iuuenibus sumptum atrocius uideretur,recenti adhuc cruore manantia in carcerem afferri,& Episcopo reddi imperat. Testantur annales pium Pontificẽ obscuris in tenebris noua monstra expauisse,& à spectaculo tam sæuo oculos auertisse,uehementerq̃; collachrymasse,nec minori mœrore affectũ ĩmerita suorum cæde,q̃ suo ipsius carcere,cũ uerò mentem collegisset, graui dolore accensum proclamasse,flagitiũ ingens sibi ac suis fauore multitudinis crimen & perniciem quæri,nec quẽpiam esse,qui audeat facinus insimulati falso

Bellenzanus principatum. affectat.

Viri cubicularij. capite dãnati.

Immane spectaculũ.

ti falso crimine Epi ammouere,& sui principis causam tueri,se indẽnatũ suorũ ciuiũ sæuitia interire.Dum autẽ hæc Bellenzani truculẽtia domi geruntur,& infelix Pontifex diro supplicio,atq; oĩbus contumeliis afficitur, ad Henricũ Rottnburgũ prouinciæ præfectum, qui anteà cũ Põtifice fœdus percusserat,allatum est ciuitatẽ Tridentinã conspirasse,populum ab Epo desciſſe,eumq̃; ipsum suorũ ciuiũ perfidiam conquerentem in uinculis custodiri,Bellenzani consilio cuncta administrari,urbem distributis imperiis regnandi licentia ardere.His cognitis præfectus ratus boni Pontificis indignitatem,& tam detestandam iniuriã non impunè ferendam esse,raptim,quod sua interesse putabat, instructo exercitu ad urbem pergit. Iam attulerat in ciuitatem fama, præfectum de his, quę in urbe acciderãt,certiorem factum,eaq̃; ipsum iniquo animo tulisse,& iam conscripto milite in Tridentinos mouere:quod cũ cognosceret Bellenzanus approquinquare Deos publici sceleris ultores, eum aduocata iterũ concione sic locutũ fuisse accepimus. Vulgatũ est uiri Tridentini nec uerbis uirtutem addi, nec oratione ex ignauo strenuũ quẽpiam fieri,qui.n.timet,nec hortationes audit,nec gloria accenditur: propterea non uos aduocaui,ut animos uestros uerbis inflãmarem, quorũ uirtus mihi cognita est,sed ut consiliũ meum uobis aperirem: Scitis uiri Tridentini quantã nobis cladem attulerit nõnullorũ temeritas,& secordia,qui dũ contra publicam dignitatem student Episcoporũ libidini obtemperare,ciuitatẽ nostrã in tyrãnidem traxere, propterea cũ uos mecum simul oẽs intelligeretis,quo loco res nostræ essent, non ferẽdã diutius indignã seruitutem arbitrati,Episcopũ superbè dominantẽ iure deiecistis,cum ferro iter ad libertatẽ omninò aperiendum esset, uerũ quia ex his,quæ uos præclarè feciſtis,conflari in nos bellũ audio, & iam instructis ordinibus agri præfectũ exercitũ eduxisse,uos monẽdos censui, ut parato animo sitis,&,si contigerit aduersus eos prælium inire, qui tyrannum tueri sibi constituerunt,memineritis,uos,cũ in pugnam prodibitis,non arma tantũ,sed gloriam,parentes,coniuges,liberos,&,quã nuper uobis uendicastis,libertatẽ in dextris uestris pariter portare, &,quæ à Diis ipsis optari deberent,omnia uestra ĩ uirtute esse,si uicerimus:abũdè nobis patebunt omnia,si metu uel ignauia cesserimus: idẽ illi fiẽt nobis aduersarii,à quibus nos uictos credimus suscipiẽdos,nullus locus teget,quem gladius non texerit,iccirco aut patiemini quæ fœda sunt uiris, & domi intolerabilia, aut summa cum turpitudine in exilio uitam agetis, illud quoq; succurrat, hinc pro libertate & uita pugnãdum esse,illinc pro unius potentia certandum: Quapropter recordemini eorum, quæ à uobis semper magna uirtute confecta sunt,ut si ita Diis placitum fuerit,uos pro Rep.in aciem descendere, audacius hostem ferro petatis,seruile est fuga salutem quærere, quæ turpissima est his, quorum corpora armis circũuallata sunt,atq; ea ultima est demẽtia post fugam sperare uos recuperaturos:quæ armati reliqueritis,quid timẽdum?

Complorãtio Epi.

Præfectus in Trid. mouet.

Bellenzani cohortatio ad populũ

cùm nullum in prælio niſi meticuloſis periculum ſit: malunt.n. uiri fortes ac lacertoſi,quod ſuum eſt,certamen inire,q̃ ex tuto puguantes ſpectare,uirtus nunq̃ uincitur,audendũ tantum eſt, cùm vulgò cognitũ ſit, audacem animũ pro muro haberi,uincetis equidem, ſi omninò uincere propoſueritis,uos præterea ſi timidi eſſetis, fortes faceret neceſſitudo, quandoquidẽ eò uentũ eſt,ut uel in urbe cùm dignitate,uel in alienis locis in exilio perditis omnibus uos eſſe oporteat,in manibus ueſtris poſitum eſt,utrũ vultis eligite,at quis non uidet glorioſius eſſe ſaluis rebus domi eſſe,q̃ foris ignominioſam uitã trahere,ac ppetuò ſeruire? ſeruire autem neſcit,qui mori vult: Nauate igitur egregiam operam, ne priſtinæ ueſtræ uirtutis obliti,trucidemini ſicuti pecora:ſatius.n.eſt famam,& æternum nomen,ut uiros decet,fortiter pugnando quærere,q̃ fugiendo turpem uitã ſeruare,ut ex prælio redeuntes,in ſinu coniugum ueſtrarum uictores conquieſcatis,q̃ ſi modò uirtuti ueſtræ inimica fortuna inuiderit,cauete obſecro,ne inulti libertatem & uitam pariter amittatis, atq; id magnæ gloriæ uobis ſit, cruentam & luctuoſam uictoriam hoſtibus relinquere,nec mortem,ſi uiri eſtis,quam uobis improbi homines minitantur,metuendam putetis,cùm mors his ſolùm terribilis ſit,quorũ cum uita omnia extinguntur,his aũt,quorum laus emori non põt, iucunda, uobis propoſita eſt ſpes uictoriæ,uictoriæ aũt fructus ipſa, quæ ad imortalitatem ducit,gloria:Agedum arma capeſſite,eoq̃; animo, quo memorabilia multa facinora olim geſſiſtis,hoſtem iam aduentantem inuadite. Concionante adhuc Bellenzano auditur appropinquantiũ hoſtium clamor,& tubarũ ſonitus: Tridentini cognito præfecti aduentu, atq; armatis iam per portas irrũpentibus attoniti,fugam potius q̃ pugnã parant:

Ciuitas capitur.

Vrbs primo impetu capitur,ignem in domos coniiciũt,& euagantes flãmæ lambunt culmina:tum ipſa res ſpecieſq̃; miſerabilis erat, ab excidiis tamen ciuitatis temperauere,non enim præfecto,aut militibus delendi urbem cupido erat:placuit tantũ oſtentari quędã incendia terroris cauſa:Tridentini urbem hoſtium plenã cernentes,lamentantur ſe Bellẽzani ductu ad id miſeriarum ueniſſe,& totã ciuitatẽ in ignẽ unius cauſa collapſam:audiſſes mulierũ ac puerorũ ploratus, ruentiũ tectorũ fragorẽ, quæ quidẽ pauẽtes oppidanorũ aĩos, oraq̃;,& oculos auertebant:Audire erat miſeros ciues ueniam à Diis ipſis,quos uiolauerant,petentes:hominum auxilium,Vigilii opem implorantes, ac noua commiſeratione ruinam ſuam deflentes,ſe ad ludibria hoſtium,ſe ad ſpectacula occidẽtis patrię ſeruatos: pro ſua, & publica ſalute Diis urbis uota ſuſcipiunt. Bellenzanus uir fortiſſimus,& tantorum ſcelerum artifex inhumanum eſſe arbitratus imbellem multitudinem,quam fallaci ſpe ad defectionẽ concitauerat,in tam aperto diſcrimine deſtituere,aliis ignauiam obiiciendo,aliis diuinum donum libertatem,aliis ſeruitutem præ cæteris timendam, fœdos uxorum ac liberorum concubitus, parentum funera, urbis excidium proponendo, hos amplectitur,cohortaturq̃;, hos ambit,&

bit,& nunc uirtute opus eſſe commonet.His rebus breuiter pronunciatis exiſtimans immortalem eſſe illorum interitum, qui pro patria in armis moriuntur,ad defendendam ciuitatem paratus, cum paucis in tela & hoſtes ruit,qui,dum ſtrenuè pugnat,capitur, & in poteſtatem uictoris trahitur:Tum præfectus intuens cruentum Tridentinæ cladis auctorem,in has uoces uultuoſè erumpit. Haud dubium eſt conſueſce Deos immortales,quo grauius homines ex commutatione rerũ doleant,quos pro criminibus ulciſci uelint,his ſecundiores res concedere: quamobrẽ æquum eſt exiſtimare cœlorum numina permiſiſſe per te, innocentem Epiſcopum rapi in uincula, per miſerabilem interitum nobilium iuuenum,per publicam ſtragem,per temerata templorum ſacra tibi Remp. fraude occupari,non ut tu,qui deteſtandus es,præeſſes bonis, & diuturnior eſſe tuorum ſcelerũ impunitas,ſed ut te grauius affligerẽt, triſtiorq̃; ac fœdior eſſet uitæ tuæ exitus,quoniam igitur neſciuiſti perfrui quiete intra proprium limen beatiore,doce tui exemplo futurum ſæculũ amaros eſſe dominantibus uiolentæ tyrannidis fructus. His dictis non iubet eum,cui crimen maieſtatis obiectabat,repentè duci in carcerem, ſed trahi in forum,& ut unius iactura ſedetur bellum inteſtinum, præſentiq̃; audacis hominis ſupplicio abſterreantur deinceps reliqui mortales ab iniuriis principum,elatum altè gladium in caput proditoris deiici imperat. Hoc fuit Bellenzano facinoroſæ temeritatis præmium,qui breui & ingloria tyrannide perfunctus, uidetur infelici exitu cõprobaſſe ſcelus eſſe infandum in Prícipem, quem decet uti publicum parentem uenerari,manum iniici,& pariter poſteritatem monuiſſe, uetitum per cædes & patriæ ruuinas ſupra priuatam fortunam regni faſtigium petere: Cognouit tandem plebs inconſulta quid expernicioſis Bellenzani conſiliis reſp.detrimenti ceperat, qui primus ab Epiſcopis ad plebem deſciuit, uir popularis, & niſi Epiſcopis aduerſarius natus eſſet, memorabilis:Georgius uerò Epiſcopus,cuius liberandi cauſa mouerat in Bellenzanum agri Præfectus,ex uinculis ad priſtinam dignitatem reſtituitur: Cæterum coactus eſt paulò pòſt urbem relinquere, & fuga ſalutem quærere, quandoquidem Tridentinæ urbis calamitas Federicum Archiducem, à quo Bellenzanus & alii ciues aduerſus Epiſcopum inflammati fuerant,ad iram ſtatim & arma perpulit,qui clade audita grauiter conqueſtus ciuitatem ſibi amicam & ſociam hoſtili animo direptam fuiſſe ſine legibus incendiis relictam, infeſto exercitu in agrum Tridentinum properat, quod cùm nunciatum eſſet, Epiſcopus militarem impetum ueritus profugit, oppidani uerò uenienti Archiduci obuiam prodeunt, ſeq̃; & urbem ultrò tradunt: Auſtrianus autem miſeræ urbis ruinas commiſeratus populum pro concione conſolatur, & placida oratione dolentium mœrorem lenit, ne ſe animo demitterent, perturbenturq̃; incommodo, eos, quos ipſe in periculis non deſtituit,Auſtrianæ domus liberalitatem experturos. At mox Epiſcopus Archidu-

Bellẽzanus capite punitur.

ci diem dicit, tum enim Concilium Constantiæ, quod prius (ut coniectura est) Gannodurum dixere, institutum fuerat, quo circà iussus est ille dicta die adesse, & causam dicere, in quam uerò partem inclinarti fuerint Principum animi, ad quos res delata fuerat, quod'ue in tanta controuersia iudicium secutum sit, qui cupit uberius scire, uideat ipsius conuentus acta, hic pro certo traditur Episcopum in Basilienſi cõcilio innocentem repertum, & crimine, quod illi obiectum fuerat, expurgato, fuisse iudicio liberatum, sed tamen non multò post, eum rursus captum, & in castro Spori custoditum, ubi suspicio est ueneno interiisse, quem tradunt in ciuitatem delatum, & in sepulchro Alberthi ortẽburgeñ. conditum: Fuerunt tamen qui memoriæ mãdauerint Georgium Episcopum à Federico Archiduce spoliatis templis in Castro Boni Consilii captum, coactumq; publicæ administrationi cedere, & abesse, uicario tantum, & sacrarum institutionum iudice sibi substituto, quæ omnia Pontifex, cùm in potestate hostis esset, armatis circumuentus, & pauore compulsus, icto fœdere pro uoluntate uictoris, sanxit: Cæterum alii auctores sunt, quos potius sequendos putamus, eum mox profugisse Niklspurgum Austriæ oppidum in cõfinibus Morauiæ positum, eoq; secum Ecclesiæ Tridentinæ iura, & ornamenta deportasse, quæ quidem (ut accepi) Bernardus Clesius nostra tempestate Episcopus & Cardinalis Tridentinus proximè recuperauit, & Ecclesiæ suæ restituit: ex Austria autem Episcopum rescripsisse, & fœderibus per literas renuncialle, Deumq; testatum, quęcunq; cum Archiduce metu pepigisset, irrita esse uelle, ac reuocare, pheudatarios item monuisse, ne Austriano parerent, sedem autem suam Episcopalem in Castro Niklspurgo se elegisse, quod dicitur etiam per literas declarasse, ac publicasse, ubi officium pro dignitate Episcopali exerceret: Archiducem autem apud Max. Pont. iniuriarum insimulauit, unde missi sunt Commissarii, qui Episcopum Ecclesiæ restituerent. Eodem etiam tempore Constantiense conciliũ cognita controuersia decreuit, præsulem Tridentinum in Episcopatum reducendum esse: is tñ Austrialis non paruit, sed quo cœperat consilio perseueraus Tridentinorum ciuitatem constanter retinuit, tunc præsul de Ecclesia sua quottidiè magis solicitus, ut pertinaciam aduersarii expugnaret, imperatoriam opem implorauit, quo factum est, ut Archidux, edicto imperatoris promulgato, proscriptus sit, bonis eius publicatis: Tunc Heluetii in regiones eius hæreditarias irreuerunt, Ergaudiamq;, & Turgaudiam pœnæ obnoxias armis aggressi ui occuparunt, quas hodiè quoq; possident: videns autem Archidux, dum ipse aliena oppugnat, rem suam collabi, agit de pace cum Pontifice Tridentino, unde excompositò Ernesto & Albertho Austriæ Archiducibus res commissa est adiudicanda: quæ uerò in tanta differentia lata sit sententia, non traditur: id tantùm legimus Georgium Pontificem ad

Ornamẽta Ecclesiæ p Clesium Card. recuperata.

cem ad Ecclesiam suam rediisse, sed tertiò captum fuisse, & in castro Spori ueneno necatum, per tot tamen calamitates uitam trahens, nouem & uiginti annis turbulentum Ecclesiæ suæ sceptrum, modò in urbe sedens, modò captus, modó electus, semper tamen Episcopus inuicto animo tenuit, uita functus in Ecclesia Diui Vigilii tumulatus est: In hoc præsule id maximè commendatur, quòd ipse animi magnitudine, & humanarum rerum tolerantia, uti mœnibus septus, nunquàm in tot periculis conciderit, nec fortuna probis inimica ullis iniuriis sublimis animi uirtutem expugnare potuerit, ex quibus indicium est, fortitudinem boni Episcopi à Deo profectam fuisse, à quo nunquàm defecit, qui inter tot animi perturbationes Crucem argenteam suis insignibus cælatam in templo parochiali Flauoni, qui Naunum uicus est, Deo consecrauit, ubi hodiè quoq; (uti nos accepimus) magna reuerentia obseruatur. In demortui locum sufficitur Ioannes de Isnina, tunc Ecclesiæ Tridentinæ Decanus, quem constat Federico Austriæ Archiduce, in cuius consuetudinem se insinuauerat, ad consequendum Episcopatum maximè usum adiutore, cum quo ita conuenerat: si ipse in Ecclesia Tridentina eius opera præsul confirmatus sedisset, se ea pheuda illi tributurum, quæ alias Henricus Ortemburgensis receperat, & ea omnia insuper remissurum, quæ superioribus diebus Georgius Episcopus in Constantiensi concilio contra illum obtinuerat, uerùm, quia electio collegii non fuit Apostolica auctoritate de more confirmata, inter Episcopos non numeratur, qui tamen Episcopatum, & totum Tridentinorum agrum tribus, uel (ut alii scribunt) uno tantùm anno & decem mensibus administrauit M. CCCC. xxiiii. Christianæ salutis anno, quo tempore Martinus Quintus Max. Roñ. Pontifex Ernestum cognomine Ayyerum, uel (ut alibi legitur) Avverum Gurcensem Episcopum, & Ernesti Archiducis Austriæ cancellarium Tridentum misit, ut Ecclesiam regeret, sed, quia collegio Canonicorum & Ciuitate inuita uenerat, non admissus est ad pontificatum, iccirco in numerum Episcoporum mimimè receptus. Eligitur deinde Alexander ex Mazoniæ ducibus, natione Polonus, ex Regio genere, & Federici tertii tunc Regis Romanorum electi, mox autem Imperatoris auunculus, qui eo anno, quo celebratum est conciliũ Basilienſe, Cardinalis & Patriarcha Aquileiensis creatus est, fortuna ad maximos honorum gradus regium sanguinem fouente, ad multa enim imperatoria negocia prouectus, uarias prouincias gessit, & multa cum laude administrauit, habitus est Vir suæ ætatis sapientissimus, propterea à multis & nobilibus & Principibus gratiam iniuit, Cùm autem Episcopatum cœpit, nihil tum possidebat Ecclesia Tridentina, quod liberum esset, præter ipsam Ciuitatem, & castrum Boni Consilii, reliqua omnia fuerant uiolenter occupata, propterea operæprecium esse putauit inniti, ut Ecclesia hostiliter la-

Tolerãtia opt. epi.

Ioãnes de Isnina.

Ernestus.

Alexãder. epus. Ismen.

cerata,repararetur, eam igitur operam dedit, effecitq;, ut breui oppida,arces,pagos,& omnem agri Tridentini iurisdictionem multis tamen laboribus urbi adiunxerit, sed Riuam maximè ad Benacum oppidum principibus Veronæ prius oppigneratum, posteà à Philippo Maria Mediolanensium Duce armis deuictum, sapientia sua recuperauit, in quo magnoperè laboratum est, cui enim uires deessent ad bella, consilio certare oportuit: ut quam inuenerat exanguem Ecclesiam moriẽs integram, liberamq;,& iure suo dominantem reliquerit. Aequum est profectò credere præclara multa facinora ab eo edita fuisse, licet ad posteritatem non uenerint, eum autem Viennæ mortuum produnt, & in Ecclesia Diui Stephani, cui præfuerat, sepultum. Mortuo Alexandro Patres Theobaldum VVolkenstainum Tridentinæ Ecclesiæ Canonicum omnibus suffragiis Episcopum eligunt, Principes Basilienſis cõcilii auctores facti sunt, quod cum resciuisset Eugenius Max. Pontifex indignatus Apostolicæ sedis iura in Germaniam deferri, Theobaldum reiicit, Benedictum uerò patria Tridentinum humili loco natum,& tũc Cœnobii Diui Laurentii, quod est in suburbio in ripa Athesis ædificatum, Abatem ad Episcopalem dignitatem promouit, cuius edicto loca etiam diœcesis Tridentinæ, quæ Venetorum ditioni parebant, obedientia fuere, uerùm quia inter Theobaldum & Benedictum perpetuis cõtrouersiis disceptabatur, quorum alterum Basilienſis concilii Prícipes, alterum Romanus Pontifex tuebatur, eò tandem uẽtum est, ut ad Sigismundum Austriæ Archiducem,& tum Tirolis Comitem res reiecta sit, ille cùm animaduerteret, rem omnem in potestate sua esse, uersat animo, quid futurum sit, utriuis Episcopatum adiudicet: si Benedicto, se cõcilium aduersus Summum Pontificem acrius irritaturum, si Theobaldo, Romani Pontificis sanctitatem, siue iure, siue iniuria id factum sit, grauiter offensurum, atq; eos ipsos, qui sibi causam commiserunt decernendam, nunquàm quieturos, iccirco æquum ducit, quæ ex huiusmodi iudicio oriri possent incendia auertere, & Tridentinis pariter prouidere, nouum itaq; init consilium, deliberat Georgium Hackum uirũ nobilem, & sui (ut ipsi aiunt) Maresealchi fratrem ad Episcopatum promouere, quod si factum sit, uidet Theobaldo,& Benedicto sublatam esse omnem certandi occasionem, & discordias finem quandoq; habituras: res ex animi sententia euenit, Patres enim Tridentini, ut Archiduci morem gererent, Georgium secundum hominem illi pergratum in Episcopum eligunt, non enim è re sua esse arbitrabantur, cum temporum conditionibus luctari: sed potius, quem metus non teneat, sibi beneficio deuincire, Principes uerò Concilii, quem Tridentini Austrialis gratia elegerant, sua auctoritate probandũ censent, quod ubi Theobaldus ac Benedictus cognouere, etsi grauiter dolerent se omni spe recidisse, ne tamẽ, si causam suam cõstanter tueri perseuerarent,& opibus florentẽ,& ætate flagrantẽ iuuenẽ cõtẽtionibus in se ꝓuocarẽt, casum suum necessariò

Theobaldus electus.

Benedictus Abas.

Georgius . ỹ. epũs. xc.

ferendum

ferendum esse existimant: Nicolaus præterea Quintus Maximus Ro. Pontifex Eugenii, qui nuper decesserat, successor, cognita discordia, qua Germani in Pontificem Romanũ diu exarserant, sibi & Christianæ reip. expedire iudicat,& feroces populos mitius tractandos, & beneficiis potius deliniendos esse, ut in fide retineantur, q̃ à sede Apostolica cõtumaci rigore abalienandos, sibi satis exploratum esse, Germanorum animos futuros indies atrociores,&, nisi in tempore sedentur, bella ultrò excitaturos, eius gentis naturã exasperari imperio, duci obsequio, ingenia liberè educata facilius uinci pudore, q̃ metu: Quã ob rem cũ Patres Basiliẽsis concilii cum eo egissent p literas, tum de aliis multis, tum de Georgio Episcopo Tridentino confirmando, rogassentq;, ne ab eo reuocaretur, quod per ipsos cõmuni Germanorum nomine probatum fuerat, sapiẽtissimus Pontifex se facilem & benignũ in supplices exhibuit,&, qcquid illis placuerat, sua auctoritate ratũ esse uelle, respondit, qua una re Germanos omnes, quorum nonnulli iam uidebantur desciſse, reip. Romanę restituit, Nicolai Pontificis temporibus, multa tum in Italia, tum alibi pulchra cognita euenere: ex quibus nõnulla breuiter complexa subiicere uoluimus. Tradunt, qui de temporibus scripsere, Nicolaum Quintũ M. CCCC. xlvi. Christianorum anno Pontificẽ creatum: periisse uerò M. CCCC. liiii. Primo eius põtificatus anno Philippus Vicecomes Mediolanensium Dux apoplexia correptus, quatriduò pòst interiit: Frãciscus Sforciæ filius exercitus Mediolanensium Dux Placẽtiã expugnauit,& in prædam conuertit: Sequenti anno Venetorum exercitum non longè à flumine Abdua iuxta Carauagium oppidum prælio supat: Anno tertio, reconciliatis sibi Venetis, copiarum Imperator Mediolanum urbem maximam, & opulentam, quam modò defenderat, assiduis incursionibus infestat, dũ Carolus Gonsaga Dux militia clarus eam custodit,& firmo p̃sidio tùetur. Eodem etiã tempore Federicus tertius Impator Amadeum Sabaudiæ Ducẽ in Pontificẽ sub nomine Felicis quinti p concilíũ Basileæ electũ coegit Pontificatũ deponere, quẽ annos nouem, mẽses sex, dies septẽ tenuerat: Quarto, qui fuit M. C C C C. l. annus, sacrum Romæ habet Iubileũ, quò tantus ex uniuerso terrarũ orbe factus est cõcursus, ut, ex inculcãtiũ p̃ssura ad ducẽtos homines periisse, memoriæ relictũ sit, ac cõplures in flumen p̃cipitatos, absorptosq; fuisse uorticibus: Sub idẽ quoq; tẽpus Amurathes Turcarũ Impator moritᷣ, relicto Maumeto filio regni successore: Bernardinus itẽ Senẽsis ordinis minorũ, uir miræ sanctitatis beatorũ numero ascribitᷣ: Quinto eiusdẽ põtificatus anno Federicus Impator unà cũ Helionora sponsa sua Heduardi Lusitaniæ regis filia Romã uenit, ubi à Pontifice de more coronatur, inungiturq;, inde mox Neapolim proficiscitur, quo in loco excellenti Alphonsi Regis munificentia nuptiæ celebrantur: Sexto autem anno Constantinopolis uetustissima Orientis imperii sedes ui, et armis expugnata à Maumeto truculentissimo Turcarum rege cæde diripitur:

Nicolaus. v. Pont. Max.

Philippus Vicecomes Med. dux.

Frãciscus Sforcia.

Amadeus de pontificatu ejicitur.

Iubileum.

Amurathes Turcarũ Imperator.

D. Bernardinus Senensis.

Federicus impator.

Cõstãtinopolis capitur.

Cõstantinus Imp.

Constantinus Paleologus matre Helena genitus Orientis Imperator capite obtrũcato regni simul,& miserrimum uitæ finem fecit, qua strage adeò eneruatæ sunt religionis nostræ uires, ut uideatur Imperium Christianorum deinceps ueluti succisis poplitibus semper recidisse: sed, ne in commemorandis rebus alienis diutius immoremur, ad Episcopum Tridentinum, unde paulò antè digressi sumus, redeundum est. Georgius igitur compositis rebus Episcopatum adeptus, multa gessit non indigna optimo Principe, & quæ ad memoriam nostram peruenere: statura fuit exigua,sed animo supra uires corporis magno: castrum Boni Cõsilii (sic enim appellant arcem Episcopalem) turribus & propugnaculis quadrato lapide extructis muniuit: Bisenum in supino colle situm deuicit: Petram oppidum ui expugnatum in ditionem redegit, castrum Corredi à fundamentis instaurauit, Aulæa,uasa Argentea,multaq; alia domus ornamenta successoribus reliquit, humiles, & probos fouit, &, quod Romanum est, superbos debellauit, sui æmulos reiecit, ac contudit, & acriter castigauit, in rebelles Ecclesiæ supercilium distrinxit, ita ut, qui ausi sint Episcopalem dignitatem iniuriis lacessere, iusto supplicio affecti sint, & grauissima censura notati, Rẽp. magno studio defendit, hostes longè à finibus submouit, ut cum beatum in terris dicerent, cùm ultima dies hominis expectanda sit, ex calamitoso,enim huius Episcopi exitu docemur, quàm fallax sit Fortuna, quæ uirum probum ad summum extulerat, ut grauiori casu recideret, suorum enim fraude exceptus, & eorum dolo maximè circumuentus, quos sibi immortalibus beneficiis deuinxerat, quibusq; se, & sua tractanda crediderat, in insidias malorum ciuium præcipitatus est, qui ab eo prius clàm, deinde palàm desciuere: Vnde optimus Prĩceps iniqua factione pulsus,ab urbe Bolgianum profugit, ubi biennium in exilio uixit, quo tempore Archidux Austriæ Sigismundus Tridentinorum Vrbem sibi ab Episcopo commendatam summa fide & diligentia gubernauit, cùm ipse Pontifex Ecclesiam tantùm absens regeret: Sunt tamen qui affirment Episcopum à suis exagitatum non sponte ciuitatem Archiduci tradidisse,nec illum rogatum eam suscepisse, sed augendi fines cupidine accensum: laborante domesticis odiis Ecclesia: absente Episcopo: ui Tridentinos inuasisse, malim tamen in illorum sententiam ire, qui asserunt Archiducem Remp. Tridentinorum tuendam suscepisse,& benigno animo susceptam custodisse, Episcopi enim literis facilè exoratus,ne se in tãta calamitate à suis proditum desereret, fertur molestè tulisse ciuium impietatem,& rei indignitate commotus, decreuisse Tridentinis etiam inuitis amicũ suum uirum iustissimum in urbem restituendũ esse: eos autem,quorum consilio in præsulem cõiuratum esset,uti rebelles ciuitate ammouendos,&,si in potestatem uenissẽt, in Athesim præcipitandos: Georgius uerò, etsi conquestus fuisset in se ciuium crudelitatem,Christum tñ imitatus,studuit potius,ut publicum decet

Episcopus Bolgianũ profugit.

decet patrem, Ducis iram uerbis sedare, quàm grauius inflammare; cùm enim audisset eum ad bellum causa sua paratum, respondit, se id gratissimo animo accepisse, quod pro salute, pro dignitate, pro fortunis suis constituisset ingenti animo Trid.aggredi, tamen quia uidebat ciuitatem suam recenti uulnere exanguem, si uirursus caperetur, ad internecionem uenturam, malle se salua Rep. abesse cum incommodo, quàm regnare inter lachrymas lugentis patriæ, cum Tridentinis humanè agendum esse de reditu suo: Archidux autem quò maiorem in Episcopo bonitatem animaduertit, eò grauius in Tridentinos excandescit, apparebatq; eum non passurum diutius sceleratorum conspirationem exturbato Episcopo tam licenter debacchari, & iam auxiliis undiq; excitis, delectibus accerbissimè actis, contracto omnis generis cõmeatu, expeditionis Tridentinæ impetum ceperat: Dum uerò bellum molitur Austrianus in Tridentinos, Episcopus singulari modestia, & patientia casum suum tolerat, non enim uti profugus & abiecti animi exul ad genua uictoris populi procubuit, sed sacris literis imbutus, ubiuis terrarum esse contigerit, se Episcopum, & eam patriam sibi esse contendit, nec se ciuitate eiectum, cùm ea non sit ciuitas nominanda,in qua mores patrii occidissent: se à turbulentissimo loco secessisse in ocium, nõ fugisse: Tridentum iam esse hominum pro libidine sua uiuentium concursum Bellenzani furiis ad publicum scelus furorem q; conuersum, ciuitatem fuisse dum regeret Episcopus: in discessu suo orbatum Tridentum ciuitatis nomen amisisse, ciues eos non esse, sed exules, propter quos Episcopus exulauerit, qui plurimos occiderit, qui Pontificem suum ui eiecerit, qui forum, qui omnem ciuitatem armatus perturbauerit, qui templa Deorum inuaserit, ciuem ne an hostẽ apellaueris? arbitrabantur flagitiosi homines bona sui Episcopi ruisse, ac deflagrasse eo deturbato: ruissent sanè si æterni ipsius in Remp. beneficii immortalem gloriam deleuissent, quod facere non potuerunt, uerùm daturam sibi in patriam reditum glorioſum malorum iniuriam, scire se Romano Pontifici, Cæsari Augusto & aliis Principibus magnæ curæ esse: Hæc palàm prædicabat Georgius, & fortissimo animo desiderium urbis ferebat. Interea Archidux non differendam ratus tantæ feritatis ultionem, iusserat conuelli signa, & iam iter ingressus pro restitutione Episcopi cum delecta bellatorum manu in Tridentinos fertur, relictis qui cogerent extremum agmen, rapideq; subsequerentur: At Tridentini cognito Austrialis consilio, adducti publici sceleris pœnitentia, cùm potissimum uersarent animo ciuitatem suã, quæ toties in Episcopos coniurasset, apud posteritatem infamia laboraturam, cupiebant infectum esse,quod perpetrauerant, ex quo,tũ appropinquãtis hostis metu, tum ut ciuitatis nota beneficio aliquo aboleretur, ad auertendos tantorum dedecorum rumores, decernunt Episcopum suum, quem iniquè exturbauerant, in ciuitatem honorificè re-

Sigismundus Archidux mouet in Trid.

uocandum, quod ut plenius populi uoluntas declararetur, constituũt redeunti in itinere obuiàm officii gratia prodeundum esse, & quibus possent modis omnibus decorandum: eum igitur per legatos in urbem repetunt, rogantq́; ne, quod commissum sit, meminerit, sed quo animo nunc sint, consideret, parcendum esse imperitæ multitudini, spectari oportere Principis clementiam, non insanientis uulgi amentiam, Austrialem uerò impensè obtestantur, ut à præda, & urbis suæ direptione abstineat, finibus excedat, & in patriam cum exercitu sine iniuria reuertatur, se uictos esse, & mandata facturos. Hac legatione & Episcopi literis placatus princeps, iubet canere receptui: Pontifex autem suorum lachrymis reuocatus, dum in urbem reuertitur, subcutaneo morbo laborans uentre turgescente, apud uicum nomine Matran diœcesis Brixinensis moritur, ac Tridentum delatus sub Crypta Diuæ Maxentiæ latere altaris dextro sepelitur, qui, etsi hominũ & temporum iniquitate de Episcopatu pulsus in exilio uixerit, seruata tamen semper Ecclesiæ dignitate annos octo supra decem, & duos Menses non sine laude præsedit, obiit anno Christiano M. CCCC. lxv. decimo calen. Septembris.

Trid. Epm uocant.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Serenissi. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber quartus.

Georgio singulari uirtute Episcopo, sed multa incommoda suorum improbitate perpesso ex lege substituitur Ioannes Hinderbachius sacrarum literarum disciplinis & doctrina conspicuus, pontificiiq́; iuris insignibus clarus, ex Hassia, quæ est Germaniæ regio ad Rhenum fl. multis capitibus in Occeanum influentem, oriundus, sed in Austria educatus, præpositus tamen, & Ecclesiæ Tridentinæ Canonicus, qui, dum apud Paulum Ro. Pontificem Max. pro Federico tertio Imperatore oratorio munere fungeretur, summo Cæsaris studio, cuius erat à secretis proximus, ad Episcopatum promotus absens eligitur: quare cùm sciret patrum Tridentinorum electionem auctoritate Apostolica confirmari oportere, ipsemet negocium suum Romæ diligenter curat, uerùm Francisco Gonsaga Cardinale Mantuano eius conatibus aduersante res protrahitur, Gonsaga enim opera Marchionum Brandeburgensium, quibus ipse affinitate erat cõiunctus, ad Epatum Tridẽtinum aspirabat, & enixè laborabat, ut aduersarius è gradu deturbaret: Postremò

Ioãnes. iiij. Eps. xci.

Postremò tamen Ioannes confirmationẽ ex sententia adsecutus Tridentum reuertit: uenienti Sacerdotũ collegiũ, ac frequẽs populi multitudo obuiám exiere, qui festo Diui Mathæi Apostoli urbem ingressus, publico clamore & plausu, honorificoq́; apparatu suscipitur, & corona Episcopali ornatus, Ecclesiam regendam capit. Hic cùm Romæ esset, solitus erat in templum sanctæ Mariæ à Populo, sæpius religionis causa se recipere, & beatissimæ Virginis simulachrum, quod ibi ab omnibus prę cipua reuerentia colitur, summopere uenerari, est. n. manu Diui Lucæ Euangelistæ pictum, quo creditum est pingendi arte clariorẽ unq̃ fuisse neminem, quod si consideres, iuraueris in cœlo factũ, ex uiuente. n. Virgine, cùm eam præsentem intueret, in mutam imaginem non formã modò, sed etiam animã uidetur trãstulisse, æquum itẽ est credere, quę desiderantur omnia ad muliebrem uenustatem, in corpore beatæ Virginis reperiri potuisse, quod uerisimile est, ex omni parte absolutum naturam expolisse, & tanq̃ non esset habitura, quæ cæteris largiretur, illi uni cuncta uberrimè concessisse, uti illud futurum esset Christi seruatoris nostri castissimum habitaculum: Quare cùm Diuus Lucas non minus fidelis q̃ excellens pictor formosissimam Virginẽ exactissima cura contemplatus esset, fateri conuenit, in mutam illam tabulam ex animali exemplo trãslatam fuisse omnem ueritatem, ex ea autẽ cœlesti pictura ueluti unico archetypo omni admiratione digno, cùm cuperet Ioannes uir religiosus transferri imaginem, quæ excellentem & diuinam illam pulchritudinem referret, egregium pictorem magno precio conductum ad id negocii adhibuit, quem in corpore muliebri pingẽdo plurimum aliis præstare acceperat, ut, quod ipse maximè expectabat, excellenter conficeretur, in quo opere ille tantum studii præstitit, tantum elaborauit, ut in eo omnes artis conatus consumpsisse uideatur, atq; ita opus ipsum consumatũ reddidit, ut animasse Virginem, non pinxisse credatur, unde spectatores pictoris artificio stupidi, in ea mentem esse opinantes, contemplãdo vultũ & aíum suspẽdũt, quã Vicarius Christi Paulus Pontifex laudauit, & sanctitate Apostolica consecrauit: ea igitur tanta arte absoluta Pictura, tam exculta, tam expolita, & Ro. Pont. auctoritate approbata, ex Vrbe Tridentum delata ab optimo Episcopo in templo Diui Vigilii dicatur, ubi hodiè quoq; religiosissimè colitẽ. Sub id temporis anno Christiano M. C C C C. lxxii. octauo calendas Iunii repertæ sunt in Valle Naunum Sisinii, Martyrii, Alexandriq́; Martyrum reliquiæ, ac cineres sub altari Ecclesiæ ipsorum Martyrum nominibus dicatæ ueteri monumento conditi, qui quidem eodem etiam anno decimo sexto calen. Decembris, multis Sacerdotibus solẽni pompa comitantibus, in nouum sepulchrum translati sunt, quo etiam die chorus (sic uocãt eminentiorẽ tẽpli ptẽ sedilibus circũseptã) eiusdẽ Eccliæ cõsecratus ẽ, q post reliqas sanctorũ Martyrũ reptas, fuerat ad elegantiorẽ formã reparatus: Ex his manifestũ est Diuũ Vigiliũ ex rogo nõ oẽs Martyrũ reliqas legisse: sed

Virginis simulachrũ.

partem uel religione occultatã,uel malorũ hominũ impietate abiectam deinceps Dei uolũtate in lucem prolatam fuiſſe: Opinio eſt illud templum magnis quidem expenſis noſtris temporibus refectum, quod diximus Siſinio & aliis uiris ſanctiſſimis ſacrum,in uico eſſe, quẽ yulgus corrupto uocabulo Sanctum Zenum nominat,ut Siſinium pro Zeno intelligant,ubi conſtat omniũ etiã cõfeſſiõe ipſorum Martyrũ reliquias fuiſſe ſuperiori tempore inuentas,quas nr̃a tempeſtate montani illi populi mirum in modum uenerantur,diſtat aũt Sãctus Zenus circiter duo millia paſſuum à Thauono,licet controuerſia ſit de loci nomine, Thauonum ne an Thaiũ legẽdũ ſit,ubi ipſi Martyres,& uir religioſiſſimus Rhomedius,ut nonnulli uoluerunt, iiſdem diebus periere, de quibus ſuprà abundè memoratum eſt. Hoc tempore dum Ioannes Tridenti Epiſcopatum tenet,nunciatũ eſt toti Mundo Romana tuba diem ſalutis adeſſe,quod Iubileũ uocant,fuit autẽ M.CCCC. lxxv. Chriſtianorũ annus:quo effuſus eſt cunctis gentibus Romanæ reip. Theſaurus, propterea ab extremis terrarum partibus cateruatim in Vrbem curritur. Mos eſt eo præſertim anno Petri & Pauli limina, templa, altaria, & aliorum Deorum reliquias adorare,licetq; beatiſſimi Pontificis pedes deoſculari,ſub idẽ quoq; tempus allatum eſt Romã memorabile Simonis pueri Martyriũ,quo ciuitas Tridentina maximè illuſtrata eſt, quod ut apertius cognitũ ſit,à principio rẽ oẽm,ut geſta eſt, exordiemur. Simon ex modicis parentibus Tridenti natus eſt, Andreas.n. pater, qui futrinam exercebat,ex Maria yxore eũ ſuſcepit, domum habuit in uico,qui à porta Atheſis fl.ad caſtellũ ſedem Epiſcopalẽ ducit,quem uulgus Foſſatum uocat:à Lęua aũt ipſum caſtellum proficiſcentibus ædes ſunt tũ ab Hebræis habitatæ,erant.n.tres Iudeorũ familiæ habitationibus tñ ſeiunctæ:Patres familias fuere Angelus, Tobias, & Samuel:cum Samuele uiuebat familiariter quidã ſenex iucultus, coma impexa, barba demiſſa,Moſes nomine,cui tantũ arrogabant,ut palã Hæbræi iactarent, eum ſpiritu prophetico inflatũ ſcire & tempus & horam, qua uenturus (ut ipſi falsò exiſtimãt) Meſſias naſceretur: Aduenerat eius hebdomadis tempus,quã nos ſanctã appellamus,& propter ſacra Chriſtianæ paſſionis myſteria ueneramur:Hebræi,quos nemo unq̃ ſatis dignè poteſt uituperare, duodecimo caĩ. Aprilis,qui fuit dies Martis, anno ab incarnato uerbo ſeptuageſimo quinto ſupra millenũ quatricentenũ, conuenerunt in domum Samuelis, ubi erat Synagoga, & eorum templa, ut Agnum paſchalem de more ſpectarent,& contemplarent, qui eo die ex Leuico oppido ad eos uiuus delatus fuerat: dum autem inter ſe uario ſermone plurima conferũt,Angelus circũſpiciẽs dixit:in hoc paraſceue (ut more illorũ loquamur) & carnes & piſces nobis abundè ſunt,unũ tantũ deeſſe uideo: Ad quæ uerba fertur reſpondiſſe Samuel: ecquid tibi deficit? at ille obuerſans oculos obticuit, uerùm omnes ad eam uocem conuerſi, ſe ipſos inuicẽ intuebant,& Angeli orationẽ taciti ſecũ interpretati intelligunt

Iubileum.

Simonis Martyriũ.

tati intelligunt eum de imolanda humana uictima locutum, tũ primùm Iudæi conſiliũ atrocitatis nefandæ cæperunt de aliquo puero occidẽdo, ut ſunt ea potiſſimũ hebdomade,quã nos in primis colimus, Chriſtianis infeſti,à qua tã pcipiti cogitatiõe nullo metu inhiberi potuerũt,cõſueuerũt.n.illis diebus infantẽ,ſi quẽ poſſint Chriſtianũ furtim abreptũ in Synagogas aſportare,eum in contemptũ religionis noſtræ crudeliter mactare,atq; innocentis corpore cruorẽ haurire,quẽ ipſi ſordidi, ac recutiti azimis ſuis (ſic illi uocant panem ſine fermẽto) imiſcent, & illis ſic cõditis ueſcuntur,ut Chriſtiani odoris fragrantia putidus Hebręorũ fœtor extinguatur,quod ſacrificii genus,Ioel,hoc eſt Iubileũ,appellant,uerùm ne res ueniret ad ſeruos,qui ſuccincti tota domo diſcurrebant,&,quę ad eam diem celebrandam erant neceſſaria,feſtinanter parabant,ſecretò agendum eſſe nutu ſignificabãt, poſtridiè autẽ eius diei,qui fuit dies Mercurii,q̃ hæc acta ſunt,in Synagogam reuerſi conſultant diligentius,quonam in loco infantẽ,ſi quem inſidiis circũueniſſẽt, cõmodius ſacrificarẽt, Tobias & Angelus id in loco amplo,& longè à frequentia populi ſemoto fieri oportere diſputant,ædes ſuas exiguas & anguſtas eſſe cõtendũt, Samuelis domum ſibi ad id negocii conficiendi uideri opportuniorem, cũ ob multarũ aliarum rerũ cõmoditatẽ,tum maximè propter loci amplitudinẽ,placuit hæc ſententia,& plauſu excepta ab omnibus probat: Vbi de loco decretum eſt,quonã poſteà ingenio quis puer abripi & abduci poſſit,quæritur,uariæ dñr ſententiæ. Poſtquã diù diſceptatum eſt, Samuel Lazarũ ſeruũ ſuum ad ſe iubet uocari,cui cũ pręſtò aſtitiſſet, Lazare,inquit,ſi tantum tibi animi eſt,& ſolertiæ,ut audeas hodiè Chriſtianum puerũ furtò fallere,& ſubreptũ nobis tradere, centum Philippeos illicò tibi dono dabimus,quibus illũ ſic reſpondiſſe compertum habemus. Quod à me petitis Patres reuerendi arduum eſt,& difficile,ſi enim ueſtræ uoluntati parere uoluero, grauiſſimum mihi diſcrimen adeundũ eſſe nõ ignoro,rem tantam temere aggredi non audeo,uita.n.mihi debet charior eſſe q̃ pecunia,his dictis confeſtim exit de templo,& adligato farinarum faſciculo,aliò ſtatim migrat. Dimiſſo concilio, uerſant pertinaci animo,nocte præſertim,quo potiſſimũ tempore mens liberior euagat, qua arte conſequi poſſint,quod maximè cupiunt, deliberant ſibi omnia tentanda eſſe,ut nefarium deſiderium expleatur,quocirca die Iouis,pridiè q̃ Chriſtus pateretur,cùm eſſent conuocati in Synagogam, ídignati Lazarum imperata recuſaſſe,tanquam feræ toruos oculos in Tobiam conuertunt,in eum à Lazaro deflexa omni acerbitate,aiuntq;. Conſiderauimus uotis noſtris ſatiſfacere poſſe,præterte unum neminem, tibi cum Chriſtianis uetus eſt conſuetudo,& penè omnibus ciuibus familiariter uteris, ſi per ciuitatem iter feceris, etiam his diebus, nemo erit, qui ſuſpicetur te uenatum exiiſſe, poteris facilè exequi, quod mandamus,& omninò uolumus, quod ſi magno animo, ut tuũ eſt, & feliciter, ut ſperamus, confeceris, nauabimus operã, ut nun-

quàm labores inopia, tantum pecuniæ, tantum ex bonis noſtris ad commodum tuum accedet, ut pro certo intellecturus ſis, ſtudiũ & uirtutem tuã nobis gratam acciditſe, quid multa? abibis à nobis lætus, abibis locuples. Negat audacter Tobias ſe eam prouinciã ſuſcepturum, & multis rõnibus oſtendit præſens ſibi periculũ iminere, at illi ira magis cõcitati pgunt obſtinatis animis inſtare, minari, ac cogere, qui, niſi pareat, decernunt, ei Synagoga perpetuò interdictũ eſſe, quãobrem uidens Tobias in ſe unũ coniuratũ eſſe, præmiũ inſuper ingens ſibi propoſitum, aggrediar, inquit, Patres impigro aĩo quod mihi imperatis, ſed cũ mihi res familiaris tenuis ſit, ut uobis cognitũ eſt, plures uerò liberi, & illi quidẽ paruuli, me ipſum, meoſq; oẽs uobis uehementer cõmendo: Ad hæc reſponderunt, iret, uirtute ſua, & fortuna eũ ducente, ad præclarũ facinus, puerũ modò aliquẽ arriperet, experturũ gratiſſimũ omniũ in ſe animum. His cõſtitutis proditor Samuelẽ monet, fores ne occludat, ne, ſi quid opportunè cõtigerit, peſſulata ianua ſibi impedimento ſit, quin intrò obtrudat. Egreſſus Tobias ueſperi, ſolus obambulat, ſolus totã Viciniã perluſtrat, inde in forũ trepidus properat, & p urbem uagus exploratoriis oculis prædam uenatur, & ſagaciſſimè olfacit, at, ubi nihil inuentũ eſt, redit attonitus, eadem, qua profectus fuerat uia, qui, dum loca ſingula explorat, uidet puerũ forma inſignẽ ante fores patris ſuper ligno ſedentẽ, qui nondũ nouem & uiginti menſes ætatis ſuæ impleuerat, facie adeò egregia, ut nihil in eo eſſet, quod reprehenderet, ſed quæ ad excellentẽ pulchritudinẽ deſiderari poſſent, uideretur elargita fuiſſe diues & clemens Natura, erat autem locus ille, ubi ſedebat puer, in uico, quem diximus Foſſatum uulgo appellari à dextra in caſtellũ euntibus, penè è regione ædium Hæbreorũ: Circũſpectat Tobias, an quis in ſe conuertat lumina, ubi neminem uidet fraudẽ ſuſpicari, ad inſidias animũ conuertit, accedit ad infantẽ iudaica & pluſq; pelaſga arte inſtructus, ridenſq; digitum porrigit, ac blandit, puer, ut erat facilis, ac natura benignus, manu proditoris indicem capit, & ſeſe infidę dextræ implicat, ac ſequitur; præcedit Hebręus, & à foribus paternis eum paulatim auertit, parumper uerò pgreſſus manum infantis audacius prehenſat, credulũ allicit, ſequẽtẽ ducit, nolentem trahit, & modo manu pulſat, modò terga genibus impellit, reſpiciens puer piis lachrymis dulce parentis nomen implorat, puerili fletu exanimatus carnifex denarium Argenteum lachrymanti porrigit, ſolaturq;, & illecebris fletum cõpeſcit, ubi eò peruentum eſt, unde breuis traiectus erat in tartareos Iudeorũ ſpecus, & auerni hoſtia rapinæ patentia, Tobias loca oĩa diligenter colluſtrans Cerdonem à ſiniſtris conſuentẽ animaduertit, exterritus greſſũ tandiù repreſſit, dũ ille aliorſum oculos deflecteret, occaſionẽ nactus celeri trãſitu in carnificinã Samuelis infantem intrudit, & in ſæua ferarũ ſtabula aſportatũ offert Hebræorum patribus rabido hiatu prædã expectantibus, illi irretitũ Agnũ uno impetu rapiunt, clamantẽ & matrem, & comites, ſed matrem ſæpius

Simon capitur.

uocantem,

uocantem, opemq;, & fallacis turbæ miſericordiam fruſtrà implorantem, cuius lamentabiles gemitus, ſi audiri potuiſſent, totam ciuitatẽ ad ſui ultionem cõmouiſſent, ſed Iudæi clamantis ora obſtruunt, & fauces opprimunt: Samuel ſublatum manibus puerum thalamo ſuo repentè collocat, circũfunduntur dracones ueneno tumidi, plaudũt lætitia, & ſiccis faucibus ad Chriſtianum ſanguinem ululant famelici & eſurientes lupi, in latibulis ſuis etiam audaciores facti: At, ne infans inter ignotos deſtitutus noua rerũ facie magis exterreretur, & ploratibus uiciniam excitaret, offerunt alii poma, alii vuam, alii alia, &, quibus illa ætas potiſſimũ oblectatur, munuſculis eum capiunt. Iam ſol præceps occiderat, & atra nox cœlum tenebris obduxerat; mater, ubi abeſſe Simonem filium, nec ante ianuam ſub noctem, ut ſolitus erat, ludentem offendit, in luctũ effuſa, & dolore conſternata ſinum percutit, tota domus fœmineis plangoribus exulat, & omnis uicinia completur gemitu: Andreas pater mœrore confectus per ciuitatem fertur, & per tenebras natum inquirit, iactat uoces per umbras, & repetitis querelis ſæpius noctem feriens lugubri uoce Simonem clamat, Simon per urbem & compita defletur, it rumor per populum, ſtatim exoritur ſuſpicio, eum ab Hebræis cęſum, quare dum mœſtus parens filium ſæpius uocat, atq; implet urbem clamoribus, pueri, è quorum labris Spiritum Sanctũ ſæpenumerò locutũ fuiſſe teſtantur ſacra monumenta, tumultu in uiam excitati, reſpondent, Simonem apud Iudæos inquirẽdum eſſe, eum à Iudæis raptum, ut in opprobrium Chriſtianæ religionis cruci ſuſpenſum affligerent, ad Hebræos concurrendum, & puerum de manibus prædonum liberãdũ eſſe, tum fuit impetus miſeris parentibus in tecta Hebræorum irrumpere, uerùm nocturnis tenebris deterriti, & amicorum conſilio reuocati domum iter conuertunt, ubi flentes amarè noctem totam ímerſi in lachrymas continuo lãgore abſumũt: At Recutiti diuinis inſpirationibus, quibus à propoſito tam nefando reuocabantur, uecordi pertinacia reſiſtentes ad deteſtandum ſacrificium accinguntur, alii acus, alii crateras, alii alia ſuccincti expediunt: Tum noctis quies per omnes terras lenibat triſteis mortaliũ curas, at uigilabant Hebræi impium hominum genus, & præcipiti conſilio ruebant ad puerilia tormenta, Moſes, quem cõmemorauimus prophetam à ſuis exiſtimari, primus inauditi ſceleris artifex, ex toro infantẽ in locum Synagogæ contiguum aſportat reliquis uictimam ad ſacrificium comitantibus, & Chriſtianam religionem deuouentibus, ibi conſedit ſenex humani ſanguinis cupidus, & puerum ſuper genua excepit, circumfuſi omnes, & ad opera partiti anhelant, tunicam primùm, quam uulgò camiſiam uocant, à capite ad umbilicũ conſciſſam detrahunt, à femore item ad talos caligas reuoluunt, parte uerò tunicæ defluente ſuccingũt puerum manibus eius implicitis, & ad latera ſuppreſſis, ſic denudato corpore Verpi iram ſuam nefariè diſtringũt, &, ut inuſitata mortis ratio Hebraicam feritatem ſatiaret, per ſummam animi & uerborum inſolentiam

teneros artus ignobili ſæuitia diſcerpunt,ex ordine rem audite. Samuel primùm hoſtem aggreſſus,linteum,quod ex baltheo ſuo pendebat, apprehendit,eoq; compreſſas infantis fauces elidit, ne ploratū emitteret, alii manus,alii pedes cohercent,inde homo improbus ac ſi porcum iugulaturus eſſet, educto gladio,qui hodiè quoq; cruentus oſtenditur, ſummum uirgæ puerilis perforat,correpta dehinc forcipe maxillam dextrā iuxta mentum lancinat,& particulam carnis abſciſſam in craterem ad id paratum reponit,alii quoq; ſinguli pro dignitate porrecta inuicem forcipe uiuæ carnis fruſtulum ſibi ex eodem vulnere ſæuiſſimis imperiis lacerant,non omnium tamen hoc,ſed primatium tantū erat munus, aliis enim negocium datum erat emanantem ex vulneribus cruorem colligere,aliis membra extendere,aliis alia expedire,ſi quando,dum torquetur, cedente laqueo,quo preſſum guttur aſtringebatur, puer perſtreperet,admotis repentè manibus ſpiritum Carnifices crudeliter ſuffocant: Vbi oēs,pro ſuo quilibet ingenio,ſtudium & operam diligenter præſtitiſſent,iam.n.tantū carnis auulſum erat,ut vulnus oui rotunditatem excederet, feſtinanter parant,quæ grauiora ſunt ſupplicia,Moſes, ſenex ille,inq;, īmundus, qui profitebatur ſe ſcire Meſſiæ diem natalem, quę nūquam futura eſt,ſui autem exitium,quod īminens erat,non uidebat, ingenioſus homo in cruciatus Simoni tamen beatitudinē parituros, crus dextrum infantis polluta manu eleuat, & ſuper genua,ut ſedebat, exceptum apponit,cruriſq; exteriora,quæ inter ſuram & tibiam ſunt, eodem ferro adnixus conuellit,quem ſecuti reliqui patres pro dignitate ad ſceleratum miniſterium ordine ſubeuntes, uiuā carnem ex membris crudeliter diſcerptis laniant: Verùm non ſatis ſæuitum fuiſſe uidebatur,ꝙ ptē uirilem perforaſſent,ꝙ iugulum eliſiſſent,ꝙ faciem deformaſſent,ꝙ crure pluribus ictibus dilacerato diù infantē excruciaſſent,niſi & totū corpus confodiſſent,Moſes enim omnium immaniſſimus, & tantæ atrocitatis inuentor,ſemimortuum infantem erigit,à quo tanq; propheta monitus Samuel à dextra pueri ſedet,tum capiunt ambo infantis manus, & in diuerſas partes diſtrahentes brachia in modum crucifixi uiolenter extendunt,hortatur alios Moſes, qui circūſtabant,ut duris acubus puerum tanq; agnum ſacrificio oblatum punctim feriant, ſeduli omnes circūſtre punt,& totum à uertice ad plantas crebris & minutis ictibus pueri corpus pforant,qui ut crudelius ſæuirent,dirū facinus amaris dictis augent, & religionem noſtram deuotionibus proſcindūt, obloquētes uerba lingua Hebraica Chriſtianis ignominioſa,quæ à nr̄is ita interpretata ſunt. Ieſum Deū Chriſtianorum,qui nihil eſt,trucidemus,ſic inimici noſtri cōfundantur in æternum. Truculentiores igitur facti uirgineū corpus alibi cæſim,alibi pūctim ſauciant, & caſtiſſimo ſanguine aſperguntur, non enim repentè enecant,nam,ne uno vulnere totus ſanguis proflueret, & ipſe illicò expiraret,nefas putant gladium ī uiſcera adigere,aut præcordia uno ictu trāsfodere: At ſaltem cæſo iugulo ſanguinariæ feræ puerū

Feritas Iudæorum.

ueluti

ueluti hoſtiam mactaſſent,ut ante pedes repentè concideret, uerùm illi impietatem ſuam crudeliſſimo genere ueſaniæ exercent, totum corpus membratim feriunt,nullis partibus penitus reſectis,ut Chriſtiana uictima leuius vulnerata diutius torqueatur: Dum uerò ſingulæ corporis partes pluribns ictibus deformantur,ſanguinis undiq; ſcaturiētis ceu riuuli exiliunt,& quem guttatim primò emanantem collegerant, nunc cruor ex omnibus corporis partibus defluens,ueluti flumen in alueum cadit: Truculētam & nouam crudelitatis ſpeciem:tormenti genus infantis inocentia indignum,Hebræorum ſæuitia digniſſimum: Sed iam erāt defatigatæ carnificum manus,iam nil erat reliquum humoris, quod ex corpore exucto ſcaturiret,hoc modo contrucidatus ultra horam commiſerandus infans horrendum tulerat ſupplicium, qui iam deficiēte ſpiritu, & collabentibus uiribus,graues propinqua morte oculos in cœlum attollit, ut uideretur Deum immortalem,& Chriſtum ſeruatorem noſtrum olim etiam ipſum, & quidem grauiori pœna cruci affixum inuocare, & demiſſo capite, lento mortis genere abſumptus inter cruentos tortores, ueluti purpureus flos aratro ſucciſus moriens langueſcit, & ſanctiſſimam animam Deo reddit. Interim, cùm iam inualuiſſet opinio puerum ab Hebræis cæſum, iactabantur per ciuitatem uoces Iudæos ad ſupplicium depoſcentes,paſſim enim clamabatur, luetis pœnas tam nefādi criminis Recutiti carnifices,uos uos iuſto licet tardo ſupplicio Deus optimus, cui nihil occultum eſt,ad mortem, ſed minus atrocem q̄ ueſtra exigunt ſcelera, propediem compulerit, Vnde tam Barbaros ſacrorum ritus excogitaſtis? ubi præcepit Moſes hominem Deo immolandum? apud quem ueſtrorum patrum legiſtis, Deum, qui ipſe cædem prohibet, humana uictima placandum eſſe? cùm ueſtra crudelitate in uos magis cœleſte numen irritetur hoſpitali cæde uiolatum, lætarē turba impia cruenta uictoria, & noſtro funere ſatia deteſtandum pectus miſerorum parentum luctu,inſtitue conuiuium uirginei ſanguinis copia more tuo inſtructum, creditis ne Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum tam horribili ſcelere non ſtomachatum? putatis tantum ueſtrum flagitium in lucem non prodituru? quod intra parietes obſcura noctis caligine perpetratum eſt, immane factum tremenda Dei iuſtitia in forum educet, ut iſta ueſtra rabies toto orbe funditus deleatur, & pereat Hebræorum memoria. Hæc compluraq; alia audiebantur, cùm multi etiam maledictis Principum facta improbarent, ac palàm huiuſcemodi uociferarentur. Audite,qui urbes regitis, & Reip.Chriſtianæ populos gubernatis, nunquàm anteà cognitum Hebræorum ſcelus, expergiſcamini Principes, qui habitatis terram, & uidete quos angues in ſinu alitis, qui calore ueſtro excitati uirus tandem in uos ipſos effundunt, ignoratis ne iſtas uiperas nequiſſimum genus eſſe beſtiarum, omnium animalium aſtutiſſimas? quæ ex damnato orbe in terras noſtras progreſſæ ſibilo teſtificantur aduentum ſui, & Chriſtianos

Exclamatio populi in Iudæos.

Exclamatio in Principes.

in amplexum euocant, ut capita abſcindant, ac deuorent, ſimplicitas autem Chriſtiana inuitata non deeſt; uenenatis ſerpentibus, expetitoſq; ſuæ coniunctionis uſus impertit, at ſaltem uenenum prius uiperina proles faucibus euomeret, & aduentanti Chriſtiano, quem requirit, reuerentiam aliquam deferret, antequàm conſuetudinis noſtræ cupiditatem aſſummeret, quod non modò non faciunt, ſed magna uſu rarum dulcedine, & quęſtuoſa ſegnitie exagitati noſtrum ſanguinem lambunt, hauriunt, abſorbent, non enim ſolùm execrabili fame opes noſtras perdunt, ſed in perniciem noſtram coniurati oſſa & artus depaſcuntur, ſunt ne alendi in ciuitatibus pulli? qui utero exeuntes occiſæ matris latera corrodunt, &, quibus concepti ſunt, uiſcera comedunt: Quis non uidet fœuos & quottidiè recentes Iudæorum fœtus ſub auras prodire cum interitu matrum? earum, inquam, ciuitatum, à quibus editi ſunt ac nutriti: Quamobrem iam de eorum pœna ſtatuite, qui nobis mortem parant, uos appellamus Principes, quorum eſt in eos miſericordes eſſe, qui oleo uncti ueſtro ritu ſacrificant, expergiſcamini aliquando, rem noſtram capeſcite, &, dum licet, ueſtros populos amplexamini, ne Iudaicam fidem pluris quàm nos facere uideamini, ubi eramus firmi ac pleni, opulentia ſæuitiem tolerabat, res noſtra extremo in periculo eſt, fortuniſq; abſumptis uita in dubio, atq; ea amiſſa, cùm nihil deinceps reliqui ſit, iudicia ueſtra fruſtrà implorabuntur, propterea quos fouetis attentius cognoſcite, dum enim ſceleratis parcitis, bonos perditis: ueſtraq; in Iudæos miſericordia, Chriſtianorum eſt perditio, agite exturbate de regnis ueſtris peſtiferam gentem, deleantur immites Hebræorum partus, & de tota terra eradicetur: quod in nos editur ferro & flamma armatum ſemen. Tales conqueſtus feriebant mœſtæ ciuitatis aures: Cæſo autem puero Hebræi iubent corpus in cellam uinariam deferri, & ſub cadis ligneis occultari, ſolent enim Tridentini terra excauata ingenti foſſura, aut ſaxo malleis diffracto ſubterraneas & cõcameratas ueluti cauernas ædificiis ſubſtruere, quibus pro cellis penuariis utuntur, ut ea ciuitas ferè tota ſuffoſſa ſit: Iudæi igitur, ne flagitium ſuum reuelaretur, decernunt in ſecretum cellarium cadauer deportandum eſſe. Interea exorto ſole (fuit autem dies, quo Chriſtus olim ultimo affectus fuit ſupplicio) Simonis parentes mœrore ſordidati re ad Principem delata, facilè impetrant, ut publica cura & mandato filius inquiratur, benignus enim Epiſcopus mandat grauiſſimo edicto denunciari, etiam ſub mortis pœna, ut quilibet palàm faceret, ſi quid ſciret de puero, ſiue alicui obiectus ſit diſcrimini, ſiue apud quem fortè diuerterit, tum ſolicitus pater ac mœrore confectus uxorem obſoleta ueſte ſordidatam ſecum in forum ducit, ubi poſteaq̃ de nati iactura queſti ſunt, & planctibus ad commiſerationem totam ciuitatem commouere, unà cum Præfecto cohortis prætorianæ per urbem gradiuntur, nec uicatim modò, ſed & oſtiatim diligenter inueſtigant:

cõmiſeratio parentum.

ueſtigant: unũquenq; etiam uiritim rogitantes, nunquid Simonem uidiſſent, nunquid ſuſpicarentur? quis caſus, quæ fortuna natum ſuum ab oculis abſtuliſſet: uicum nullum, oſtium nullum inexploratum relinquunt, nihil tamen uſquàm compertum eſt. Iudæi autem die Sabati, qui fuit dies ab eo die quartus, quo propoſuerunt puerum aliquem Chriſtianum mactare, Synagogam ingreſſi cadauer de cellario aſportatum ſuper menſa extendunt ante altare poſita, ubi pſalmos atq; hymnos decantant: Finitis orationibus rurſus in penum corpus refertur, tertio uerò die, quo Chriſtiana reſurrectio celebratur, ubi ſenſerũt Iudæi ſe homicidii publicè inſimulari, populumq; in ſe ueluti reos oculos conuertiſſe, quid agant trepidi non uident, & conſulto & facto opus eſſe tandem intelligunt, ut ſceleri ſuo cautum ſit: Erat tum riuus aquæ ſubterraneus, qui ex urbe per medias Hebræorum ædes concamerato alueo in Atheſim decurrebat, per quem publicæ ciuitatis ſordes undarum impulſu defluebant, in medio uerò domus relictus erat locus ſub diuo uacuus, ut reciperẽt ſolarem lucem inferiores ædium partes, quo per imbricium aqua collecta ex proclinatis tectis decidebat, illic quãtum erat areæ latitudo detectus erat alueus ad tergenda uaſa & domeſticam ſupellectilem eluendam, cùm ergò corpus occultari oporteret, nec uſquàm tutò deliteſcere poſſe uideretur, in re tam ſuſpecta conſiliũ ineunt, proiiciamus, inquiunt, ueſtitum cadauer in riuum, qui noſtram domum ſubterlabitur, poſteà ad Pontificem eamus, narremuſq; illud per occultum alueum, quo unda exoneratur, deuectum fuiſſe; ſed crate ferrea retentum in flumen delabi non potuiſſe, nemo exiſtimabit puerum à Iudæis interſectum. Probata ab omnibus ſententia, corpus crudelem in modum afflictum in alueum iaciunt, & immergunt: At cõmiſerata eſt unda, credo, ne uideretur conſcia, & ſceleris particeps, &, quod Verpi affixerant, ſacri oneris impatiens cruentatis aquis funus obruere non ſuſtinuit, conata ut uidebatur infantem in ſiccum eiicere, id perindignè ferentes Recutiti, & riuo irati tanquàm uoluntati ſuæ reluctanti maledicunt, & corpuſculum ueluti pertinax deuouẽtes ad ima tenebroſi gurgitis ſudibus detrudunt, & crebrò immergunt: Cùm ſic rebus ſuis ſapienter prouiſum fuiſſe arbitrarentur Iudæi, Tobias idem, qui infantem prodiderat, ex omnium conſilio Pontificem adit, audaciq; & inuerecundo uultu rem omnem, ut ſibi mandatum fuerat, exponit: Lætus ea cauſa Princeps iubet Iacobum Sporum urbis præfectum, & Ioannem à Sale ciuem Brixianum, & tũc Tridenti prætorem, indicem ſequi, illi ſtatim duce Hebræo ad locum profecti, quò cadauer appulſum fuiſſe ab eodem audiuerant, inueniũt illud pannis inuolutum, & aqua ſuſtentatum, quod de alueo illicò extrahi iubent, cùm uerò ſoleant reliqua cadauera citiſſimè putreſcere, id fuit in Simone admirabile, corpus eius triduo exanimum, quod

Corpus Simonis occultatur.

corrumpi etiam magis debuerat,quia nullo ſolis æſtu aduri in aquis humores potuerant,nulla prorſus tabe corruptum fuiſſe,&, quod magis mirabere,qui ſpiritu conſtat,uigorem eius vultum non deſtituiſſe: Inuento igitur corpore,quæ in eo erant vulnera,& ſigna omnia diligẽti ſtudio conſiderant,recentis dehinc cædis ueſtigiis aſperſam domum interiorem,& terram tabo maculatam animaduertunt, Iudæos interrogant,& ſingula accuratè conquirunt, quibus ea cura, qua oportuit, confectis,beatiſſimi Martyris corpus in baſilicam Diui Petri defertur, & ſepulchro deploratum cõditur,ubi ex diuerſis orbis partibus ob maxima incredibiliaq; miracula eò confluente populorum frequẽtia gloriosus Martyr Simon ſanctitate clarus præcipuo cultu noſtris etiam temporibus ueneratur:Detecta uerò Hebræorum ímanitate, matres liberis ſuis timentes planctu exululant, ut lamentationes oſtiatim audirentur,& per totam urbẽ huiuſcemodi diſſiparetur rumor. Sic Chriſtianorum filii intercipiuntur,ſic pueri noſtri occiduntur, quot creditis manu Hebræorum periiſſe,quos eorum parentes putant uel gurgitibus correptos,uel alio caſu ſibi ſublatos fuiſſe? quis narraret eius gentis nequitiam? qui omnium hominum ſunt perditiſſimi? Sic parentes publicè deplorantes miſerabilem Simonis caſum fletu populum concitabant, exclamabãtq;. Animũ aduertite uiri Tridentini, quantum operæ impendant in perniciem noſtram Hebræi,audite eorum leges & ſtatuta ab urbe Chriſtiana longè ſummouenda: Iudæi inuiolabili ſtatuto decreuerunt, ut diuinæ Euchariſtiæ, beatæq; Mariæ Virgini ſummi tonantis matri quottidiè maledicatur,&,cùm non liceat ſibi ex lege poluta uerba aliqua efferre,uolunt tamen ſibi licere in Romanam Eccleſiam amara dicacitate inuehi,& in Chriſtianam Remp.deteſtandam imprecationem effundere,audent flagicioſiſſimi homines,quod uobis fortaſſe occultum fuit,impium & tragicum ſcelus,in tertio enim libro,quem Talmut uocant (hunc enim codicem & Moſi & prophetarum omnium libris præferunt, temerè iactantes huic quoq; uolumini Deum ipſum ſtudere) perpetua lege ſancitum eſt,ut ter ſingulis diebus in oratione, quam uehementiorem efficacioremq; cunctis precibus exiſtimant,omnes Chriſtianæ ſectæ addictos deuoueantur,ab omnibus ſiquidem mundi cogitationibus ſeiunctos eſſe oportere præcipiunt,qui ſic oraturi ſunt,ſtantes uerò iunctis pedibus orationem ad Deum habent,uiri ſermone Hebraico,mulieres ea lingua, quam à primis annis didicere: ſic uirus in religionem noſtram ex faucibus emittunt, orationis uerba appoſuimus, quæ huiuſmodi ſunt.Conuerſis nõ ſit ſpes, & omnes repentè diſpergantur,in matribus minuantur paruuli, & amplius non reſurgant, omneſq; inimici tuæ gentis Iſrael deſtruantur, & regnum nequitiæ Chriſtianorum eradicetur, & confundatur,fac Domine fac impleas,quod petimus in diebus noſtris uelociter,quia

Leges & ritus Iudæorũ in Chriſtianã fidem.

ter,quia tu es Deus benedictus fugans inimicos,& deſtruẽs impios. Et in ſecundo eiuſdem operis uolumine affirmant deteſtandæ audaciæ Hebræi,Ieſum Chriſtum deum & ſeruatorem noſtrum pati apud inferos grauiſſima tormenta: Quapropter cur iſtam gentem nomini Chriſtiano adeò infeſtam in ſinum recepimus alendã noſtro ſanguine? an ut foueamus,qui Chriſtum deteſtantur? ut tueamur qui nos uexant: & inueterato odio perſequuntur? ut opibus adiuuemus, qui ex corporibus noſtris cruorem exugunt? quos à commercio Chriſtiano procul in nemora,& ſpecus,ultimaſq; Oceani oras ui & armis ppellere deberemus? non mirum ſi Chriſtus noſtra ſocordia ſtomachatus nobis, qui ſuis inimicis opem ferimus,bellum intulit,ſi nos,qui ab eo faciem auertimus, hoſtibus noſtris obiecit,ut fame ac gladio periremus,qui hoſtibus ſuis ferrum ac cõmeatum abundè præbemus, quoniam ergo cum Chriſto læti eſſe nolumus,in lachrymas & acerbiſſimum mœrorem recidimus,Deum offenditis,qui tam crudele hominum genus in urbibus regnare patimini,quorum congreſſu familiariter utimini,quorum conuictu à moribus Chriſtianis abhorrente tantum delectamini,à quibus non modò populos ueſtros expilari ſinitis,ſed eos etiam defendendos iudicatis,eorumq; rationem in primis habendam eſſe decernitis,adeò ut illi imperare, nos ſeruire uideamur,cùm tamen nequeant efferatæ ſuæ libidini dominari, quicquid Chriſtianorum eſt,in arcam Hebræorum tanquàm in publicum ærarium extorquetur,conſtituerunt Remp.ſuis legibus munitam, & auri copia affluentem, nec opes tantùm ipſi poſſident, ſed & diuitias poſſidentibus ſuperbè dominantur,exiguntur à nobis fœnora acerbiſſima tanquàm tributa,non ferro pugnatur,ſed auro certat, nullus locus eorum ſæuitia tutus,nulla ciuitas libera,factæ ſunt omnes orbis prouinciæ Iudæorum tributariæ,uenerunt ad nos uagi ac profugi, ut precibus ſedes impetrarent,quod ubi adſecuti ſunt,libertatem noſtram & domos occuparunt,illi ex profugis ciues facti,& rerum omnium domini, nos ex ciuibus profugi direptis bonis cogimur exulare, ni uelimus inſolentiam & intolerabilem eius gentis tyrannidem ferre, qui nos uncis manibus euiſcerant,hinc luxus uitæ prodigus, & libidinoſæ uoluptates, hinc illæ immodicæ pecuniarum effuſiones, quæ enim à nobis duro imperio attritis corroſere, in nocturna ſpectacula laſciuiæ plena impendunt,illos ne cenſebitis ueſtra gratia dignos, qui Chriſtum in crucem ſuſtulerunt? qui nuper Simonem infantem penè ab uberibus maternis raptum in Synagogam innumeris vulneribus lacerarunt? feretis qui uobis quottidiè maledicunt? qui uos, uxores, parentes, & dulces partus ueſtros,diris imprecationibus execrantur? à quibus compertum eſt uos ueneficiis & deuotionibus impugnari? Hæ mulierum & parentum lamentationes in urbe ea tempeſtate Simonis interitu percluſa ſub cœlum paſſim ferebantur. Sed ad Iudæos redeamus,qui in delicto tam manifeſtario deprehenſi in uincula raptantur, carceris curam intentio-

Iudæi ſupplicio afficti.

rem habere iussi sunt ciues, quæruntur crimina, extorquetur ueritas, Brixianus tum præturam gerens nonnullos è numero doctorum ciuitatis à Principe depoposcit, ueluti in negocio difficili consiliarios, rem ipsam simul disputant, alii Hebræos statim confossos ac coilaceratos in flumen abiici, alii abscisso capite truncum corpus trahi, & eorum ossa sic dispergi, ut colligi non possint, alii laqueo strangulari oportere contendunt, uerùm, cùm eos grauius puniendos esse vulgò concla-maretur, aut curuatis ad terram arboribus deuinciri, inde sursum e-missis, & in uarias cœli partes redeuntibus maximo cruciatu dillace-rari, aut corpora quadrigis alligata equis in diuersum iter concitatis discerpi, truculentiori omnino pœna & fœdiore quàm laquei morte necandos statuunt: Damnantur igitur Hebræi sapientum iudicio, & omnium sententia, quorum alii admotis equorum caudis alligantur, & in caput proni per urbem ad loca damnatorum pedibus trahuntur, quos reip. Christianæ hostes iudicatos, redditosq; omnium crimina-tionibus obnoxios populus inter tormenta amarissimè infectatur, ut quidam putent, criminosas populi uoces eorum acerbitatem & mo-rum intolerantiam exprobrantis inter alias pœnas supplicium eis uel præcipuum fuisse, ibi corporibus quadrifariam à tortore diuulsis in-formi mortis genere absumpti, infelicem ac putidam animam mox etiã apud inferos crudeliora tormenta passuram emittunt: alii uerò sub uerberibus per uicos acti sunt, deinde in crucem adacti, pedibusq; in-ter rabidos canes suspensi, graui & lento supplicio afflictãtur, canes enim, quòd penderent in caput, acrius irritati, reorum aures & nasum mordicus apprehendunt, & fœdis vulneribus faciem deinoneſtant, sic in supplicijs scelerati uitam trahunt, qui, dum rogant mortem, mi-seri prohibentur mori, &, cùm libentius perirent, inuiti uiuunt, af-fectis huiuscemodi pœna Hebræis, eo in loco Simoni sacellum in-stituunt, ubi perierat, quod pueri martyrium posteritati testaretur: Iudæi uerò, qui reliqui erant in ciuitate, cum sua superstitione publi-co decreto urbe summouentur, ciuitatemq; atq; agrum Tridentinum deinceps habitare perpetuò uetitum est: Interim Hebraicæ legis prin-cipes ad summum Pontificem querelam deferunt, suos iniuria dam-natos, & ignominiosa morte affectos fuisse, sed re in senatum Car-dinalium relata auctore Maximo Pontifice, cognita est crudelissimæ gentis improbitas, vnde ab Ecclesia Romana responsum datur, pla-cere sibi, quod Episcopus Tridentinus de supplicio Hebræorum sta-tuisset, quod omnium etiam ordinum sententiis confirmatum fuit: Vnde exiit in omnes terras tanti facinoris fama, ut non magis ille annus celebraretur tot gentiũ ad Vrbem concursu, quàm Simonis martyrio: nec minus Ioannis Episcopatus Simonis beatitudine, quàm Pauli pon-tificatus iubileo commemoretur. Natus est autem Simon die Veneris Sexto calen. Decembris, anno à partu Virginis salutifero septuages-

Sacellum Simõi. D.

mo secundo

simo secundo supra millenum quatricentenum ex Andrea, quem ali-qui prodiderunt fuisse sutorem crepidarium, & Maria Muliere pau-perrima parentibus, Ioanne quarto Hinderbachio Tridentinorum E-piscopo, cæsus autem die Iouis, prima noctis uigilia, decimo calen. Aprilis, anno à natali Christiano septuagesimo quinto supra mille-num quatricẽtenum, cuius felicissimi diei memoria nullis unquàm tem-poribus abolebitur. Ad tantam huius Principis gloriam illud quoq; accessit, quod uehementi studio pro Rep. laborans, Ecclesiæ urbem restituit, quam Dux Austriæ Sigismundus multos annos possederat, multis præterea ornamentis Ecclesiam donauit, vrbem ædificiis or-nauit, prouinciam arcibus & castellis muniuit, palatium Episcopa-le magna ex parte elegantius reformauit, castrum Boni Consilii prius ligneum intus & latericium reparauit, ac marmoreum fecit, colum-niq; & testudinario opere totum sustentauit, ut uidere liceat ædi-ficium pilatim undiq; constructum, partes interiores artificiosius distin-xit, ac cultiores reddidit, &, ne quid uel ad commodum uel ad amœ-nitatem arcis deesset, aquam intrò adducendam curauit, cùm aqua nõ solùm potus ministret, sed infinitas mortalium necessitates & gratuitas præstet utilitates, ut fuerint, qui non immeritò aquam rerum omnium principium dixerint, quod desinimus mirari, cùm uideamus etiam non licere sine aqua de more Christiano rem diuinam fieri, & nostra etiam religio fontes pro templis instituerit, ex quorum irroratione credi-tum est, hominum errores tolli, & Cacodæmones fugari, indignum enim uidebatur ipsam arcem Principum sedem aquarum penuria la-borare, quibus ciuitas abundaret, sibiq; uni sitienti fontes deesse in usus populi per singulos urbis uicos latè diffluentes: Ad hoc igitur negocium consummandum, quod perfici decreuerat, peritissimos ad-hibuit aquarios, quos sciret nosse, quod susciperent officium, hi au-tem fodientes montem ipsi arci imminentem ab ea urbis parte, quæ ad Septentriones pertinet, scaturientes venas inuenerunt, ubi ex opaco specu perennis fluens aqua primùm concipitur, per obscuraq; terræ confluuia paulatim adaugetur, & circumlecta arcem uersus riuo suo perducitur, uerùm, ne fontis tranquillitas aut armentorum incursu aut pluuiarum iniuria coinquinaretur, aut aliò quis alueum diuerteret, aut (quod magis erat cauendum) infectus ex insidiis liquor exitium afferret, claustra uectibus ferreis fonti sunt apposita, ac diligenter cu-stodita, hæc nullos alios fontes in cursu accipit, nec per diuertícu-la dextrorsus ductus est, aut sinistrorsus, sed omisso circuitu uallium subterraneo rectà prouenit, & sine alius lacus augmento decurrit per dorsũ procliue saxo multo labore ĩ alueũ excauato, & iã ipso undarũ ad-tritu exeso, quę deinde p fistulas ligneas recta è regiõe arcis decurrit, & ad fossã terminaẽ, qua Castellũ à mõte ipso manu hoĩum latè exciso in-genti altitudine separatur, hinc substructo ex trabibus ponte aquæ ipsæ

Aqua in arcẽ de-ducta.

ueluti mole arcuata in arcem traiiciuntur, ubi autem sunt Castello exceptæ per subterraneos tubos deferuntur, dum ex ductu emergentes in marmoreum craterem recipiuntur,& cùm pleno lacu exundent,ubi primum per scalas in superiora Castelli loca ascensus est,per fistulas ex ære ductiles, magnoq; artificio conflatas eructatę in alueum recidunt, ad communem arcis usum effusæ,ex hoc præterea loco aqua immergitur, & subter terram per tubos in hortum palatio subiacentem delabit̃, ubi quasi cæco cursu fatigata deponitur, & exiliens in Lacum ad id fabrefactum colligitur,quē nostra ætate Clesius Card.de quo paulò antè memi nimus,renouauit,et pulcherrima structura erectum ornauit,unde rursus per æreas fistulas defluit,& cadens diffunditur,ea irrigatur feracis soli amœnitas:& herbarum ubertas:ubi hodiè prouidentia diligentissimi prícipis Bernardi Clesii Cardinalis & Episcopi Tridentini facilis est diuersorum fructuum ꝓuentus,ibi Citri odoriferæ,purpureſcẽtes Violę,candida Lilia,rutilãtes Rosæ,& urbanæ omnes delitiæ, q ut est ingenti animo Príceps, apud uiridarium palatium etiam excitauit elegãtia & Regia impensa cunctis admirandum,quò solent ciues officii gratia frequentes conuenire,ut cognitum sit quantum illius diligentia priuatorum usui datum sit,quantum uerò huius magnificentia posteà fuerit additum.Ioannes igitur,qui non passus est suo tempore quidpiam negligenter ruere,Thenum oppidum uetustate collabens refecit,castro Corredi, quod Naunũ est,à Georgio Hacko extructo multa addidit, alia alibi ædificia erexit,domũ Episcopalem Bolgiani, quam Comites Tirolẽses sibi uendicauerant, & multos ànnos possederant, recuperauit, & aliquas eius partes refecit, quam mox incendio concrematam cœpit restituere, sed re infecta decessit uita:Dum uerò his obstrictus negociis Episcopus studet & urbem & prouinciam omnem quouis casu laborantem liberalitate sua subleuare,auxilium enim nunquàm alicui negauit, qui iustas necessitatum causas probasset:Naunum & Solis ualles ab Ecclesia Tridentina ad Archiducem Austriæ Sigismundum desciuere perditorum hominum studio:quidam enim lurcones, qui adolescentiam petulanter egerant,& per luxum habitas opes dissipauerant,cùm tãdem degulato patrimonio decoxissent, domo excedere coacti ad Austrialem cõfugere: quo auctore paulò pòst reuersi sunt ad solicitandam omnium pacem, ut, qui sua profudissent,aliena sequerentur: Montani seditiosis hominibus impulsoribus,in factiones diuisi morbo intestino laborare cœperunt, nõ enim difficile fuit,qui rerũ nouitate delectabantur, ad defectionẽ compellere:Sigismũdus Naunes & alios populos illis propinquos í fidẽ susceptos fouit,& ut socios habuit,ut qui ultrò se tradidissẽt,uectigalia tñ, & quæ ad ærariũ ptinerent omnia ad Episcopũ Tridentinũ deferri permisit,hoc tantùm perpetuam eius Episcopi fortunam uidetur interturbasse: Cùm autẽ pro Federico Tertio impatore orator esset apud Venetos, se,ut in pluribus aliis,præclarè gessit, in qua legatione eam operam

Vallis Naunũ & Solis defectio.

ram præstitit, ut eos licet sapientes ac uersutos homines, eloquentia tamen sua ad ea quæ Cæsar uellet facilè suadendo permouerit, qui,cũ multa egregia opera ex uoto magnaq; cum laude confeciſſet, statuerat,quantum sibi liceret,quod reliquum erat ætatis in secessu degere, quod quidem illi obtigit,sed secus,ac ipse destinarat,nam à templo Diui Vigilii, ubi Christiano more rem diuinam fecerat,í Castellum equo rediens,subita sanguinis corruptione attonitus in itinere concidit, & in cœlum secessit, solẽt enim ea ægritudine laborantium corpora & mentes obstupescere,obiit M.CCCC.lxxvi. mense Septembris,festo Diui Matthæi,eadem penè hora,qua Episcopatum cœpit,sedit annos uiginti, in basilica autem Diui Vigilii apud aram Diuæ Dorotheæ sepulchro marmoreo conditus est.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem,& Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber quintus.

A eclamante populo sibi Principem dandum esse, ne res Tridentina, quæ uacabat,dolo extorqueretur, Vdalricum tertium frumspergeñ. virum nobilem Augustanum Brixianensemq; & Frisigensem Canonicum,qui tum Augustæ residebat, patres Tridentini die festo, quo Diuo Hieronymo solenniter sacrificatur,absentem ad Episcopatum postulant, postulatos enim dicunt,non qui ex collegio eliguntur,sed qui aliũde in sedem uocãtur, missiq; sunt extemplò,qui ad eum deferrent patrum decretum: Vdalricus re cognita lætus tantum dignitatis sibi inopinatò contigisse,Tridẽtum statim cogitat: Interea Federicus tertius Impator cui à Maximo Pontifice contra electionis consuetudinem subrogandi ius concessum fuerat,Georgium Bolchenstainum Episcopum Tridentinorum nominat virũ egregium sibiq; & Maximiliano Regi filio suo mirum in modum charum: Vnde Vdalricus, dum studet auctoritate Põtificia cõfirmari,aduersante Imperatore repellitur,ex quo uidens sibi magnopere elaborandum esse, & causam suam enixius agi oportere, necesse habuit in Vrbem properare, quem Archidux Austriæ Sigismundus multis beneficiis abeuntem prosequitur,opẽq; & studiũ pollicitus eum summo Pontifici diligenter commẽdat,& pro uirili adiuuat: Vdalricus igitur,qui sibi ipsi nusquàm defuit,rebus suis iam penè attritis cõ

Vdalricus. iij. epõs. xcij.

firmatione tãdem impetrata, Archiducis potissimum gratia, ab Innocentio octauo Pontifice Max. Romæ consecratus Tridentum redit M.CCCC.lxxxviii. atq; eodem anno septimo idus Augusti in Episcopatum recipitur, & de communi consilio dominatur, non modò non dissimilis proximi, sed, si res felicius successissent, etiam animosior, qui, ut iura sua aduersus Cæsarem, à quo oppugnabatur, Romæ defenderet, ingens æs alienum contraxit, quo cùm premeretur, & multum insuper pecuniæ expendendum esset, ne causa caderet, coactus est oppignerare omnem uini reditum, quod ex Tremeno uico ad usum Episcopalis mensæ singulis annis debebatur, ex quo centum nummos Rhenenses aureos supra octo millia dicitur recepisse: sed nec deinde quietus fuit, nam Cardinalis Vrsinus eũ acriter infestabat, petebat enim quingentos nummos aureos, & eam quidem annuam pensionem per summum Pontificem sibi assignatam ex frugibus Ecclesiæ Tridentinæ exigendam: conqueritur Vdalricus non modò Episcopatum suum non posse tam graues sumptus ferre, sed ne quidem quottidiano usui necessaria suppeditare, se grandem pecuniam in defendendis iuribus suis consumpsisse, bona Ecclesiæ oppignerasse, se obæratum & creditoribus obnoxium: At Episcopum reluctantem Vrsinus grauissimis censuris infectatur, nec patitur eum usquàm sistere: Dum his incommodis conflictatur Episcopus, Cæsar eius sortem commiseratus ex aduersario acerrimus defensor factus mandatis Pontificis non parẽdum esse iudicat: Archidux Austriæ Sigismundus, atq; omnes prouinciales Imperatoris Auctoritatem secuti, reclamant, non ferendum esse Ecclesiam Tridentinam fieri Romanorum tributariam, quæ semper fuit libera: non decere Tridentinos Germanorum socios Romanis subiectos esse, & ab ipsis noua & insolita uectigalia extorqueri: His auxiliis munitus Vdalricus Vrsini conatibus animosissimè resistit, & Ecclesiæ suæ libertatem tuetur: ut non solùm, quod ab Hinderbachio acceperat, dominium integrum seruauerit: uerùm &, quo multum nomini suo additum est, Naunum & Solis ualles, quæ superioribus annis ad Archiducem Austrianum defciuerant, urbi suæ reddiderit: Fuit Vdalricus diligens in omnibus, quæ ciuitatis suæ ex usu essent: quare cùm secum reputaret grauem esse decimarum ammissionem, & penè recuperandi desperationem, eas enim Austrianus occupauerat, cogitabat assiduè, quonam modo possent redimi: est enim Tridentinorum regio metallorum ferax: ubi dites mõtes excauantur, & multiplex mortalium cura tellurem intus exquirit, ut apud eos multis in locis æraria fecturæ sint: alibi aurum, argentumq; foditur uitæ pestis & communis pernicies, alibi ferrum auro etiam inter bella & cædes grauius: persequuntur homines montiũ fibras, euntq; in ima sacræ parẽtis uiscera, ut in sedibus etiã inferorum opes quærantur: quas occultauit

Trid. regio metallorum ferax.

natura atq; demersit, qui uerò ius habebant fodiendi metalla, ex quibus lucrum ingens consequebantur, pendebant decimas Ecclesiæ Tridentinæ: quas Austriæ Archidux in ærarium suum detulerat: hinc angebatur mirum in modum Vdalricus, quottidiè Episcopatum suum expilari, nullumq; esse exhauriendæ suæ ciuitatis finem, dandam igitur esse operam putauit, ut omninò uectigalia ad Tridentinã Remp. alendam necessaria recuperarentur: cæterum quia Sigismundus non erat bello irritandus, utpotè longè acrior, ac potentior, operęprecium existimauit, eum consilio aggredi, cũ quo adeò prudenter egisse cõstat, ut sapientia sua facilè obtinuerit, quæ non erant armis tentanda, nec quidem speranda: mitigandi enim sunt Regum animi eloquẽtia, & suadendo permouendi, non minis, aut truci oratione exasperandi: decimas igitur effossionum metallorum, quæ sunt in agro Tridentino, recuperatas Ecclesiæ restituit, &, quoniam ad hoc uentum est, ut ostendamus quantum ualuerit consilio, non ab re fuerit, subtexere, quæ uiriliter gessit aduersus Venetos: qui Rubertho Sanseuerino copiarum imperatore Tridentinis bellum intulerant: & ualles ultra citraq; Athesim incursionibus infestabant, tantumq; terroris Alpinis populis incusserant, ut putaretur res Tridentinorum deplorata: cæterum Vdalricus eorum audaciam facilè repressit, & irritos omnes eorum conatus reddidit: conscripto enim modico exercitu, iubet montium angustias occupari, &, cùm tempus sit, citato cursu in hostem ferri: Tridentini non erant numero hostibus pares, sed locorum peritia, & uirtute bellica longè superiores: Sigismuudus uerò Archidux Austriæ cognito amicæ ciuitatis periculo, ut, quod suum erat, laborantibus Tridentinis opem ferret, & fines tueretur, exercitum miserat, cui Federicum Kapplerum de Alsatia (uelim nolim ue cogor loqui eorum more) uirum in rebus castrensibus uersatum, præfecerat, Veneti ad Athesim federãt, & secundum ripas castra fecerant: consilium erat Petram oppidum ad ripam Athesis inter scopulos positum, & natura & hominum ingenio munitum, tormentis expugnare: quod distat à Tridento duodecim millia passuum: &, cùm nihil ultrà sit, quod exercitum morari possit, ad urbem statim mouere, & captam hostiliter diripere: partem autem copiarum fluuium ponte ad id iunctum in alteram ripam traiecerant: ut & hostem longius arcerent, & agrum latè popularetur, tantum sibi indies ex uoto cuncta successerant: ut id sibi persuasum esset, Tridentinos metu in deditionem propediem ultrò uenturos: ea de causa segnius opera oĩa intermittebantur: cũ autẽ iã nihil ambigerent de uictoria Veneti, Antonius Maria Sãseuerinus Ruberthi filius à Ioanne Comite Sunnenburg. Germano uiro fortissimo in certamen prouocatus inita singulari pugna, aduersarium spectãte utroq; exercitu deicit, quem dum ad terram genibus collidit, & qua thoraci hæret galea ferro uiam quærit ad iugulum: ille contrà, ut erat

Veneti Trid. bello inuadunt.

Singularis pugna.

reſupinus,luctatur,& ſub loricam in renes ſuper incumbentis, & obnixè inſiſtentis Itali,qua parte vulnus letale eſt, pugiunculum adigit, ut qui modò uictor credebatur in poteſtatem Germani uictus uenerit: Interea uerò Tridentini, quibus hoſtis conſilia erant explorata, ex compoſitò repentè deuolant: ex omnibus partibus clamor ingens tollitur, perſonant pulſata tympana, & crepitu furorem Martium adeſſe teſtantur:uidentur antra ex quauis parte armatos uomere, & ueluti ex cauernis equi Troiani milites prodire:lucent ſcuta,ac galeæ,&, quæ maxime terrefaciunt,comantes criſtæ: Veneti, ſimulac conſpexere obſeptos militibus montes,atq; hoſtes cum horrifico clamore decurrere,territi ſeu ſuo,ſeu urbis fato,primo congreſſu ſolutis cuneis funduntur: Tridentini cum pediratu Germanorum cedentes inſequuntur, per ſaxa telis agunt,atq; acriter premunt,& magna in cæde uerſant̃:quibus ui ſumma inſtantibus aduerſariorum partim ferro cęduntˉ,partim in fuga proterunt̃:id præterea acceſſit ad infelicem hoſtis exitum: q̃ flumen obiectũ à tergo Venetos arcebat,quò poſtq̃ fuga inclinauit, alii arma fœdè iacientes in aquam cæci ruunt:alii,dum contantur,in ripis oppreſſi obtruncant̃:in loco enim anguſto,ubi explicari nõ potuit acies, nec uirtus Itala ſpectari,tanq̃ pecora trucidant̃: aut ĩundas p̃cipites,& cateruatim ĩpellunt̃: Tũ Ruberthus Sãſeuerinus, ad quẽ ſũma Imperii rĩſpiciebat, dũ ĩ tãto diſcrimine ſuos à fuga in p̃liũ reuocat, hortaturq;, urgẽte ſuorum turba,quæ Germanum ferre non poterat,in flumen eques detruditur:qui uorticibus correptus ſub undas cũ gregariis euoluitur: At Guidus Rubeus Dux ancipitem belli fortunam diù expertus,ubi uidit exercitum in fugam uerſum proiicere arma, & deſperata ſalute amnem turmatim petere,in inſulam,quam fluuius fecerat,cum parte equitũ tranſnatauit: cœterum,cùm deeſſent omnis generis cõmeatus, ſeq; circumuentum intelligeret,& aut ſeſe dedere iniqua etiam conditione,aut mori inedia neceſſe eſſe,niſi militari aliquo aſtu ſaluti conſuleret,agit extemplò de deditione,& Germanos ſpe deludit,dum abſummitur dies,cũ uerò ſub armis diù perſtitiſſet,iam defatigatus nocte intempeſta (id enim tempus uiſum eſt ad fallendũ hoſtem opportunum) quod Tridẽtini accepta fide non timuerant,ſuperato alueo per tenebras incolumis euaſit: Tum docuit ſalubri exemplo Vdalricus,qui parua manu ingentes copias fudit,plus poſſe in p̃lio animi uires q̃ corporis: & cõſilio geri bella,non audacia. Fuſis ac cæſis hoſtibus, Tridentini ac Germani ſingulare uictoriam adepti urbem ingrediuntur triumphantes, & militaria ſigna, quæ bello cœperant, templi poſtibus affigunt: quod quidem bellum,licet Sigiſmundi Auſtriæ Archiducis ductu geſtum ſit: ſapientia tñ Vdalrici præcipuè adminiſtratum eſt: Ruberthi corpus diligẽter cõquiſitũ tandẽ ſub fluctibus inuentum eſt, & in urbem elatum, publicæ exequię ductę ſunt,&,licet ad excidiũ urbis ueniſſet, publico tñ apparatu ſepulturæ mandatur: eius ſepulchrum conſpicitur in templo Diui Vigilii

Venetireppulſi.

Ruberthus Sanſeuerinus prælio uictus.

Vigilii ex marmore ſubnigro extructũ, ſuper quod ipſius Ducis ſtatua militari habitu erecta eſt:Neq; illud quidem de hoc Epiſcopo tacuerim, quod eius ſapientiam arguit.Cũ Maximilianus tum Romanorũ Rex, & Sigiſmundus Auſtriæ Archidux Epiſcopi integritatẽ cognouiſſent, illi,quod Tridentinis expedire exiſtimarunt,curã condendi nouas leges demandarunt,at Vdalricus,quoad licuit, apertiſſimè recuſauit, ſciebat enim legis latorẽ ſanctiſſimũ & ad unguem factum hominem eſſe oportere:atq; ipſas leges à Deo potius q̃ ab humana intelligentia proficiſci: illud quoq; occurrebat,multos,qui ſuis ciuitatibus leges tulere, ĩfelices exitus ſortitos eſſe:propterea cenſebat illud negociũ utpotè arduum & periculoſum ſibi nõ tentãdum eſſe:uerùm plus ualuit alienum imperiũ, q̃ deſiderium Epiſcopi honeſtis de cauſis laborem ſubterfugiẽtis:iuſſu.n. magnorum Principum,quorũ uoluntati diutius reluctari iniquum eſſe uidebatur,coactus eſt ꝓuinciã inuitus ſubire:Quapropter antiqua ciuitatis ſtatuta penſitatè examinata caſtigauit,& nonnulla inſuper addidit: Tridentinis,ſi ea acceptaſſent,ſaluberrima:qua in re tam egregiè laborauit:ut quantum alii plures bello,hic tantũ pace uideretur ciuitatem auxiſſe,& licet multa alia præclara facinora ediditſet pro Rep. hoc omniũ tamen maximũ exiſtimabatur:uerùm omnibus ordinibus palàm reclamantibus ius condendi leges ad populum,confirmãdi ad Epiſcopũ ſpectare,quem non ut legis latorẽ deinceps obſeruarũt: ſed tanq̃ urbis euerſorem oderunt,& ingenti ſtomacho proſecuti ſunt:nullæ tñ iniuriæ tanti fuere, ut optimi Pontificis animũ ab ullis egregiis operibus reuocauerint:ueterem.n.bibliothecam in Caſtello parauit, noſtra ætate Bernardi Clesii Cardinalis ſtudio & impenſa operoſius extructam: Auiſium fluuium,qui ex montibus Tridentinis non longè ab urbe breui curſu, ſed præcipiti,in Atheſim rapitur,lapideo ponte immodicis ſumptibus ædificato coniunxit: quamuis ui aquarum ſeſe ex iugis per ſaxa & uallem euoluentium uaſto ſonitu,& ingenti eorum terrore, qui uicos & montana caſtella incolunt,ab imo euulſus ſit: & rupes fabrefactæ Torrentis impetu uerſatæ,ſint diſiectæ:ut infra annum tot labores & impenſæ perierint:In uallem item Flemmarum ædes Epiſcopales uetuſtate collabentes ſumma cura refecit,quò cum æſtiuis menſibus ſeceſſiſſet, in malam ualetudinem incidit, quibus diebus Canicula ſtella in medio cœli centro cum Sole coniuncta calorem dupplicat, quo diſſoluuntur corpora, & purgationes moleſtæ ſunt: quamobrem bile per totum corpus diffuſa auri colorem repreſentante correptus morbo deceſſit: anno à partu Virginis M. C C C C. lxxxxiii. tertio idus Auguſti: qui in urbem ſolenni funere effertur, & in crypta Diuæ Maxentiæ ſepelitur: ſedit poſt confirmationem annis ſex. Vdalrico autẽ tertio uita & multis periculis ſimul functo, res ad collegium Canonicorum redit:q Vdalricũ quartũ Liecthenſtainũ natiõe Tirolẽſem,Canonicũ uerò Tridẽtinũ Epm iuſſerũt:Max.Ro.Pont.de moꝛ auctor factus:ſed tũ attrita

Pons Aſiſij Tor.

Vdalricus iiij. epſ. xciij.

multis cladibus Rep.& exhausta Ecclesia,quæ ĩ sumptus bellicos quic-
quid erat auri & nũmorum contulerat,deficiente pecunia cõfirmatio in
biennium necessariò prorogatur,quo etiam tempore grauiter laboratũ
Castrum Cornu. est in ciuitate rei frumentariæ inopia:hic pacata Rep.castrum Siluæ,qđ
lõga ætate penè totum corruerat, reparauit,castrum Cornu,quod mor
te Matthei à Castrobarcho ad Ecclesiam redierat,Paulo Liechtenstaino
in pheudũ dedit , est enim castrũ Cornu in abrupta & altissima rupe ap-
posita, quod læua ab Italia ad urbem iter facienti sese arduum attol-
lit,& longe uenientibus uerticem ostentat:Vdalricus autem qui ualetu
dine minus cõmoda utebatur : cùm iam esset ætate grandis,sentiretq; &
corpus senio infirmum,& aĩum publicis laboribus inutilem,quę suis sum
ma cura qui senectutem suam consilio & opera leuaret,& in cuius fide ĩ
graueſcens ætas coquiesceret:Georgium itaq; Neydechgũ tum p Ma-
ximiliano Romanorum Rege Austriæ Cancellarium spectatæ doctri-
næ hominem,& in magnis negociis diu uersatum , permittẽte Sacerdo-
tum collegio,publicarum curarum consortem accepit:qui deinceps nul
li arduo negocio aĩum adcommodauit , & breui aggrauata ualetudine,
quam ex assiduis reip.laboribus antè contraxerat,ut est ea ætas imbecil-
lis,succubuit:anno à salute nra M.CCCCC. V. đcimo sexto cal.Octo
bris:sepultus monumento lapideo,quod sibi uiuens fecerat , in basilica
Diui Vigilii ante aram Diuæ Trinitatis:sedit à cõfirmatiõe annis duo-
Georgius. iy. epũs. xciij. decim:cui Georgius Neydechgus nobili familia ortus natione Austria-
lis in Episcopatum successit.Hic cùm abeunte ætate flagraret deside-
rio literarum summæ spei iuuenis Bononiam profectus Ioanni Campe-
gio,& aliis uiris consultissimis operam dedit,& in legum studia toto pe-
ctore incubuit:ubi uerò mirum in modum profecisset, scholastico suffra
gio rector creatus est : quo tẽpore multa gessit pro dignitate:sed illud in
primis memorabile:in quo uisus est iam tum animi uigorem declarasse:
Fortè in uia obuium habuit Oratorem Ducis Mediolanensis , quem de
loco contendentem ingenti animo & lacertosis uiribus cõplexus de gra-
du uiriliter deiecit : Inde doctoratus insignia adsecutus in Austriam re-
uertitur,ubi Maximiliani tum Romanorum Regis iussu scribam gessit :
quæ prouincia non nisi clarissimis uiris demandari solet:cùm uero sum-
ma cum gloria omnia administraret,& ob id in Principis dignationem
peruenisset:cuius summis usus fuerat beneficiis,multũ nominis sibi com
parauit:maximè excellentis doctrinæ fama : unde Vdalrico paulò antè
mortuo,cuius in regenda urbe adiutor fuerat, Episcopus Tridentinus
ritè eligitur,anno M. D. V. octauo cal.Octobris,& paulò post fauente
Maximiliano Romanorum Rege:qui eum singulari gratia prosequeba
tur,possessionem Episcopatus cœpit:de quo multa magnaq; nobis dicẽ-
da essent,non deficiente rerum materia, sed pauca tantùm colligemus.
In eo Georgius tertius admirandus uehementer uidetur, p plurima ac
maxima munera sibi à Maximiliano Imperatore demandata,non minori
constantia

constantia q̃ integritate confecerit,in quibus talem sese præbuit:ut au-
ctoritas publica,gloria uerò priuata uideretur:ea enim erat eius Princi-
pis modestia,& in rebus administrandis prudentia:ut primas obtineret,
& sine inuidia imperaret:tum ipse per seipsum ad gloriã primò emersit ge
neroſi spiritus natura eum ad altissima quęq; inflãmante,tum auita quoq;
memoria stimulabat animũ: unde indecorum esse ratus florentem æta-
tem ocio senescere,undiq; materiam excitandæ mentis quærebat : quod
autẽ cupiebat eorum temporũ conditiones ẽt desiderio maiora tribue-
re : cùm.n. Veneti animaduertissent Maximilianũ Imperatorẽ tum affi-
nitate,tum dignitate sua magnos Prĩcipes sibi deuinxisse, & atrocissimos
populos,qui prius dedignabantur parere imperio,sibi armis fecisse obe-
dientes,iam pacata Germania in Italiam cogitare , iãdudum cœperant
rebus suis timere:utpotè sapientissimi,qui tanquã ex specula ,pcul præ-
uiderẽt , quæ sibi imminebãt pericula, non.n.ex usu Reip.suæ arbitrabant
Cæsarem tam latè imperare,atq; eiusdẽ cõsilio & iussu Italorum ciuita-
tes regi , eoq; magis sibi cauendũ putabant , quòd scirent Carolum ne-
potem iuum omnia Hispanorum regna uti hæredem breui aditurum :
quẽ uulgatum erat ex oraculis & Diuũ respõsis uel fato uel uirtute suã
oĩbus gentibus dominaturum : Veneti ergò & Cæsaris potentia , & re-
rum suarũ discrimine soliciti mirum in modũ angebantur:consilia quot-
tidiè ineunt:frequẽs Senatus habetur:tandem cõmunibus suffragiis de-
cernitur:sibi utile uideri occurrere Imperatori,&,ut à se imminentem cla-
dem amoueant,bellum necessariò tentare:uerùm,cùm sibi in mentẽ ue-
niret,tantã rei molem per se non sine periculo subituros,utpotè qui non
ignorarent sæpius se armis Tridentinos, sed infelici exitu lacessisse , atq;
eos pro gloria & imperiò egregiè semper pugnasse, dandam operã cen-
sent,ut Gallos, Hispanosq; nõdum Carolo obedientes,& oẽs Latini no-
minis Principes sibi socios adiungant,& cõmunibus auspiciis bellum ge-
rant:quos facilè fuit aduersus Cæsarem impellere:quòd & illi non æquo
animo ferebant,quam timebant Imperii magnitudinem : cùm prĕsertim
Iulius Pont.Max. libertatis Italicæ acerrimus defensor,qui Romanos
olim rerum dominos Imperantibus Barbaris obedire indignabat , om-
nes Principes in Maximilianum hortaretur,doceretq;,ni in tempore ca-
uerent,& se inuicem tuerentur,breui eos laboraturos, nec Venetos so-
lùm,sed qui reliqui sunt populi in potestatem Cæsaris uenturos : His de
causis Veneti,Galliq;,& Hispani,atq; alii Principes auctore Iulio Pont.
Max.iunctis copiis per fauces Alpiũ ingressi montes Tridentinos occu-
Veneti in agrũ Trid. mouent. pant:earũq; uallium populis,qui utrãq; ripam Athesis fluminis , & altis-
sima iuga incolunt,ad defectionem impulsis,cum eorum ipsorum iuuen-
tute locorũ perita latè incurrentes,agros uastant , & ad Petram oppidũ
munitum exercitum ducunt,arcem oppugnant,sed turris,quæ omnia ar-
Petra op. oppugnatur. cis munimenta,& scopulos superat altitudine , sola ictibus exposita est :
eò cõtendunt tormenta,eam ferreis pilis ex tubis æreis ui ignis sulphu-

rei extrusis pulsant: ad eam expugnandam unusquisq; maximus aderat hortator: iāq; aliquantulū turris ex uertice machinis disiectum fuerat: At Maximilianus Imperator arcē fideli præsidio munierat: & Germanorum manu hostiles ingressus interceperat, & quāuis non ignoraret nisi per angustos & difficiles aditus ad urbem cum exercitu iri nō posse: misserat tñ Federicū Marchionē Brandiburgensem cū modicis copiis: qui Tridentinos defenderet, & à finibus hostem pro uirili arceret, sed præcipua rerū omnium cura Georgio Episcopo demandatur, ad quem totius belli summā deferri uoluit, qui Remp. pro dignitate Imperii, & cōmuni cōmodo sapiēter gerat: Marchio apud Petrā è regione hostis castra posuerat, atq; ita munierat, ut nihil timendum esset: arx ipsa inter utraq; castra intercedebat: hinc Itali & gentes fœderatæ pro gloria: illinc Germani & Tridentini pro salute pugnabant: muro præterea fossa & aggeribus uallato: qui ab ipsa arce ad fluuium usq; protendit, Germani ab hostibus secludebantur: Veneti, qui machinas admouerant, nihil segnius agunt: in muros ex Boardis (sic vulgus apellat illud genus tormēti) uastas moles euomunt, sed scopulosa rupiū multitudine: quæ ante arcem sparsim interiacet, repulsæ pilæ ac diffractæ resiliunt, & irriti ictus cadūt: iccirco turrim, quæ saxa supereminet, crebrius feriūt: rati eius ruina territos Germanos, qui fideli præsidio locū tenebant, sese dedituros: nullo tempore segnis erat oppugnatio: præsidiarii uerò milites inuicto animo ictus sustinent, uibrātq; tela ex alto, & in subiectū hostiū agmen lapides deuoluunt: subeuntes detrudunt, & diuerso machinarū genere (uti est ea gens in bellicis instrumentis parādis solers) aciem soluunt: si quid diesectum tormentis ruerit, diligenti cura & artificio nocte reficit: utrinq; summa ui & pugnant, & muniunt: hinc certant Itali quicquid obstat prosternere, ut per patentes ruinas irrumpant, & cuncta depopulētur: hinc Germani, qui nolunt uinci, forti animo resistūt, & omnes occasiones obseruant, ut, cùm tempus sit, erumpant, & cominus cum hoste manum cōserāt: lāq; aderat dies, quod Sabbatum sanctū uocamus: factis in triduū cū hoste induciis, Germani Tridentū confluunt, ut Eucharistiam solenni die, qua resurrexit Christus, religiosius summerēt: paucis tantū ad custodiam castrorū relictis: Interim uerò delecta Italiæ iuuētus duce Baptista Carracio cōtra fœdera locū editū capiūt, & p rupes inuias suppressi arcē noctu superant, tacitiq; in vallem delapsi cæsis custodibus, qui relicti erāt in stationibus rari, Callanū uicū diripiunt, atq; incendunt, quod cùm in urbem nunciatū esset, tantus repentè omnes inuasit pauor: ut iam capta ciuitas eodē uestigio crederetur: Vndiq; audiuntur clamores ac ploratus, itur in templa, sacrificat ad ōia puluinaria, petuntur à Diis supplicia, per matronas propiciat Virgo deipara: ante simulachra proiecti, bello inualidi uictoriā à Diis exposcunt: Vigiliū in primis Deū uindicē inuocant, atq; eū pro publica salute fatigant: At Germani extemplò ab aris seprorripiūt, arguūt Tridentinos: quòd se in muliebres & inutiles piecis-

Callanum incēditur.

sent

sent fletus: hortantur secum acuant animos, & ne inultos suos iacere sinant: ubi uerò tubarū clangor exauditus est, uerso repentè in iram luctu discurrunt ad arma, ac ueluti accensi rabie buccinæ sonitu pugnam nunciante feruntur, & ad Ducem conuocati sublatis signis in castra celeriter conuolant, atq; in hostem incōpositè agros populantem, quem putabant posse opprimi subito aduentu, incurrunt: uerū Itali, qui audierant Germanorum agmen ex urbe aduentare, non contandum esse rati, quà transierant reptantes pēr saxa ad suos incolumes reuertunt: prēter paucos, q prædæ auidiores, cùm serius sub montē recurrissent, ad radices oppressi obtruncantur: Georgius autem Episcopus, ad quem summa belli delata erat, etsi cognosceret Duces ipsos imprudētiæ accusandos esse, quòd eorum temeritate res omnis in discrimen aducta esset, deliniendā tamen potius pro tempore eorū secordiam existimauit, q̄ acerbius castigandā: altero enim uirtutem reuocari, altero odium excitari: primū itaq; suos excusat, in periculum uentum esse, q hostes induciarū iura non seruassent: uerùm posthac cauendum esse: ne Veneti plus dolo malo uideātur potuisse, q̄ Germani ipsi sua uirtute, non turpe esse hac tempestate hostem fallere: diuersis artibus iri ad uictoriam: uincēdum esse, at quærere quomodò uiceris, furorem putari, qui militat ignauum esse nō oportere: meminerint quanta tempestas in campos Tridentinos ierit, q̄ grauem bellorum molem ferre necesse sit: Italos, Gallos, Hispanos in Cæsarem coniurasse: id unum in animo semper fixum habeant, nihil de ipsis ab Imperatore nisi quod egregium & præclarum sit expectari: in quorum uirtute posita est totius Germaniæ dignitas, agit breuiter sapientissimus Princeps, &, quos pro tempore non licet arguere, latenter ab ignauia reuocat, atq; eos à se ita missos facit, ut uisus sit consuluisse, nō castigasse: excitasse uirtutem, non irritasse: Ea oratio ad perstringendos mulcēdosq; militū animos, gratè fuit accepta: sic ad arma reuocati in castra redeūt Germani, Princeps uerò de periculo urbis magis, q̄ anteà, solicitus, arcē Tridentinam firmioribus præsidiis munit, &, quæ in tanto periculo requiri possint, summa cura apparari iubet: armatos per totam prouinciam distribuit, &, si quid durius acciderit, in omnem fortunā paratos esse imperat, ut uel ipsi in hostem ruant, uel, si forte hostis irruperit, armis repellant, & incursiones arceant, ciues nunc ira in hostes stimulat, nunc spe præmiorum accendit: stationibus ad custodiam per muros dispositis, qui portas, qui forum tueantur deligit: alios annonæ præficit: cuius in primis diligentē curā haberi uoluit: ut urbs deinceps cōmodiore frumētaria re uteretur: alios præterea officinas ferrarias instruere, alios glandes fundere, alios tormenta muralia subiectis rotis ambulatoria facere, imperat: totam deniq; ciuitatem omni apparatu bellico instruit: ut nihil prætermissum fuisse uideatur, quod ad defendendam Remp. necessarium esset: in castris uerò ludo ac mero licentius indulgent securi, q hostis tutissimis mœnibus summoueat: satis esse asserūt eos uigilare, qui Petrę arcem

Epi verba ad milites.

tenent,& hostium consilia ex alto explorant:sibi licere,cùm uolunt, etiã abesse:palàm conqueruntur Tridentinos Latini nominis populos infestos Germanis Italorũ uictoriam expectare: clandestinum cũ hostibus consiliũ iniisse, & excomposito vrbem armatis impleſſe: ut Germanos hostibus obiiciant trucidandos:Venetos rerũ potituros uolentibus Tridentinis:annonæ præterea caritate grauiter laborare:sterilem agrũ tantos exercitus alere non posse,atq; ex longinquis regionibus commeatus aduehi perdifficile esse:inconsultè Cæsarem pro Tridentinis bellum suscepisse:se inconsultius pro hostibus in hostes ruere:tam egregiũ nobilium Germanorum exercitum pro Tridentina ciuitate diu noctuq; in acie stare:domesticas insidias magis timeriq̃ externas, abeundum esse: sed Tridentinos breui daturos proditionis pœnas: Hæc in uulgus spargunt,sed aliud uersant animo,& nouum facinus moliuntur: consiliũ erat Tridentum hostiliter prædari,& per speciem proditionis,cuius criminis Tridentinos insimulabant,opulentam vrbem depopulari:ex castris itaq; uno agmine vrbem repetunt,ubi à bello remoti ueluti secreti secessus licentiam nacti,in oculis ciuitatis dies ac noctes epulando potandoq; cõsummunt,non desunt exculentiora cibaria, non desunt edulia Ganeata, ebibunt,& mox prægustatum poculum circũferunt,sibiq; inuicem de more gentis tradunt,sic militiæ laborum obliti inter patinas modò sertunt:modò uariis sermonibus noctem ducunt,& tempus fallunt,iam nihil sibi optabilius existimant,q̃ iter calices esse, nihil beatius,q̃ inter delicias Tridentinas consenescere,tutius,aiunt,sub tecto poculis certare, quàm in aciem galeatum progredi, fœcundos ac beatos uocant uiti-feros Tridentinorum colles,qui tam molles,tam suaues liquores abunde ferant,& externas gentes tam grato hospitio suscipiant:Dum his autẽ seruiunt uoluptatibus,paulatim demollitur uirtus militaris, & à pugna animos in sæuitiem & rapinas uertũt:quam ob rem cùm ex ducibus nõnulli,qui nequitiæ suæ imperare nunquàm potuere,sed dedecori, & turpitudini improbissimis animorum dominis parere didicerunt, furorem militum studio adiuuarent,diem dicunt,quo omnes dato signo ad prædam discurrant:Georgius,quem non latebant tam impia militum consilia,uehementer dolet ad id desperationis uentum esse,ut,cùm foris hostes non timeat,suos domi timere necesse sit,uidet difficile esse tãtam rabiem reprimi posse,& auaritiam militarium animorum labem ex mentibus tolli,difficilius cupiditatem,qua maximè laborant Duces, insatiabilem expleri:iniquum præterea censet cum suis confligere,&,si liceret, manifestum erat cognoscere,ciues militarem furorem non laturos, atq; idem quicquid euenisset perniciosum fore,hostes enim Tridentinos ciuili clade attritos,ruptis Petræ oppidi claustris repentino impetu aggressuros,ciuitatemq; ad internecionem uenturam: tentat igitur lenire animos consilio,&,qua plurimum poterat, oratione: clàm itẽ ciues docet,quales sint militũ animi,quid decreuerint,quid sperent,uigilent modò, putentq;

dò,putentq; supremum sibi & Reip.diem aduenisse,se tamen non defuturum,atq; omnia pro uiribus tentaturum,ut à tam infando consilio animos militum reuocet,quod si deploratã saluti spem cognouerint,& omninò pereundum sit,licere aduersus quoscunq; pro patria arma capere, propterea uiri sint,studeantq; uirtute iniurias à se propellere: Rempu. parentes,liberos,coniuges,& se ipsos armis tueantur:fas esse Diuo Vigilio auspice domesticos hostes ferro trucidare,missos à Cæsare auxiliares,non ridissimæ vrbis euersores:Tridentini etsi cognoscerent, timẽdum esse,audendum tamen iudicabant Georgio Principe: quem sperabant prudentia sua militari insaniæ temperaturum:Iamq; aderat dies lachrymosa, dantur signa excompositò sonitu tympanorum per vrbem reboantium:oppidani suspicati eam esse horam: qua ciuitas militari sæuitia caderet,frequentes & intrepidi raptim conueniũt,armati forum replẽt, alii,qui infirmiores erant,fores claudunt,pessulum obdunt, trabes opponunt,transuersaria tigna iniiciunt:puerorum fletu,mulierum ululatu, uirorum clamoribus,armorum strepitu,valles atq; auræ latè insonant: quantum animi & uirtutis eo die ostenderunt Tridentini,ultrò Germanis insultantes,se inultos non morituros,quicquid sit ferro decertandum esse,non pœnitendam eorum mortem,qui armata manu pro patria fortiter pugnando occubuerint:Germani,seu quia facundissimi Principis eloquentia demolliti, quod aggredi cõstituerant flagitium abhorruerãt, seu quia ueriti sunt oppidanorum uirtutem:quos uidebant in cædem paratos,à præda tam impia & sanguinario facinore abstinuerunt:qui mox suadente Georgio,taciti repetunt castra, ueritiq; ne id ad Cæsarem deferretur,quod perpetrare constituerant,tantus sibi incessit ex ignauia & impio consilio dolor,tãtumq; studium infamiæ resarciendæ, ut cuperẽt sibi dari occasionem,qua aliquo egregio opere dedecorosum suum factum abolerent:quare,dum his intenti sunt,per exploratores intelligũt hostium disciplinam negligentia,quam secundæ res creare solent,collabi:q; illis persuasum sit Germanos abiisse odio ab oppidanis dissidentes, & uacuam ciuitatem reliquisse,timere vrbi Tridentinos à militibus destitutos,auxisse insuper timoris opinionem, q; falsò acceperant ciues intra muros contineri:his de causis credunt Germani,si fiat repentina eruptio,posse securos Italos,Gallosq; & Hispanos facilè opprimi:quãobrẽ seruato tempore octingenti pedites ex toto exercitu deliguntur, qui in hostem progressuri iurant:se non antè pugnæ finem facturos, q̃ aut hostes fudissent,aut ipsi pulchrè occubuissent:quarta noctis vigilia porta egressi hostem inopinantem cum clamore adoriuntur, primos cædunt non resistentes,atq; ipso successu animosiores facti acrius dimicant, sibi certum erat,aut in prælio cadere,aut ea ui certare, ut à se ammoueretur omnis diripiendæ ciuitatis suspicio:auditur cadentium gemitus, quid id sit,tamen incertum est:at postquàm per omnem exercitum clamor factus est,suos ab hostibus cædi, & iam eos in medium agmen uiam fer-

Virtus Tridentinorũ.

ro ſibi patefeciſſe, extemplò improuiſa res pauorem incutit Italis: unde tanta fiducia ſit uictis, & ultra fines ſuos fugatis: ad hæc tot non opinata primò omnium incerti ſtupenteſq; referunt pedem: & ualida hoſtis impreſſione pelluntur: Mercatores, qui ſub vallo tendebant, audito interceptorum gemitu, relictis tabernis ſibi fuga conſulunt: Galli, qui plurimũ ualent equitatu, atq; Hiſpani gens ferociſſima quid id ſit, q̃ milites ex ſtationibus diſcedant iniuſſi, non percipiunt, audiunt tamẽ legionarios ſuos atq; ipſos etiam Italos fortiſſimo animo dimicare ſolitos fuſis ac ſolutis ordinibus in fugam uerſos: neſciunt quid conſilii in re tam ſubita capiẽdum ſit, ſi ſtare in caſtris ſoli perſeuerent, uident manifeſtũ grauioris ruinæ periculum, cùm enim milites ſigna deſeruerint, acies inſtrui non poteſt, ſi alios ſequi uoluerint fugientes, ſe fortè, q̃ hoſtis aſpectum non tulerint, infamia laboraturos, apud eos maximè, qui periculo ſuo non didicere quantum ualeat in re militari fortuna: tandem ad id uentum eſt, ut optimum cenſeant & ſuæ & pub. ſaluti cedendo conſulere: interim Deum ipſum immortalem tempus daturum ad prouidendum commodius: Veneti uerò ſuſpicati ſe ſuorum dolo interceptos, cùm nõ liceret p tenebras tantæ trepidationis cauſam intelligere: in re tam ambigua tutius eſſe exiſtimarunt abſtinere à pugna, q̃ plium temerè inire, cùm præſertim animaduertiſſent magnam exercitus ſociorum partem iam fugã arripuiſſe: quod ſuſpicionem auxit Gallos aut Hiſpanos cum hoſtibus latenter conſpiraſſe: Fugientes à tergo urgent Germani, trucidantq; extremum agmen, & inſequentes cum magna cæde maiore fuga ab oppugnatione longè repellunt, qui edita ingenti ſtrage, fuſis hoſtibus, ſpecioſiſſimã adepti uictoriã, captis multis belli machinis ad ſuos ſub ſolis ortũ ſpoliis onuſti redeunt: Indignè autem ferentes Veneti ſe quater Tridentum inauguratò armis inuaſiſſe, quater Diis aduerſis repulſos: exitiale bellum execrantes in fines ſuos cum exercitu ſe recipiunt: decernuntq; eum diem, quo ad Petrã fuſi ſunt, tanq̃ atrum & infelicẽ inter acta referendum: qui cùm ſubdoleret Gallorũ cauſa, quos amicos ſocioſq; & auxiliares in Italiã uocauerant, Remp. ſuam in diſcrimen ueniſſe, irritati ſũt Gallorũ animi, ad quos Venetorũ querelæ fuerãt delatæ, tanq̃ innocẽtia ſua falſo daret̃ crimini: unde diſcedere ab eo bello deliberãt: eam unã rem maximè rati ſibi recõciliaturã Cæſaris amicitiã, quo inclinat fauor, ut, quem metus non tenet, beneficio & gratia deuinciatur: quam ob rem fœderibus renunciantes, quæ paulò antè cum Venetis percuſſerãt, Maximiliano Imperatori ſe inſinuant: obteſtati Deos immortales ſe breui declaraturos Gallorũ fidem & uirtutem incorruptam eſſe: His de cauſis relictis Venetis cum Cæſare fœdus icitur, nec pax modò, ſed ſocietas etiam armorum parata eſt, & ualidæ cohortes ex utraq; gente conſcriptæ ſunt aduerſus Venetos: qui paulò pòſt commiſſo prælio apud Abduam fluuium à Gallis ſuperati amiſſo exercitu in paludes refugere coacti ſunt: poſtquàm enim perditas res amiſſaq; caſtra accepere: iter ad

Germanorũ victoria.

Galli Hiſpaniq; & Veneti ab oppugnatione reiecti.

Veneti à Gallis ſuperati.

mare

mare conuertendum eſſe iudicauerunt: ubi depoſitos in hibernis milites, quod ſuperfuerat reliquiarũ ex tanta clade, abundè aduectis naui commeatibus alũt, & quæ propinqua ſunt ſtagnis marinis loca Nicolao Comite Petiliano copiarum Duce impigro animo tuent̃: fortunæ iniquitati uirtutem cedere turpiſſimum exiſtimantes: quæ uerò deſperauerant oppida defendi poſſe, relinquunt præſidiis uacua: quamobrem Bergomũ, Brixia, Crema, & alia multa loca à Gallis primo ĩpetu capta ſũt: Verona autẽ, Veicetia, Patauium, Feltria, Belunium, Forum Iulium, & quæ in eo tractu ſunt oppida, ne hoſtiliter diriperentur, ſe Maximiliano Cæſari dedidere, & iugum ultrò accepere, cũ enim nihil ſpei ſibi uſquàm relictum eſſet, proſtrataq; omnia ruinis, præda, ac cædibus cognouiſſent, ueluti re Venetorum deplorata ſequientibus hoſtibus, atq; ipſa uictoria inſolentioribus, dira etiam temporum conditione territi, ſibi hoc uno cautum eſſe putarunt, ſi in poteſtatem Cæſaris ultrò uenirẽt, Tauriſium autem à Venetis metu deſtitutum quadraginta diebus à ciuibus ſine ullo militari præſidio cuſtoditum eſt Cæſaris copias expectantibus, cui ſe & oppidum dederent: Verona autem, quæ ex Boreali plaga p alpes Tridentinas in Italiam deſcendentes prima excipit, cùm uideretur rebus agendis maximè opportuna, diù quæſitum eſt, cuinam potiſſimum traderetur adminiſtranda: etenim non ceſſabant Veneti oppidanorum animos per factioſos homines pollicitationibus tentare, nec deerãt in ciuitate, qui res nouas cuperent ac molirentur, propterea uidit Cæſar opus eſſe uiro ſapientiſſimo & fortiſſimo ad eam urbem regendam: cui non minus ſui quàm hoſtes timendi eſſent: quapropter cùm Imperator ſagaciſſimus Princeps ſingulos, quos multos habuit, proceres acri iudicio penſitaſſet, iudicauit unum Georgium Neidechgum dignum eſſe, cui potẽtiſſimæ ciuitatis adminiſtratio committeretur: Georgius igitur ad ſedãdum ordinandumq; nouum Veronenſium ſtatum deligitur in quo multas & corporis & animi uirtutes fuiſſe ſatis conſtat: formam & fortitudinem egregiam, ingenium, doctrinam, præcellentemq; eloquentiam, &, quod eo tempore potiſſimum deſiderandum erat, conciliandæ hominum gratiæ, promerendiq; amoris mirum & efficax ſtudium, & qui ſe omnibus in rebus polyticum & facilem exhiberet, obtrectatoribuſq; quantacunq; de cauſa leuis, etſi comperiſſet ſe ueneficiis impugnari: Tota igitur Italia incendio bellorum flagrante, Georgii erat Veronenſium prouincia: qui tum renouandis ſocietatibus, tum nouis inſtituendis multos populos Germanæ ditionis fecit: inde conciliata clementiæ fama, non ad maritimas modò gentes, ſed in montanis ad ferociores iam populos uaſuit: qua de re Veronam ab omnibus rapinis ſeruauit: & longè à finibus Venetos ſummouit, ſibiq; & Cæſari ciues obnoxios reddidit: non enim aurum à tribubus extorſit: non prouinciam expilauit: nullam unq̃ conditionem ſuſcepit propter iniquam aut magiſtratus aut diuitiarum cupiditatem, quæ dura, quæ imperioſa, quæ uehemens eſt animorum domina, cui quoniam nunquàm ſeruire uoluit, non auaritia, non ſuperbia op-

tĩmam & opulentam ciuitatẽ diripuit,nec fæuo & sanguinario domina-
tu ab imperio abalienauit:sed iustitia,&,quæ propria erat eius Prĩcipis,
mansuetudine,omnẽ sexum,omnem ætatem, omnẽ ordinẽ sibi mirum in
modum deuinxit,& in fide constanter retinuit:atq; ita omniũ animos cõ-
firmauit,ut,qui modò Venetis fauerent, nunc Cæsarem libentius uellẽt:
ut.n.magnis imperiis & magistratibus,ita animũ laude dignum gessit: ut
Georgius ab omnibus desideratus. à suis diligeretur,à ciuibus coleretur,à Cæsare probaretur, ab oĩbus de-
sideraretur:Iam percrebuerat fama Veronẽses à Germanis perhumanè
tractari:iam perspecta fuerat Georgii integritas:ut, quem non uiderant
populi,eum sibi dari Principẽ optarent:eo quidẽ Præfecto Veronenses
Veronẽses fidelissimi. summo studio concertarunt amplexari quæcunq; arbitrarentur pertine-
re & ad eius salutẽ,& ad Cæsaris dignitatẽ:ut iam apertũ esset, nihil pri-
stinæ factionis in stomacho residere,nullo ueteris administrationis desi-
derio vrbem teneri:sed iam omnẽ Veneti nominis memoriã abolitã: &,
si qui erant,qui fraudẽ machinarentur, frangebat eos consiliũ & Cæsaris
magnitudo animi,& Præfecti officiũ:sed quid ab illis prætermissum est:
ut & Præfecti sui & Cæsaris uoluntati seruirẽt? quottidiè firmiora dabãt
uirtutis suæ indicia,quæ quoniã cognita erãt,Cæsar Veronã nulli ex suis
ciuitatibus posthabendã cõstituit: Quisnã Prĩceps talẽ ciuitatẽ nõ ma-
gnifaceret? quæ nunq̃ tulit ullo bellorũ turbine constantiã suam infir-
mari:licet undiq; audirent uariæ Principũ mutationes, noua ciuitatum
consilia,intestina odia,& semper aliquid recens acciperet: quod uel op-
timam ciuitatẽ moueret,hos cæsos,illos expulsos, tanta erat eorũ tẽpo-
rum perturbatio,ita perculsa & prostrata fœdissimo bello iacebant oĩa,
ut sibi quisq;,ubicunq; esset,miserrimus esse uideretur:Patauium & reli-
quæ ciuitates,quæ paulò antè Imperatorẽ ultrò susceperant,iam in Ve-
netorum potestatem redierant,aliæ sponte sua,aliæ ui, aliæ fraude op-
pressæ:populis enim domestica discordia agitatis, alius alii insidias mo-
liebatur,quibus mutationibus multi capite damnati sunt,plures laqueo
strangulati,plurimi,qui temerè scripserant,proscripti sunt:alii longius in
insulas relegati,tanta siderum acerbitate uersabãtur regna, ut publici ac
priuati luctus nec solatiis ullis nec edictis inhiberi potuerint, uerũ inter
tot miserias,& aliarũ ciuitatũ incõmoda,soli Veronẽses felices putabã-
tur,eos solos sapere,eos solos cõsultò egisse frequens fama erat,q; Cæsa-
ri cõstanter paruissent,reliquos Italiæ populos temerè præcipitanterq;
in sua vulnera corruisse:tum sanè nõ defuerunt,qui illi optimam naturã,
& prudentem administrationem inuiderent,& summam eius in urbe po-
testatem iniquo animo ferrent,à quibus etiam ad Cæsarem clàm delatus
fuit,ut ex prouincia amoueretur,uerũm sapientissimus Imperator reie-
cta inuidorum acerbitate fidelem & perspicacem hominem in tanta rerũ
tempestate ciuitati præesse uoluit,propterea opinio fuit,eũ periisse mi-
nisterio & opa cuiusdã audacis hoĩs,q; sub idẽ tẽpus Veronę erat,&ad p̃-
fecturã urbis aspirabat,sed, cũ una Georgii uirtute reprimeret eius ar-
rogantia,cognouit ille Ep̃o dominante se in ea rep.honestũ locũ tenere

non

non posse,iccirco aut Ep̃m cadere,aut se ueluti explosum excedere ciui
tate oportere,qd̃ cùm alterutrũ necessariũ esset, Georgiũ de medio tol-
lendũ putauit: quam ob rem illi insidias parauit,quem dolo aggressus
tandem expugnauit:Episcopus igitur prudentissimus Venetorum po-
tentia suo consilio deuicta, Verona in liberæ ciuitatis formã redacta,to-
ties sedato populo odiis ĩtestinis exagitato,toties ciuitate ab insidiis, ra-
pinis,direptionibus,incendio seruata,cùm in animo haberet Tridentum
reuerti,importuno fato,sed firma ueneni suspicione periit: licet alii uelĩt
eum sua morte decessisse,nam præter alia signa,quæ ueneno extincti su-
spiciosa sunt,corpus erat liuoribus decoloratũ, & spumæ per os effluẽ-
bant:quod molestissimè tulerunt Veronenses,à quibus sic probabatur,
sic diligebatur Prẽfectus suus,ut reum ueneni diris deuotionibus publi-
cè infectati sint: per tenebras item noctis auditæ sunt aduersus eũ con-
clamantiũ uoces,redde Prẽfectum Veronensibus,redde Ep̃m Tridenti-
nis,redde constantissimũ senatorem Cæsari: accessit ad ĩmensum ciuium
amorem externorum fauor,proditũ.n.est Venetos atq; alios populos,
quibus aduersus Germanos bellum esset, ueluti in domestico cõmuniq;
mœrore ad inducias consensisse,dum pararentur funera,ut uideaẽ Geor-
gius uirtutũ suarũ uberrimũ fructũ post mortẽ tulisse: à Tridẽtinis aũt,
ad primũ nunciũ ualetudinis eius attonita & mœsta ciuitate,uota p̃ eius *Trid. bene uolentia in Ep̃um.*
salute publicè suscepta sunt,nullã quidem occasionem omittentibus ci-
uibus in testificãda animi sui de incolumitate eius solicitudine: Cùm ue-
rò sequentes nuncios operirentur,& repentè percrebuisset, incertis ta-
men auctoribus,eum conualuisse,audiebantur per totam urbem uoces
concinentium,saluũ Tridentum,salua patria, saluus Georgius: ut uerò
nunciatum est præter spem eum fato functũ, nullis modis inhiberi po-
tuit luctus publicus,insonabat undiq; ciuitas cõdolentiũ desperatione,
ac conclamantium templa lapidanda esse:Deorum altaria subuertenda,
Deos amplius colendos non esse,qui humana non curarent, qui Geor-
gium non seruassent,qui preces & uota mortaliũ non audiuissét:Minuit
desideriũ defuncti cõstans de successore opinio, cunctis sibi in tãto mœ-
rore p̃ certo suadẽtibus Bernardũ Clesiũ uirũ ĩ dicẽdo peritũ,morũ ĩte-
gritate ac religione uenerabilẽ,mox ad rẽp. Tridẽtinorũ regendã aditu-
rũ:q iã omni officiorũ genere studia hominũ incẽderat,succurrebat.n. se
à Georgio p̃cessore suo sæpenumerò audiisse,Clesiũ sibi ĩ Ep̃atũ succes-
surũ,magnisq; ĩ negociis daturũ conspicua uirtutis suæ documẽta: qua
una spe cõstat delinitam fuisse doloris acerbitatẽ, & repressam cõis lu-
ctus sæuitiẽ:Veronẽses interim curant Tridẽtum corpus trãsferrẽdum:
delecti sunt ex oĩbus collegiis Sacerdotes:qui cũ funalibus latè arden-
tibus cadauer p̃sequunt: Ciues itẽ lugẽtiũ habitu frequẽtes funus cur- *Funus Georgij Ep̃i.*
ru euectum atro apparatu magnificè instructo commitantes incedunt
densissimo occurrentium agmine: Traditum est enim memorię uniuersos
Equites obuiam exiisse:populi uerò Tridẽtini ætatẽ oẽm atq; ordinem
usq; ad primũ lapidẽ se officii gratia effudisse:inde corpus solẽni funere

per ſplendidiſſimum quenq; Senatorii & Equeſtris ordinis templo humeris illatum:quem ubiq; plurimis lachrymis pro concione laudatum, & pro dignitate ampliſſimè funeratum Bernardus tertius Cleſius,in quo ſingularis eminuit pietas, per ſemet uenerabundus in tumulum condidit:ſedit annos ſeptem:deceſſit anno à ſalute noſtra M. D. xiiii. uerùm non diù ſedes fuit uacua:collegii enim Patres Bernardum Cleſium iam cognita eius uirtute & ſingulari ſcientia:quæ apud omnes eo etiam tempore plurimùm ualebat,miro populi acclamantis & Cleſium depoſcentis deſiderio in Epiſcopatum ultrò eligunt:de quo plura mox dicturi ſumus:ſed de valle Naunũ natali eius ſolo pauca prius ſubdere uoluimus.

Bernardus iij. Cleſius epũs. xcv.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber ſextus.

Tridentũ.

Scribit Ptolemæus Tridẽtum,uel,ut alii habent codices, Tridente Venetiæ ciuitatem eſſe in Mediterraneo: ſub occaſu uerò Venetiæ Bechunos poſuit, & eorum ciuitates Vanniam, Carrahacam, Brecinam, Anaunium,quod idem eſſe exiſtimo,quod noſtrorum temporum homines Naunum uocant, à quo tota illa regio uidetur nomen accepiſſe:Eſt etiam eiuſdem nominis fluuius ab indigenis corrupto uocabulo Nuſius uocitatus: ſed dubium eſt oppidum'ne fluuio,an fluuius loco nomen dederit: illud præterea à me mouet credere Anauniam uallem fuiſſe Bechunorum:quia noſtra etiam tempeſtate ibi uicus eſt,quem vulgus Brecium appellat,quæ fortaſſe ea eſt Brecina, de qua meminit Ptolemæus,poſteà (ut fit) deleta temporũ iniuria,etſi quibuſdã in codicibus Bretina ſcriptũ ſit:De Naunibus mentio fit in Geographia Pliniana:qui inter Alpinas gẽtes ductu & auſpiciis Diui Auguſti deuictas ponit Triũpilinos,Canunos, Venotes, Venonetes,Hiſarchos, Breunos,&Naunes,quos haud ambigendũ eſt; eoſdem eſſe,qui à Ptolemæo Bechunis aſcribũtur,à Nauno oppido, uel potius à fluuio eiuſdẽ nominis appellati,quos nunc Noneſos Tridẽtini nominãt: Abeſt aũt Tridento Anauniũ circiter duodecim millia paſſuũ.Cũ aũt ab urbe Bolgianũ petens Gardulũ:Auiſiũq; torrentẽ,& eiuſdẽ nominis oppidũ,ac Perſonoriũ uicũ trãſieris,nõ longè pgreſſus ſiniſtrorſum iter flectis ad amnẽ Atheſim:quẽ ubi traieceris,p quatuor milliaria à flumine facili in occaſum itinere ad primum vallis limen conſcendis:inde in Boream gradum conuertis:ibi ſeſe offert aditus per montium fauces minus difficilis, etſi,quod natura uſui relictum eſt,arx hominum manu excitata, quàm Rochetã nominant, uenientibus oppoſita iter obſtruat: ingredienti montes utrinq; attolluntur crebris oppidis ac pulcherrimis

Anauniũ. Naunum opp. Naunus fl.

Deſcriptio valli Anauni.

arcibus,

arcibus,uiciſq; habitati:qui Naunum fluuium per mediam uallem ſeſe euoluentem ex alto proſpectãt:Naunum igitur vallis Tridento proficiſcentibus tota Meridionalis occurrit,unde in Septentriones uerſa iter Ortũ & Occaſum longè excurrit, progredientibuſq; paulatim magis aperitur,atq; in planitiem effunditur poſitu amœna,& apricis iugis conſpicua: eius latus, quod orientem ſolem ſpectat, montibus terminatur,qui Bolgiano,atq; Atheſi fluuio adiacẽtes cõtinuis iugis in Septentriones excurrunt, & diuerſa pro loco ſortiuntur nomina: ſub occaſu Touello partim & Pellero montibus clauditur,ſic enim eos vulgus appellat:quibus Iudicaria & Rhendena Tridentinę ditionis valles à Naunibus diſterminantur:partim,ubi ad Septentriones procurrens in ripa Nauni deſinit,Solis ualli coniungitur, ab Aquilone partim valle Solis terminatur Nauno fluuio ab occaſu ad Piſcariam uſq; interfluente, partim à conuerſione ipſius amnis,quæ fit in Meridiẽ,unde ad orientale eius vallis latus in Septentriones extenditur, Proueſo monte alia ex parte ueluti cornu lõgius ab ortu porrecto Oltemi vallis fines attingit:Meridionale uerò latus,quà vallis initium capit,quod à Nauno amne ad occaſum pertinet,in montibus,qui Iudicariis imminent vallibus, ſicut etiã pars occidui lateris, terminos habet,ad radices,Cauedauum & Moluenum, in iugis, Phaiũ & Moluenus lacus, quà in Iudicariã deſcẽſus eſt, quod uerò ab eodem fluuio in orientem ſolem uergit Tridentum à tergo reſpicit:hæc vallis undiq; altiſſimis montibus cingitur, in quã p quatuor tantum fauces ingreſſus eſt,ut uideatur Natura cæteras gentes ab iniuriis ſecludere uoluiſſe,à Meridie ex Iudicariis in Anaunium aditus eſt per ea montium iuga,in quibus Moluenum lacum ponunt, ab occaſu ex valle (ut aiunt) Monica per uallem Solis iter circũflectitur non minus arduum quàm lõgum,quà Borealem plagã reſpicit cocunt montes in anguſtias ſupra lacum,quem Senalem nominant, per quos in Germaniam itur,ut liceat nemini ea parte ui irrumpere:Orientis item latus anguſtum præbet ingreſſum per ſaxa ueluti inter ſe concurrentia ad ripas Atheſis fl. euntibus,quem locum incolæ Mendulam uocant,ut creditur ea regio peculiari quadam naturæ prouidentia fuiſſe inſuperabili opere circumuallata,orbe quatuor partibus diſcluſo,uno tantũ in loco ab Auſtro parumper dehiſcunt montes, quo,ut arbitror, eà uenientes Tridentini ad amicos Naunes minus laborarent, ſed ubi uidebat defeciſſe Natura,ſupplerũt hominũ ingenia,in faucibus enim arx eſt opus munitiſſimum,quam vulgus Rochetam nominat,hoſtili furori oppoſita:Cæterum,cùm Anaunii vallis loca nominatim ſcripturus ſim, æquũ eſt prius dicere de Nauno fl. à quo creditũ eſt totã uallẽ fuiſſe cognominatã:Hic ex duobus gurgitibus fit ex diuerſo cõfluẽtibus,alter í iugis Alpiũ,quæ ab Aquilone vallẽ Solis claudũt,ortus í occaſũ primũ tẽdit, & inter Peiũ & Riuã uicos ea mõtiũ latera fluctibus uerberat, q eãdem vallem occidentali plaga terminant,unde ire ulterius occurrẽtibus ſa-

xis prohibitus, ſecundum montis radices in Meridiem curſum dirrigit, hunc incolæ Naunum vallis appellant: alter vermilii Naunus cognominatus in Tonali monte, qui ſub occaſu eſt, principium habet: hic, ubi ſeſe in campum immiſit, uerſo in Septentriones impetu alteri Nauno, qui contrà præceps fertur, ueniens commiſcetur, inde ambo hoſpites facti ſociis aquis currẽtes Naunũ unũ faciũt, qui plenioribus deinde ripis inter Cluſianum uicum, & Olſanam oppidum in Orientem conuerſus, Breſamum, Rabeſum, & Piſcariam amnes ex Alpium iugis ab Aquilone erumpentes in curſu ſuſcipit, & ad hoſtium uſq; Piſcariæ vallem Solis medius ſecat, in quo tractu multis pontibus iungitur, tum illic ſeſe cohibet, & caſtigato impetu in Auſtrum præceps rapitur multis auctus torrentibus ex utroq; latere cadentibus, quos contrario curſu uenientes accipit, & amico alueo ſecum uehit, quodq; eſt reliquum vallis Anauni inter Ortum & Occaſum porrectæ rapido gurgite in duas partes diuidit, Rochetamq; præterlabens, cùm duo ſint eiuſdem nominis oppida, alterum Metium ſancti Gotardi, alterum Metium ſancti Petri, inter utrunq; defertur, & è regione Diui Michaelis in Atheſim fluctus exonerat: Nunc ne pigeat uicos & oppida percurrere, & quæ obſcura ſunt ſcrupuloſè etiam amplectii: ex vallis igitur ingreſſu aduerſo flumine in Aquilonem progrediamur, & intrãtes primùm commemoremus, quæ à læua regionem occidentalem inter montes & amnem Naunum tenent gentes: Ingredienti ſtatim occurrit Raiberum, quod & Belfortum uocant, à læua in montibus Andalum cum lacu, Sporum maius apud Sporegium flumen in Naunum ab occaſu delatum, in ripa ulteriori Sporum minus caſtrũ & vicus, Inter Lauernadechium uerò & Pontechelum torrentes nomina Semibarbara, & quæ uix recipiunt latina uocabula, adiacent, ut ab amne Nauno incipiamus, Creſinum, Hercolum, Bellagium op. Seguntium, Louernum, & magis Septentrionalia, Termõum, Campum, Quetta: ubi uerò Pontechelum euaſeris, Denum, Diua Magdalena, Cuneuum, Tereſium, Flauonum, & in loco eminentiori Corona op. cõſpicitur, his ſupereminet ab occaſu Touellus mons cum lacu, qui ab eo denominatur, fundo, ut aiunt, multis in locis carens, in quo fama eſt capi Piſces, quos Salmones appellant, præcipui ſaporis, qui in diuerſas terrarum partes longè deportantur à magnis Regibus petiti, & Benaci piſcibus prælati: Hinc Traſinechus fl. oritur, qui undas in Naunũ deponit, à Traſinecho in ripa Nauni, Portulũ, in colle, Naunum op. à ſcriptoribus celebratum, & uicus ab eo cognominatus, Campum deinde alterum, Valerũ, Pauillum, Tuenum, & in radicibus montis, Diuæ Emerentianæ templum: Rurſus ab amne in occaſum progredientes recitemus, Taſſulum, Ralum, Sãctum Zenonem, Aedem Sancti Spiritus, & ſub monte Pellero, Mechelum op. uicũq;, & lacum, &, ne qua in curſu omittantur, numeremus etiam quæ reliqua ſunt: Haud procul ab his, Maianum, &, quæ in Boream uergunt, Cleſum uicũ, quem

Burgum

Burgum uocant, cum lacu, & in colle, qui molli cliuo ex valle attollitur, Cleſum op. quod in feracem planitiem molli itinere deſcendenti ſeſe offert, ſurgit autem turrita arce & propugnaculis angularibus conſpicuum, locíq; natura ſatis munitum, & uetuſtate ipſa celeberrimum, ſed ortu Bernardi Cleſii Principis & Cardinalis Tridentini præcipua gloria nobilitatum: ſupra Cleſũ ponitur Dreſum, & magis boreale Caſtronum, extremaq; in valle ſilua, quæ Phae dicitur, & pons Storus uocatus, quà in vallem Solis tranſitus eſt: Cæterum poſtquàm mõſtrata ſũt loca, quæ ſiniſtrum latus amnis ſpectant, in meridiẽ recurramus, & à limine vallis in Aquilonem anhelantes ſcribamus: Qui dextram regionẽ incolunt populi, in primo ſtatim aditu ſeſe opponit arx ipſa munitiſſima, de qua meminimus, quæ uerò in Boream recedunt addamus, Vicum, Tolium, Tonum, & in monte Sãcti Petri Caſtrum, hinc in Septẽtriones euntibus Pongaiola fl. in Naunum defluens, iuxta quem in ortum tendentibus ſeſe offerunt, Molarium, Segnium, Dardenum, Tuenetum, Turris, Prioum, Vionũ, Treſiũ, &, quæ ad amnem uergunt, Bragerium, Taium, Ermulum, haud procul hinc Naunus ponte ſuperatur, quem Altũ uocant, Iterum à Pongaiola iuxta orientalia montium latera in Boreã diſpoſitâ inueniuntur, Veruoum, Sfrucium, Smaranum, Coretum vicus & op. ac Taonum, apud Verdeſum torrentem, hinc templum Diui Romedii miraculis celebre, in rupibus Donum & Amblara uici, hæc pterlabitur torrens, quem ſancti Romedii Riuum appellãt, in Naunum decurrens, qui non longè ab hoſtio duobus pontibus iungitur, quorum alterum Sancti Zeni, alterum Ragaioli nominant: Inter hunc & Nouellam fl. locantur Sanctus Zenus, Planum, Borcium, Banchum, Cazecium, Malgolum, Salterum, Romenum, ad radices montium, Seganum, Cauarenum, Sarmonilum, Renzonum, Maloſium op. & vicus, & magis Septentrionale Fonum, ſecundum uerò oram Nouellæ in Naunum ab ortu diriguntur, Vaſum, Seium, caſtrum Vaſi, Ambelum, Sancti Blaſii ædes, hinc Nouella fl. quem facit Senalis lacus ſe in Naunum demittens, diuerſa loca intercurrit, à quo in Borealẽ plagam pergamus, & quæ reliqua ſunt, quo cœpimus ordine complectamur, & primum, quæ ad Orientem pertinent, attingamus, caſtrum Foni, Fonum alterum, Douenam, in monte Senalis lacus, & ab eo Diuę Mariæ templum, à Douena Rainam, Salobium, Carnalecium, Trauerſariam, Brecium, ſiue (ut alii ſcribunt) Bretinam ponunt, hinc vallis anguſtior extenditur, Laoregno & Proueſo montibus dextra in Septentriones excurrentibus, qui paſcui ſunt, & bonarum frugum feraces. Modò ad ea, quæ Occaſum ſpectant, redeamus: A Brecio ad amnem declinant Arſum uicus, &, quod Nouellæ adiacet, Caſtrum, Clocium duplex, inter utrunq; templũ eſt Sancti Stephani, Ambellum, Romalum, Reuoum, Cagnoum op. & Vicus, in Montis ceruice, cuius radices Piſcaria fluuius præterlabitur, Templum eſt Diuo Gallo ſacrum, &, quod magis

ſub Aquilonem tendit, Trazouum, hàc itur in uallem Rumi, quæ ab his Piſcaria fl. longè ſeparatur, cui aſcribuntur Mionum, Corta, Pacelliere, Mercena, Muſanicum, & quæ in extrema valle ſunt, ſub montibus, Anza & Rumũ, his cohęret iugũ & vallis Oltemi extra fines Anaunii. Nos certè inuitant, quæ reliqua ſunt, ſingula pſcrutari, & ex tenebris ſub ſolem ducere, quæ nunq̃ anteà in lucem uenere, uerùm ea præterire conſultò uoluimus, ne eſſemus faſtidio legentibus, quã ob rẽ ſatis ſit hæc pro tempore attigiſſe: poſſum tamen ingrati animi meritò exiſtimari: q̃ breuiter in hunc modum dicta ſit terra Bernardi Clesii ſummi Principis alumna, eadem & parens, æquum eſſet profectò eam regionem pluribus laudibus celebrari: & quia Tridentinã urbem partu ſuo clariorem fecerit, & quia ibi in primis fertilis eſt bonarum omnium frugum prouẽtus: proni enim colles utrinq; molliter deuexi ſcaturientibus exundant fontibus, ex quibus riui in diuerſos alueos diffuſi exiliunt, & ſubiectos campos perfundunt: humor uerò pinguis ſuper agros diffluens in limum nigreſcit, & læta reddit arua naturali etiã bonitate fructuoſa: ex quo Naunes cùm habeãt parentem tantæ felicitatis liquorem, qui ex montium ſpecubus manat perpetuus, iurè audent cum feraciſſimis etiã terris certare frugum opulentia: hinc eſt q̃ ea regio tantũ incrementi acceperit, & habitatorum frequentia referta ſit: quæ non ſuos tantùm incolas abunderanter nutrit: verùm & vrbi annonæ difficultate laboranti ſolet ſuppeditare frumenta, & populum paſcere, ut ea vallis Tridentinæ Reip. ſubſidium ſit frumentarium, ſed quid attinet vulgatam eorum locorum ubertatem prædicare? cùm Anaunium Tridentinorum horreũ veteres appellauerint: vnde pecora etiam, non frugiferæ tantùm Cereris dona in urbem comportantur: Greges enim non ſolùm, quæ intra montium iuga laſciuiunt, herbas: ſed uirentem etiam planitiem magna ex parte paſcũtur: nã præter arua, quæ gaudent Cereris cultura, campeſtris regio, quę montibus ſubeſt, & in uallem magis reſidit, frequenti ſcaturigine irrigua nutrit gramina, & terram ueſtit molli pabulo luxuriantem, ubi quantum diu noctuq; carpunt armenta, tantum aſſiduè reponitur humore nunquàm deficiente, unde propter herbarum copiam, infinitus propè alitur pecorum numerus: ut crederes ibi Palem deam cum Cerere de regno contendere, non enim liquet utrius benignitate ea tellus magis ditetur, ad ſummum accedit, quod quidem raro alibi contingit, eã oram non minus ſalubrem eſſe quàm pinguem, ut nemo ſatis pro dignitate unquàm laudauerit uitalem cœli temperiem, nemo abundè celebrauerit beatam eius terræ amœnitatem nam præter agrorum fertilitatem: quis aprica montium latera, opaca nemora, pecora, uellera, lacus, tot amnium fontiumq; ubertatem totam vallem perfundentẽ memorare potuerit? ſed in eo præſertim meruit laudari ea terra, quæ Tridentinis ſingularem Principem tulerit: ut ea ſit non minus clarorum uirorum & bonarum diſciplinarum mater quàm frugum: quis enim

Ferax ſolum.

Anaunii Trid. vrbis horreũ.

Irrigua paſcua.

Anaunii clariorum virorũ mater.

enim ingenia rituſq; ac uiros narrauerit? ſiquidem cùm alibi, tum in Germania præſertim & tota Italia re compertum eſt, Anaunium multorum & nobilium & uirorum fortium ſedem eſſe, & per omnia tempora magnos Heroas in prælia ueluti bellorum fulmina emiſiſſe, ut de ea ſola iurè dici poſſint, quæ de tota Italia prodidit Plinius: Cæterum has ueluti notas quaſdã hoc in loco tantũ percurrimus: cũ ad clariora facta p uirili ediſſerenda feſtinari oporteat: Quare quod ſupereſt celeriter abſoluamus, ne id temerè uideat̃ prætermiſſum: quod fortaſſe cupit lector intelligere, oẽm uidelicet Anaunii & Solis vallem, quæ nr̃a tẽpeſtate Cleſo paret, ab Eccleſia Tridentina iura & leges ac magiſtratus accipere: præter quatuor tantũ oppida, Sporũ, Flauoniũ, Fundum, & Arſiũ, quę quidẽ loca à nobiliſſimis familiis Thonorũ, Spororũ, & Arſiorum iure ſuo reguntur, & Ferdinandi Regis uti Comitis Tirolenſis imperio ſubiecta ſunt: reliqua vallis cõfinia longè lateq; extendunt̃: uiciq;, arceſq;, atq; oppida omnia Principi Tridẽtino obediunt: Solis aũt vallis rupibus circũfuſa altiſſimis mõtibus cingit̃, & inter iuga depreſſas in medio valles relinquẽtia in Aquilonẽ fronte excurrit: vbi Nauni flumi nis ortus eſt: V trũq; aũt vallis latus habitant frequẽtes populi: quorum alii ripis amnis effuſi ſunt, alii lõgius ſub montes ſeceſſere, quos animus erat ſtylo cõplecti, ſed, quoniã alio properãdũ eſt, impetũ reuocauimus: harũ aũt regionũ uetus forma ĩmutata eſt, ſiquidẽ prius fuerãt in plures conuentus diuiſæ: nũc aũt oẽs eius tractus gentes Cleſum conueniunt, ibiq; diſceptant, ut ex multis unus ſit omniũ Cleſianus conuentus: cui prouinciæ præpoſitus eſt Aliprãdus Cleſius Cardinalis Tridẽtini nepos: qui populis ſeſe eò iudicii cauſa cõgregantibus ius dicit: Cleſiorũ autem gentẽ in Anaunio præcipuã diu fuiſſe declarant antiqua literarũ monumenta, oppidum enim, ut uicũ eiuſdem nominis illi propinquũ prætereamus, in celeberrima eius regionis parte Cleſum uocatur, ubi Cleſiæ familiæ uetuſtas oſtenditur: Duces inde fortiſſimi effluxere, qui cognita eorum inter Germanos Principes uirtute, ab Imperatoribus in Regiam allecti ſunt, per omnia tempora ſummis honoribus functi, Verùm, ne cæteri tanq̃ ex intimo antiquitatis ſacrario nominatim citentur: Harpo Bernardi proauus ſingulari animo in re militari præſertim excelluiſſe memoratur, cuius conſilio & opera magnis in rebus uſos fuiſſe Auſtriæ Principes, quos poſteri Archiduces nominant, ſcriptũ inuenimus, quãquàm nemo ad hunc diem inuentus eſt, qui paternam Bernardi originem criminatus ſit, Georgius enim eius auus Harponis filius inter Equeſtrem ordinem clarus, & rerum geſtarum memoria poſteritati cognitus, multis bellis ſtipẽdia fecit Præfectus militũ Sigiſmũdo Impatore, de quo, præter alia claræ uirtutis argumẽta, hæc tradunt̃ hoc in loco nõ omittẽda. Cũ fortè iſſet uenatũ in mõtes, p p̃da Ruſticos inuenit telis inſtructos, alios de ſpecubus exeuntes, alios à tergo circumfuſos, ex quibus facilè intellexit in ſe coniuratum fuiſſe: Erat non minus la-

Cleſianus conuentus.

Origo Cleſiorum.

Harpo Ber. Card. proauus.

Georgius Ber. Card. Auus.

ta q̃ oſcura profundi gurgitis uorago, ex ſummis iugis in uallem deiecta, auulſis utrinq; ſaxis, & in abruptas oras cedentibus: per quam ex montibus decurrentes in præceps fluctus uehementi impetu euoluebantur; vnde rapax torrens ingenti ſonitu cadens exeſas lapſi Mõtis partes rotabat: vbi anguſtior erat ora, trabibus coniungebatur: eum autem torrentem eſſe accepimus: qui ab occaſu inter ſanctũ Laurentium & Darſium oppidũ in Atheſim amnẽ labitur. Inſidiis circũuentus Vir impigro animo, gladiũ ſtringit, ferturq; per medios hoſtes, & uiam ſibi ferro patefacit: uictorq; ad fluuium curſu rapit̃: At cùm uidet pontẽ armatis obſeſſum, nec ulla ex parte aditũ ſibi ad ſalutem monſtrari: ne ignobili turba trucidatus infami mortis genere, &, ubi uirtus ſpectari non poterat, obſcuro in loco caderet, cõſilium capit temerariũ fortaſſe, ſed in tam ancipiti diſcrimine Heroicæ uirtuti neceſſariũ: arbitratus .n. torrentẽ ſaltu ſuperari non poſſe, ſe in uoraginem præcipitaturus quadrupedẽ calcaribus impellit, hortaturq;, mallebat .n. ſic oſſa ſua diſperdi, q̃ turpiter cædi, & ſui reliquias montana ſæuitia diſſipari: ille ubi citato curſu ad oram pGeorgius Heros magnanimus. uenit, elatus ſub auras, rem inauditam, ſed uolentibus Diis & Cleſiorum fatis celeri ſaltu ĩ ulteriorẽ ripam deportatus euaſit: ita, quã penè amiſerat, deſperãdo uitã Cleſius inuenit: qui ſuperato periculo illicò deſilit, &, per quẽ ſalutẽ ſuam retinuerat, comantes equi iubas pmulcens ſpumãtem roſtrum exoſculatur: Nõ periit tám præclari facti memoria: nã hodiè quoq; incolæ locum monſtrãt ſaltu equi celebrẽ: Georgius uerò ad efferatam & inſanientẽ turbã cõuerſus ex aduerſa torrẽtis ora frendens mortẽ cõminatur: flagitiũq; tam ĩfandũ diù inultũ fore nõ permiſit: breui deleta ſceleratorũ hominũ ſtirpe: quæ quoniã abundè declarant inuictam animi altitudinem, ſuperuacaneum eſſe arbitramur ſubiicere reliqua egregia eius facinora: quæ ſcribenti occurrunt memoratu non indigna, ſed clariora q̃ poſſint ullo ſtylo illuſtrari: Verùm nec Aliprandus Aliprandus Bercar. pater eius filius, à quo natus eſt Bernardus, iudicatus eſt ulla in re patre ſuo inferior: qui à prĩcipio ætatis & opulentia & æſtimatiõe magna apud omnes fuit: ut minus mirum ſit, eum ad tantum gloriæ emerſiſſe, omnem q̃; de ſe expectationem re ipſa comprobatã ſuperaſſe: Is Cleſum tantùm oppidum ſibi à maioribus ſuis traditum tenuit: ſed ſub Archiducibus Auſtriæ multos honores & facilè adeptus eſt, & multa cum gloria geſſit: Alia inſuper negocia, & quidẽ plura ſibi extra ordinem data non minore iuſtitia q̃ fortitudine confecit: in conciliandis hominum uoluntatibus multũ natura & ſtudio ualuit: unde ſicut à nemine innocentia uincebatur, ita beneuolentiæ etiam colligendæ artificio cunctos uicit: duobus autem præcipuè dicitur claruiſſe: facilitate in audiendo, lenitate in diſcernendo: quibus de cauſis fuit oĩbus iucundiſſimus: ſed bello Veneto eius uirtus maximè apparuit: quod Sigiſmundo Auſtriæ Archiduce geſtum eſt: cùm Roboretum, quod in alpibus Tridentinis oppidũ eſt, ſumma ui oppugnaretur: ubi multa munera militaria obiuit: quo tempore

Ruberthus

Ruberthus Sanſeuerinus copiarum hoſtilium imperator, cùm impreſſionem urgentibus Tridentinis ferre non poſſet, ſe in fluuium præcipitẽ egit, quem deinde uorticoſo amne ſub undas correptum fuſo Venetorũ exercitu patres Tridentini mandante Epiſcopo ſepeliendũ procurarũt: aliis inſuper militiæ dignitatibus ornatus egregiã laudẽ reportauit: Vir fuit perſpicaciſſimo ingenio, & ad optima quæq; natura ꝓpenſus, domeſtica tandem adminiſtratione contentus, abundante patrimonio urbis prẽfectura functus eſt: quã diù ſecunda fama adminiſtrauit, ſed, cùm eius potiſſimũ exigeretur opera, ciues ſuos reliquit: peſtilenti .n. (ut ſuſpicati ſunt) morbo correptus ad quartũ & quadrageſimum ætatis ſuæ annũ cunctis ordinibus deſideratus uita deceſſit, conſternata ac lugente patria tam funeſta amiſſi ante diem Prẽfecti ſui iactura: ſeptẽ aũt filios reliquit ſuperſtites, Balthaſſarẽ, Michaelẽ, Bernardũ, Iacobũ, Ioannẽ, Georgiũ, & Sigiſmundũ, quos ex Dorothea tulerat inſigni fœmina, & antiquiſſima Fuchſorũ familia genita: qui multos nobiles inter Germanos uiros primarios arctiſſimo affinitatis gradu contingunt: ut cognitũ ſit Bernardo Cleſio multũ ſplendoris ex utraq; parte additũ fuiſſe, maternũ ſiquidem genus à ſummis uiris ortũ eſt, paternũ uerò ex uetuſtiſſimi etiã generis proauis deductũ, & cum magnis familiis cõiunctũ: ex his igitur nati ſunt liberi parentũ imaginibus nõ indigni, qui ſeſe inuicẽ mirũ in modũ dilexere: qua .n. amoris ui deuinctos eos credi oportet, qui ex ſanctiſſimo matris ſinu uirtutũ omniũ fomite ſaluberrimũ cõcordię alimentũ pleno ore hauſere: qui coaleſcentes intra uenerandũ limen diuinis præceptis inſtructi, didicere pietatẽ colere, qui parem ex maiorũ geſtis gloriã traxerunt, qui una domo, una menſa, etiam poſtq̃ uxores duxerant, ſimul omnes utebantur, ut uiderentur in omni uictu modeſtiam & ſuorũ frugalitatem ſecuti, tantũ ſanè erat, quod fraternæ cõiunctioni exhibẽdũ putarunt, ut, licet charis uxoribus & dulcibus liberis multũ tribuendũ cenſerent, tanta tamen eorũ pectoribus fraternæ charitatis pietas hæſiſſe exiſtimatur, ut nulla unquàm alia, quæ poſtea acceſſit, beneuolentia priorẽ labefactare ualuerit, nunq̃ paſſi ſunt quid eorũ eripi, ut ad aliũ trãſferret̃, quod omniũ erat cõmune, ut propriũ quiſq; tuebatur: uidebant̃ ſanè eodem oẽs ali ſpiritu, iiſdem uiribus ſuſtentari, eodẽ caſu collabi: Eorũ autem alii diſciplinis literariis ingenia alebant, alii ferocius in aciem prodibant armati, equorũ hinnitibus, & tubarũ ſonitu delectati: illi domeſtica, hi bellica gloria præſtantiſſimi, alii alio, quò ducebant̃ natura, intenti erant, ut per diuerſa anhelantes aditũ ſibi ad gloriam patefacerent, ſed in eo potiſſimùm admirandus eſt homo impiger ac rerũ peritus & acri ingenio Balthaſſar, qui multos magiſtratus ſibi ſponte oblatos conſtãter renuit, &, cùm ipſe eſſet prouectiori ætate, glorioſius iudicauit domi eſſe, & rem familiarem gerere, &, quod æquius erat, fratres ſuos, quos æquè ac filios charos habuit, diuerſis ſtudiis formandos tradere, q̃ curare publica & aliena adminiſtrare, ut eum parentẽ uerius q̃ fratrem dixeris, &, cùm

Balthaſſar. Michael. Bernardus Iacobus. Ioannes. Georgius. Sigismundus Aliprãdi filij.

Fratres vnanimes.

illos uideris parere,& ſeſe ultrò etiam fratri regẽdos dedere, filios iuſtius q̃ fratres appellandos iudicaueris:tanti igitur ſemper fecerunt ſanctiſſimum fraterni amoris numen,ut æquarint memorata illa ueterum exempla,quibus etiã in multis anteferri poſſunt:quorũ animos indiſſolubiles Bernardus iam Epiſcopatu potitus nouo quodã argumento ſapiẽter expreſſit,adligato uirgarum faſce nodo arctiſſimo, & ſub inſcriptione vnitatis (eo.n.uerbo uius eſt) publicato,quo declaratum eſt fida fratrum pectora ualidiſſimis amoris uinculis deuincta,nulla unq̃ temporũ iniquitate ſolui potuiſſe,in quo uidet̃ ſapientiſſimus Pontifex Scylurum imitatus,qui,ut legere eſt apud Plutarchum,diem obiturus relictis maribus filiis octuaginta haſtarum faſcem cuiq; oſtendit,iuſſitq; ut illum confringerẽt,ſingulis autẽ id ſe poſſe negantibus, ipſe haſtas ſingulatim eductas facilẽ omnes confregit,ita docens illos,ubi unà perſeuerarent,firmos ac potentes fore,imbecillos autẽ,ſi ſeparararentur: Sacrum igitur charitatis uinculum,quo Cleſii fratres ſe inuicem amplexi ſunt, nec ullo fortunæ imperio,nec horrendæ mortis atrocitate uiolari potuit, concertantibus inuicẽ ſingulis & uoto petentibus ut prius ſibi liceret uita decedere, quò aliis cõdonaret̃ ſuperſtitibus,quod ſibi reliquum ætatis futurũ erat: arbitrantibus ſe etiã mortuos in uiuentium fratrum animis uicturos: eo itaq; animo omnes,ſolo ex cunctis Bernardo nſra tempeſtate Cardinale, & Aliprando eius nepote ſuperſtitibus,ad ultimum uſq; diem peruenere,&,quos ex claris belli operibus pugnando triumphos rettulere, amãdõ ſe inuicẽ eos illuſtriores factos æternitati cõſecrarunt, Ioãnes autem inſignem doctrinã multa gloria Bononiæ adeptus, cùm ab eo præclara oſa expectarentur,uix ſalutato patriæ limine interrupto mortaliũ uoto morte obiit imaturam,qui propter eximias ſuas uirtutes multũ deflectus ingentem ciuitati luctum reliquit:cæteri etiam infra quinquageſimũ ſuæ ætatis annum leni morte interiere, præter Balthaſſarem, qui unus natu maximus diù lento morbo afflictatus cõtabuit:omnes tamen, licet uariis temporum iniuriis ſæpenumerò labefactati, ſed nunquàm fracti aduerſa omnia conſtanter tulere,&, quibus toto animi robore obuiàm ibant,in mediis periculis gloriam inuenere,ſuperato.n.ſeuiſſimo uolubilis Fortunæ imperio,quæ hominum felicitatem nõnunq̃ interturbat, à primo originis die per altos honorum gradus ad beatum uitæ exitum perducti ſunt,utq; uita exire contigit,per ſuorum lachrymas & cõplorãtium luctus elati,amplo funere honoratiſunt,&, quod fortaſſe ad plenã mortalium felicitatem potuiſſet optari,qui in uita nunquàm diduci potuerunt,eodem etiam tumulo in morte coniuncta eorum corpora ſimul conquieuere,quorum uita & mors ea fuit,ut uideatur ſuperaſſe hominũ cogitationem.Modò de natali & pueritia Bernardi,qui unus ex ſeptem fratribus dono Deum noſtris tẽporibus ſupereſt, & Tridẽtinis dominatur,ſcribere conuenit:Eum in Anaunio Cleſi natum affirmant oẽs conſtanti ſententia,ſecuti cõmentariorum fidem, in quæ relata ſunt ſingula

Præclarũ fraterni amoris exemplum.

Natalis Bernardi Card.

liberorum

liberorum nomina ab Aliprando patre manu ſua memoriæ traditat:dies tamen natalis non eſt aſcripta, ſed tantummodò conſtat Bernardum M.CCCC.lxxxv. anno,mẽſe Martii,feſto diui Gregorii Papæ baptiſmatis fonte ablutum fuiſſe:adhuc prætextatus patrẽ ammiſit,quem amplißimè funeratum digna laudatione de more pro concione deflendum curauit,infantiã & primã pueritiam minime habuit luxurioſam,quæ ſub pedagogi imperio fuit plagoſi quidem nec eruditi,ſed qui tñ ſe non eruditum ſciret:lubricam illã & ad malum procliuem ætatem ſæuiſſimè coercentis,cuius diſciplina elementariis literis imbutus fuit, cùm uerò iam tum exiſtimaretur futurus publicis muneribus habilis, Veronã miſſus uiros doctos,quorum etiam contubernio familiariter uſus eſt, cupidè audiuit,& diſciplinis liberalibus operam dedit,duobus fratribus eũ peregrè proficiſcentem piè comitantibus,ſtudiorum ſuorũ experimẽta nõnunq̃ pro ætate publicauit,quibus & gratiã ſibi conciliauit,& ingentẽ de ſe expectationẽ promiſit,ſpemq̃; de uirtute ſua cõmodioré fecit: iam non æquè patiebatur adoleſcens generoſi ſpiritus & natura ipſa abſolutũ ingenium ſecordiæ & dedecoris argui,& pro deſpectiſſimo haberi,ſed honeſtis gloriæ ſtimulis accenſus ſe ultrò præceptoribus, quos ſe ipſo exploratiores quærebat,formandũ & uirtutibus expoliendum tradidit,&, quò p multas difficultates eundũ eſſe acceperat,pulcherrimis ſapientiæ flãmis exæſtuans ad uirtutem uehemẽter anhelabat:unde triẽnio poſtq̃ à patria profectus eſt,Bononiã,quò antea etiã cogitauerat, ſe feſtinanter recepit,ætate iam firma & grauiora ſtudiæ requirente,ubi & artis oratoriæ & legum ſtudiis uacauit:cùm.n.audiſſet neminem priſcis tẽporibus magnam potentiã ſine eloquentia conſecutũ,ſibiq; conſtaret ſcriptorum teſtimonio ueteres Romanos ſibi ipſis pſuaſiſſe,quempiam nec aſſequi, nec tueri poſſe in ciuitate conſpicuũ & eminentem locum ſine doctrina & dicendi arte,adoleſcens facili & acri ingenio ad literas ardẽtius flagrauit,atq; id unum ſibi animo propoſitum eſſe uoluit, aut per honeſtos labores ad ſummũ euadere,aut primis annis ſtatim inter opera literarum egregia animã ad res imortales comparandas homini datam exhalare, turpiſſimũ exiſtimans in radicibus conſiſtere:iccircò quos inutiles & minus idoneos ad ingenium ſuum excolendũ iudicauit, corruptoreſq; uel ſolo uiſu nocituros longè à ſe eliminandos curauit,ne dedecorũ infamiã ſubiret,magni.n.eſſe cognouit illis præſertim annis carere nõ ſolùm turpitudinis crimine,ſed etiam ſuſpitione, quæ de nobis exoriri ſoleat:cùm inter malos uerſamur:nemo certè debet ſe ſatis tutũ exiſtimare,qui periculo proximus ſit:contrà uerò cùm putaret,ſi ſe bonis & temperantibus deuinciret,meliorem euaſurũ,ſtrenuã pro ea ætate operã nauauit, ut cũ Catonibus uiueret,cũ literatis degeret,cũ probatis uerſaretur,uti.n. qui ſub ſole ambulat coloratur, ſic qui cum bonis uiuit colore bonitatis inſpergitur: impollutus igitur in clariſſima ciuitate, ubi florerent bonarum diſciplinarum ſtudia,optimum & peritiſſimum quenq; coluit,ſed in

Pueritia.

Bernardi bonis ſtudijs vacauit.

Ber. adoleſcentia diligẽter cuſtodita.

primis Philippum Beroaldum & Ioannem Campegium ſecutus eſt: atq; illis uſus eſt æquiſſimis auribus: quorum alterum ſciret erudita oratione, alterum iuris ciuilis ſcientia cęteris eorũ temporum mortalibus prę-ſtare: Ludouicum deinde Gozadinum audiuit noſtra etiam tempeſtate magni nominis hominem, & qui ſuperiori anno excellenti ſua doctrina Bononienſis Senator electus eſt: dedit quoq; operam nõnunq; Auguſtino Beroo pontificio iure celeberrimo, ut nullũ quidem temporis momẽtum, quod ea præſertim ætate difficilè eſt, paſſus ſit negligẽter pire: quo factum eſt, ut, quæ cupidè deſideraverat, abundè adſecutus ſit: breui ſiquidem præſtantiſſimorum uirorum gloriã æquauit: nonnullos etiã, qui præceſſerunt, diligentia exceſſit, ſic adoleſcentiam omnẽ, & inſequentis ætatis ſpatia trãſegit, dum Bononiæ fuit: ut haud dubio inter doctos iuris cõſultos annumeretur, & ob eloquentiam excultamq; morum elegãtiam ab eximiis uiris & celeberrimis eius ætatis doctoribus, qui tum in publico gymnaſio regnare dicebantur, præconio extolleretur: eum ſcitiſſimè loquentem, eum ipſum peculiari quadam legum præſtantia, qua cognitum erat eminere, non paruifaciendũ eiuſdem etiam ſtudii homines prædicabant: fuit in adoleſcente oratio concitatior, in prouectiori ætate ſedatior: Potuiſſent hæc quidem ſtylo ſcriptionis cultiore memoriæ commendari, quæ à nobis nuda traduntur: verùm, ut hominum eſt opinio, magis delectatura ſunt, quæ caſtiſſimè ſcribuntur, q̃ quæ fuco & ueſtitu oratorio condecorata poſteris cõmendantur: nos quæ cõperta habuimus celeriter & ueritate integra perſcripſimus: non eſt qđ quiſpiam ſuſpicetur nos uel metu deterreri, uel precio ab hiſtorica fide reuocari potuiſſe: cùm præſertim una ipſa uel improbos moueat ueritas, & ſingulari quadam reuerentia ubique digna exiſtimetur: eam præterea primam hiſtoriæ legem eſſe non ignoramus, uera dicere, & detracta ueritate hiſtoriam animali excœcato ſimilem eſſe, iuſtæ itaq; eſſem reprehenſioni obnoxius, ſi à ueritate in ſcribendo defluerem, & pudicum hiſtoriæ corpus minus fideliter cuſtodirem: quamuis per Deos immortales nihil erat, quod laboris noſtri teſtimonium deſideraretur: cùm uirtus ipſa ſuopte candore nitida uictura eſſet, atque utinam uideamur purè non petulanter feciſſe auſi ſtudium & cogitationes noſtras in re tam clara parum conſideratè polliceri: quæ enim natura uenuſta ſunt, ſi aliunde ornatus quæſitus fuerit, dehoneſtatur naturalis illa pulchritudo, peritq;, non additur factis gratia: ſicut magis probatur, quę uirili cultu cõponitur forma, quàm annulata coma & calamiſtrata: quamobrem nos fortaſſe temeritatis arguerint, quibus egregia Cleſiorum facta ſpectata ſunt: quòd ea tanquàm obſcura ſuſceperimus illuſtranda, quę proprio ſplendore futura erant omninò ſempiterna, ſed rudi ſtylo attractata ſcribentis inſcitia minus fortaſſe luminis receptura: uerùm non nos ad id negocii accinximus: vt claris rebus lucem ſtudio noſtro afferremus, ſed ut noſtrum nomen, quod per ſe obſcurum eſt, magno-

rum

Veritas & hiſtorica fides.

rum Principum titulis inſertum nobilitaretur: iccircò audebimus, &, in quo uidebuntur uires noſtræ exaruiſſe, non deſiderabitur uoluntas: Bernardus itaq; in ea memoria præter alios doctus fauorabile & plenum benignitatis nomen collegit, & in rep. literaria honores auſpicatus multos magiſtratus, quales ſolent creari ſuffragio Scholaſtico, proſpera & perpetua extimatione geſſit, & omnium amicitias ſtudioſè coluit: non enim peregrinas modò nationes, quæ ex uariis regionibus diſcendi cauſa in vrbem uenerant, adoleſcens facili ad amandum ingenio ſibi deuinxit, ſed optimis etiam antiquæ vrbis ciuibus, quos perpetuis meritis proſecutus eſt, non minus libenter quàm familiariter uſus eſt: quamq; acceperat uoluntatem omnibus mutuam fideliter reddidit: ut comi natura & morum ſuauitate accenderet hominum ſtudia: operam ſuam petenti nuſquàm negauit, & cognito erubeſcentis amici deſiderio ultrò ipſe ſtudium ſuum plerunq; obtulit: & prõptiori animo præſtitit: Id erat eius peculiare pro facultatibus donare, & pro dignitate cuiq; tribuere, &, ut erat altiſſimo animo, & gloriæ cupido, referre ubi poſſet benemerentibus gratiam: ut extaret eius officium in ſingulos non obſcurum: oratione utebatur in omnes honorifica, in neminem contumelioſa, ut nemo ab eo unquàm abierit probro aliquo reſperſus, &, quoniam non ignorabat famam eſſe non mediocre telum ad res gerendas, nunquàm neglexit bonorum iudicia nec quidem vulgarium, ne uel arrogans uideretur, quod ſuperbiæ eſt, uel diſſolutus, quod negligentiæ aſcribitur: his de cauſis tam uehementer ab omnibus deſiderabatur, ut traditum ſit nonnullos morte præuentos ea una de cauſa alacri animo deceſſiſſe, quòd Bernardum, cuius uitam tantopere concupiſſent, ſuperſtitem reliquiſſent: fortaſſe ſuſpitio eſt, me hæc commento confinxiſſe, ſed citentur, qui his interfuere: cùm adhuc in terris uiuant: à quibus nobis nonnulla fideliter tradita ſunt: tantùm certè breui ſpatio amoris fauoriſq; ſibi comparauit: ut quæ optauit & uoluit ex animi ſententia facilè obtinuerit adiuuante morum gratia: &, quæ plurimum impellit homines, arcana quædam uis, & amabilis uirtutis potentia, obſequente præterea fortuna eum perpetua indulgentia amplectente: quare, cùm palàm eſſet eum ab oppidanis, & ab his, qui rem literariam ſectarentur, mirum in modum amari, quanquàm id dubium erat, à quibus ardentius coleretur: certabatur utrinq; ei honores decernere, ut quem priuatim diligerent, publicè obſeruarent, quemq; ingenio & diligentia præſtantem cognoſcerent, dignitatibus etiam conſpicuum uiderent: uerùm ab honoribus, quos ultrò ciuitas detulit, pertinaciſſimè abſtinuit: ea, ad quæ celeberrimus gymnaſii conuentus deuocauerat, munera coactus recepit: Magiſtratum, quem Sindicatum appellant, triennio geſſit: quæ eſt dignitas rectori proxima, aduerſante etiam & tum infeſta factione Gallica: pro Germanica item natione procuratorium officium ſumpſit: præſedit nõnunq;

Ber. facilè ad amandum ingenio.

Ber. homo gratus & officioſus.

Ber. ab omnibus deſideratus.

Quibus honoribus fũctus ẽ Ber.

publicè in Rectoris uicem: quas dignitates tanta apud omnes gratia administrauit, ut eruditorum hominum multitudine frequens gymnasium ingredientem, qui easdem auditiones, eosdemq; doctores colebãt, sæpenumerò assurexerint, & acclamatum sit feliciter: inter tot tamen & tam secunda hominum studia in multa incidit pericula eorum temporum sæuitie: cùm sæpè in ciuitate motu ciuili ad arma cõcursum sit: ob

Bononia multis calamitatibus concussa.

inteſtinas ſimultates factione Benteuolorum concitatas: ſæuit eodem etiam tempore, & latè debacchata ẽ peſtis, graui annona labe ratũ, ędificia Terræ motu concuſſa, & hominum animi conterriti fuere: Dũ his malis Deorum ira uexaretur ciuitas, qualia nulla unquàm ætate uno impetu Bononienſes inuaſere: Iulius ſummus Pontifex Romanę libertatis uindex acerrimus ægrè ferens præſtantiſſimam bonis artibus ciuitatem malorum ciuium tyrannide opprimi ac diripi cõſcriptis copiis Bononiam mouet, atq; eò uim omnem peſtemq; belli conuertit: quã morbo populari exanguem, peſtilentia afflictam, motu Terræ pauefactam, tantoq; in tumultu exterritam, ut iam in exigua ſpe traheret animã, capit: Benteuolos, qui principatum ſibi uendicauerant, ab vrbe eiicit, proſcribitq;: &, quæ diù ſeruiuerat, ciuitatem Eccleſiæ obedientem ac liberam reliquit: quibus in rebus tam turbidis Bernardus, qui nõ ignorabat nullam meliorem eſſe in hominum genere naturam, q̃ eorum, qui ſe natos ad homines iuuandos conſeruandoſq; arbitrantur, cùm cuperet ægrè laborantibus opem ferre, ut qui munera gereret publica, parùm abfuit, quin uel domorum ruina obrueretur, uel morbi contactu corripe-

Iulius ſummus Pont.

Ber. in multis verſatus periculis.

retur, aut in factiones urbanas officii cauſa traheretur, ac plebeiorũ impetu temerè cẽderetur: id ſanè conſtat eum Bononiæ in maximis laboribus & periculis ſemper uixiſſe: cùm tamen adhuc in ea eſſet ciuitate, ut ſacerdotio digniſſimus, Canonicus Tridentinus nominatus eſt: et in collegium cooptatus Georgio Tridenti Epiſcopo fauente, & ad omnes dignitates eum, quem charum habuit promouente: poſt ſeptem autem annos & menſes ſex q̃ eò uenerat: cùm iam longè profeciſſet, & de legibus acerrimè diſputaret, Cæſareæ & Pontificiæ militiæ, in utroq; n. ſtipendia fecerat, inſignia magna uirtute adſecutus in patriam expectatus rediit: quo tempore idem Pontifex Tridentinus Maximilianũ Imperatoris locum tenens, eo enim nomine eos uocant, qui Principum uices gerunt, Veronenſem prouinciam regebat, qui cognito Bernardi aduẽtu, qui ſibi contigerat optatiſſimus, eum ſtatim ad ſe accerſiuit, & ſuis conſiliariis addidit: quo in loco integra fide rem geſſit egregiam: cùm autẽ uidiſſet ſapiens Epiſcopus Clesii operam Tridenti magis profuturam q̃ Veronæ, eò iuſſit reuerti: vbi unà cũ aliis locũtenentibus & conſiliarus vrbi Tridentinæ præfuit: Sub idem tempus à Leone Pont. Max. creatus eſt Protonotarius Apoſtolicus, & paulò pòſt Archidiaconus Tridentinus (ſic. n. loquunt ſacri ſcriptores) his uerò i locis triẽnio cõſumpto in pontẽ Aeni, quẽ vulgus Inſpruchã nominat, ab Imperatore Maximi-

Ber. in patriã reuertitur.

Ber. Canonicus Trid.

Ber. Protonotarius apoſtolicus. Archidiaconus Trid.

liano

liano uocatus eorum numero additur, qui Regiis negociis præpoſiti prouincias regunt: ſenatoriamq; dignitatem & publicam adminiſtrationem cum aliis pariter capit: ubi decem & octo menſibus ſumma cum laude uixit, & præclaris operibus declarauit ſe eorum rerum non imperitum eſſe, quæ ad regendos populos requiruntur: interim autem, cùm nunciatum eſſet Georgium Epiſcopum diem ultimum obiiſſe, Tridentum illicò reuertitur: ubi cùm de ſucceſſore ageret, & ipſe in campum candidatus proceſſiſſet, totius collegii ſuffragio, & omnium hominum conſenſu Epiſcopus ritè creatur, populo feliciter acclamante: anno à partu Virginis M. D. xiiii. pridie idus Iunias: quod Cæſari gratiſſimum contigit: qui ea de re incredibili affectus lætitia, iuſſit illi Tridentinæ Arcis poſſeſſionem dari: quod quamprimùm confectum eſt: Interim Antonius Quetta doctor & Principi à ſecretis proximus, qui ei negocio exequendo præfectus fuerat, Romæ confirmationem diligenter curat, Angelo Cæſio, qui mox filium habuit Cardinalẽ procuratore, rem ſingulari ſtudio gerente: Adriano uerò Cardinale S. Griſogoni electionis proceſſum ad Pontificem referente: vnde quamuis Iacobus Baniſſius dalmata tum Decanus Tridentinus acerrimè aduerſaretur, & reclamaret eam electionem non ritè factam: ſe, ut æquum erat, in collegium de induſtria non uocato: Leo tamen decimus Pontifex Max. recognita ratum eſſe uoluit, quod ſtatuerant Patres Tridentini: ut mira celeritate omnia ex uoto ſint expedita: Quamobrem Cleſius pontificia auctoritate confirmatus ſceptrum capit, ciuitatemq; & omnem agrum Tridentinum regendum ſuſcipit, qui rerum potitus utile duxit operam dare, ut ſe & Eccleſiam ſuam pro dignitate Epiſcopali regeret, de qua locus admonet, quid breuiter attingere: antequàm per prouincias lõgius peregrinemur, & Cleſii expeditiones cõmemoremus. Legere eſt in Antiochia primùm Chriſtianos ex decreto fuiſſe appellatos: & Iacobum primum in Eccleſia Chriſti Epiſcopum inſtitutum: Epiſcopos autem poſtquàm Apoſtoli diuina militia functi in terris occubuere, in demortuorum locum ſubrogatos fuiſſe: eſt enim Epiſcopus quaſi ſpeculator in Eccleſia poſitus ad mores & uitam hominum cõſiderandam: cuius ea eſt dignitas, & auctoritas, ut eam Cardinale etiam legato in prouinciam adueniente non ammittat: haud ulli dubium eſt Epiſcopum Auguſtini teſtimonio Cardinali presbytero præferẽdum eſſe: ſicut ergo populus & pueri (ut tradunt ſacri annales) cum palmis obuiam Chriſto prodiere, tanquàm magno ſacerdoti & prophetæ Hieroſolymam ingredienti: ita & Epiſcopo, qui in terris Chriſtiana religione fungitur, cum ciuitatem ingreditur, ab omnibus obuiam eundum eſſe contendunt ſacrarum literarum obſeruatores: maxima certè Epiſcopo debetur reuerentia, qui poteſt etiam hoſtibus bellum indicere, & pro Eccleſia in certamen deſcendere: quantum autem tribuendum ſit Epiſcopo non ignorabimus, ſi Apoſtolum audire uoluerimus iubentem om-

Ber. ſenator in ponte Aeni.

Ber. eſt creatus.

Dignitas epiſcopalis

nes Principes Episcopis obsequẽtes esse debere: ab Episcopo enim Princeps potest iudicari: à Regibus autem Episcopi honorandi sunt, non iudicandi: non mirum igitur si omnes diuinarum rerum scriptores acclamant eos, qui Episcopo parere recusauerint, non modò ut infames ab Ecclesiæ limine repellendos, sed stygiis etiam dentibus dilaniandos esse: At si quis Ecclesiæ nostræ præcepta & Christianorũ auctoritatẽ nihil faciendam existimat: discat, quæso, doctus Alexandro Macedonum Regis exemplo dignitatem Episcopalem uereri: quo uno potest unusquisq; uel impius ad religionem colendam moueri: Cùm enim gloriosissimus Rex ad obsidẽdam Hierosolymam cum exercitu proficisceretur, territi oppidani, ut uidere uim tantam belli uiribus suis sustineri nõ posse: ad religionem conuersi, Iudam sacerdotem magnum Regi obuiã miserunt, quem cùm propius uenientem Pontificali habitu ornatum aspexisset tot regnorum dominator, tot copiarum Imperator, dicit' equo statim desiluisse, & flexis genibus Episcopum summa reuerentia accepisse: Deum ipsum non Pontificem adorare existimans: quo factum est, ut deposito animi furore magnus Imperator, sola Episcopali reuerentia fractus populo pepercerit: sed de hoc alias plura commemorabimus: Episcopatum ergo adsecutus Clesius ad ea potissimùm erat intentus, quæ consecrationis suæ interesse uidebantur: ea autem dum curat diligẽter, conuentus in ponte Aeni à Maximiliano Imperatore indicit': quò statim se contulit Tridentinus, ut id officii redderet Cæsari, quod maximè debebat, ubi autem omnia ex uoluntate confecisset, perspecto Cæsaris animo in se beneuolo, nec ipsum lateret quid sibi fas esset ex eo sperare, in patriam recessit.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Serenissi. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber septimus.

Cura sacrorum.

Rem igitur diuinam auspicaturus Clesius q̃primũ ad disciplinam sacrorum percipiẽdam se tulit, cœlestis enim cultus studiosissimus tantum obseruandæ religioni studium exhibuit, ut diu noctuq; sũma cura Ecclesiasticos scriptores euolueret, in quibus constabat beatissimæ doctrinæ præcepta contineri sanctorum hominum scientia diuinitus explicata, & multorum Pontificum auctoritate comprobata, ut inde sacra instituta summeret: disceretq; quo ritu aliquid uel precatione comendãdum esset, uel uoto exposcendum, uel gratulatione exoluendũ, uel nuntiatum expiandum: optimis præterea, & qui arcanis Dei cerimoniis

niis periti essent, Sacerdotibus se docendum tradidit: antequàm diuinis rebus Romano ordine operam dare inciperet, ne ignorantia uiolaretur sacrificium: quod solenni ritu erat peragendum, & æterni numinis in se ipsum irritati uoluntas abalienaretur, quod more Christiano mox conceptis uerbis publicè uenerari proposuerat: uerùm ratus diuina iura ita sancta generi hominum futura, si se ipse uenerabilem insignibus religionis fecisset: cùm cætero habitu, tum maximè corona ex albicante purpura bifida & acuminata, gemmisq; perlucentibus, & ueluti sideribus cælata se augustiorem ostendit: his uerò impensè instructus ferias indicit, quibus populus ex agris in templum conueniat die constituta, tum frequens turba sine discrimine nouarum rerum auida spectaculi fama, & noui Episcopi celebritate longè ex finitimis ciuitatibus excita in urbem confluit: iam enim diuulgatum erat Deum Clesio semper affuisse, nec defuturam illi uirtutem: eum ex animi sui magnitudine rem sacram diuiti apparatu facturum, ac feriatos dies & sua & parentum suorum dignitate Regijs opibus & Pontificalibus epulis concelebraturum: qui uerò & uidendi Episcopi, & spectandæ urbis studio, quam superbè instructam audierant, ex multis partibus ultrò cõuolarunt, inuitati omnes hospitaliter in domos diuisi sunt, benigneq; excepti: admirantur inter tot clara & superba opera optimam ciuitatem festinare, & partito labore ad publicum ornatum feruere, pridiè autem quàm sacra fierent, uesperi porta egressus, quæ Veronam ducit, inter egregios proceres conspicuus in suburbanum Sanctæ Crucis templum, quod totum est marmoreum; ex ueteri instituto se confert, quò omnes Ecclesiæ Tridentinæ Pheudatarii (ut legislatorum utar uerbo) de more conuenerunt, cum quibus egit diligenter Clesius ex maiorum lege: his autem sapienter confectis magna equitum multitudine circumseptus procedente Sacerdotum collegio, qui officii causa (ut mos est) progressi fuerant, & ipso Ecclesiastico ornatu & prælato Christianæ Crucis uexillo uenerandi, in urbem reuersus est: tanto apparatu, quanto unquàm alias nemo: per uicos edita sunt diuersi generis spectacula Georgio homine Germano & musico eorum temporum clarissimo auctore: At cùm in forum uentum est: ubi ligneum oppidum multa arte à ciuibus fuerat erectum turritis propugnaculis eminens, milites ad pugnam instructi, excomposito belli simulachrum cient, dato signo alacri animo accurrunt: oppidum sublato clamore repentè inuadunt: Aquilam admouent, se inuicem hortantur, muros cingunt, oppugnant, insiliũtq; nihil foris omittitur, quod à strenuis uiris desideretur: Cæterùm nec minus aut animi aut lacertorum ostendunt, qui rem intus curant oppidani: alii enim pro mœnibus ferociter pugnant: alii muros, portas, turres, summa ui tuẽtur, ascendentes repellunt, & papyraceis saxis ueluti follibus, magnisq; & inanibus pilis multo artificio compositis ex aggeribus deturbant:

Frequẽs hominũ numerus.

Ingẽs põpa.

Spectacula.

concauæ autem & uentosæ moles, cùm ui summa in capita per muros reptantium manibus coniectæ essent: resiliebant statim, altiusq; & sine vulnere in aerem repulsæ in populum decidebant magna spectantium uoluptate: alii porta egressi hostem ex tempore adoriũtur: captaq; uexilla cum clamore in arcem referunt: quo acrius dolore accensi, qui foris dimicabant milites, postquàm ad multum diei pugnatum est, facto rursus impetu oppidum magna uirtute aggrediuntur, capiuntq;: & potiti Castello recuperata Aquila ex alto clamoribus uictoriam testantur, & eiecto præsidio euertunt, comburuntq;: Iucundam & incruentam spectauit in itinere ambigui prælii imaginem Episcopus: & mirum in modum delectatus suorum ciuium uirtutem laudibus extulit: qui uti in aliis multis, ita in hoc quoq; se præclare gesserunt, & studium suum in Principem singulari animo declarauerunt. hinc lõgo Procerum ordine Vigilii Dei tutelaris templum ascendit: ubi simulac quæ religionis erant, & ad principatum firmandum spectabant attentioribus animis perfecta sunt, Episcopalem possessionem ex antiquis institutionibus capit, & in arcem regrediens per vrbem fertur sequente populo & feliciter acclamante: at ne sitirent, qui longè uenerant spectaturi sacrorum celebritatem, ex fonte ad communem usum in area, quæ est ante Castrum cura Principis pro tempore constructo præciosissimũ vinum affluenter emanabat: quò undiq; concurrebatur: ut æstuantes in tanta hominum frequentia animi suaui liquore dono liberalissimi Principis in publicum exilienti leuarentur: sed de aliis quoq; ornamentis & operibus ad celebrandum sacrorum diem erectis par est hoc loco aliquid dicere. Tridentini portam vrbis, quæ ædem Sanctæ Crucis mœnibus propinquam spectat, uirentibus sertis uariisq; picturæ argumẽtis & publicis insignibus exornauerant, duos item arcus publico ære in altitudinem trabibus excitatos, sed frondibus contectos ingenti artificio absoluerant: alterum inter angulares domos, quæ in uici lati exitu sunt: quà per forum rectà in templum itur, super quem statua, equestris colore ueritatem imitante, & multa arte expolita, thorace & parma munito pectore, dextra ferro armata ueluti minitans in Orientẽ uersa circũspectabat, ut suis spem, hosti cædem promitteret: erat autẽ Cæsari posita: qui paulò antè hostem in fugam uerterat: additis inscriptionibus rerũ gestarũ ordinẽ indicãtib⁹: alterũ iuxta turrim, quæ lapidea structura ĩ auras tẽdẽs Ep̃ali palatio iminet, Diuo Vigilio erectũ: q oppositò latere tabernę aromatariæ inhęrẽs cõiungebaṫ: in media aũt arcus curuatura longè irradiabat Vigilii mitrata effigies: cuius pedes Bernardi Ep̃i simulachrum supplici ore deosculabatur: hinc antiqua Clesiorũ monumẽta breuibus notis legebanṫ: pendebãt ex ueterũ more annosa ueluti ex quercu thoraces, galeæ, clypei, phaleræ, tela fracta, tuberatæ ocreæ, & id genus alia affixa, atq; inter ramos & frondes translucentia: hunc enim arcum sertis multo ingenio laboratis contexerant: nec modò

Vinum ex fonte emanans.

Arcus erecti.

modò rosariæ, sed ex frondibus etiam ac floribus mixtura uersicoloribus coronæ in ambitum currebant, odoreq; inuicem accendebant, ac prouocabant, tanta enim uaricate multiplices inter se nectebantur flores, ut nec pictura, quæ inuenit Naturæ opera imitari, & cum illa etiã arte concertare, sufficeret imagini colorum reddendæ: fuit etiam nõ despiciendus ornatus uicorum uelis tectorum: nam, ne ulla deesset gratia, & tantæ expectationi auctoritas, quà in templum erat uenturus, & inde à sacris in arcem rediturus Põtifex, domorum hostia diuersarum arborum ramis coronauerant: parietes uerò tapetibus & tyria purpura conuestierant, & sternendum etiam solum muricibus curauerant: ubi præterea umbram fecere: forum enim uiamq; omnem ab æde Diui Vigilii ad ciiuum usq; in arcem Episcopalem uelis intexerant: tectumq; in orbem arcuatum duxerant: ut concamerata inumbratio non Solẽ modò defenderet, sed etiam delectaret, quandoquidem uela unguentis madida, & colore cœli stellata sidereos supernæ fabricæ aspectus referebant: crepitabant insuper inaurata ex ære folia in tenues & sua natura plicabiles bracteolas secta, & filo aulęis annexa: quæ, cùm agitarentur uento, uidebantur gestire, & ciuitatem in tanto gaudio & diuitiis lasciuientem imitari: per fistulas uerò argento incrustatas: in quas impositæ erant tenues ad eructandam aquam papillæ, per uicos longo ordine, sed breui inter se spatio dispositas ex domorum mœnibus prominentes utroq; ex latere in transeuntes demanabant abundanter preciosissimi naturæ liquores, & recentes aquæ rosarum succo & spiranti croco adulteratæ, externisq; odoribus medicatæ, ut quas vnguentarii haud difficulter diuersis pinguedinis argumentis diggerunt, assiduè uti ex fontibus scaturiẽtes diffluebant, ut gauderet populus leni aspergine perfundi: erant qui certarent incredibili artificio & nouitate rei oblectati cadentem liquorẽ manibus excipere, oraq; & oculos confricare: satis certè constat tantã unguentorum uim eo die per tubos prosiluisse, ut strata etiam uiarum madefacta suauitatem redolerent, ui odorum auram, si quam terra exhalasset, infectam surripiente: spectabãtur præterea caueę per modica intervalla digestæ, ex argentatis uirgis uario ingenio cancellatim compactæ, in quibus erant diuersorum generum auiculæ circũseptæ melliflluo gutture concinentes: erant, quæ Boum mugitus, quæ Equorum hinnitus imitarentur: reddit humanas uoces Psitacus auis in uino præcipuè lasciua, quæ Clesium salutat: Picarumq; loquacitas auditur: Turdi sermones hominum imitantes transeuntes retinent, Luscinię docilis assiduè noua loquuntur: sed Coruis præcipua redditur gratia, qui didicerant Cæsarem nominatim salutare, nec deerant Cornices, quæ plura uerba longiori contextu exprimerent: at uanitatis esset uoces & suaues uolucrum modulatiões longioribus ꝓsequi: quæ ex peregrinis regionibus ad Principem adportatæ multisono cantu auram demulcebant, & spectatores sua garrulitate remorantes ab itinere reuocabant;

Ciuitas ornata.

Liquores odorati.

Auiũ concentus.

Aræ vicatim positæ.

frequentes item Aræ uicatim positæ erant cum Deorum simulachris: ad quas felicis Eoum terræ munera igne accensa conflagrabant populo sagacibus naribus suaues nebulas explorante, Costi radicem odore eximio, Nardi spicas ac folia, Assari florem purpureum Diis concremari uidisles: Amomum cum radice manipulatim compositum, &, quod uicinius est Costo, Cardamomum, Sabæorumq; Tura cãdore amplitudine ac fragilitate probata, Myrrhamq; ex Arabia conuectam: & cui nulla præfertur sudantibus sponte arboribus, priusquàm incidatur: quod quidem incredibile est, ardentibus aris accumulant: Cinnamum, quod summo studio ex Aethyopia aduehi curauerant, per uasta maria in nostrum orbem transmissum Deo læti comburunt: tales odores, talia sarmenta in ignem ponuntur, &, quibus fama est senescentem Phœnicẽ surculis nidum cõstruere & replere, odoribus Deo Optimo Maximo, & Diuo Vigilio per vrbem sacrificant, emittentibus flammis oĩbus ex partibus inenarrabilem quendam halitum, ac spirante aura ex beatis, quę cõflagrabant, Arabum siluis: his tanta cura & apparatu ĩstructis sexto idus Septembris, anno salutis nostræ M. D. xiiii. quo die Virginis deiparę natalis à nobis solenniter colitur: prodiit sole iam exorto ex summa arce Bernardus Clesius Pontifex Tridentinus Christianæ religionis sacris tũ primùm initiatus, & ritè instructus apparitoribus secures de more præferentibus, & quanta potuit pompa inter magnos Principes, quos nostra ætas Comites appellat, Procereſq;, quos uocant Barones, &, qui eũ consecrauerant, Episcopos, medius equo superbè instrato residẽs progreditur per picta aulæa & sonoras bracteas, arasq; odorem exhalantes, populo quacunq; iret recentibus arborum ramis solum spargente: cui & ciues obuiàm exeuntes tura offerebant coronati, alii faces cæreas ferebant, alii flores in eum iaciebant, & gradientem comitabantur: ille uerò hominum atq; auium uoce consalutatus, plausuq; exceptus, ubi ad templum uenit, primo in limine seipsum & circũfusos Proceres recenti aquâ irrorauit: inde ad Aram Maximam immolaturus conscendit: fremunt omnes (ut fit) ipso ingressu constrepente turba: certatim enim irrumpentes ui impelluntur, & in foribus constipati colliduntur, tanto enim concursu in ædem ruebatur, ut ne quidem aris honos suus redderetur, & sacra etiam Deorum penetralia replerentur mortalium frequentia: reboant tecta marmoreo opere in testudinem arcuatim ducta: multiplici clamore repercussa: Accenduntur interea faces, & benè olentis cæræ lumina, ardent ante aras pensiles ac uiuaces pingui oliuo lampades, lucent candelabra summis lacunaribus appensa, conflagrat lucerna: quæ illustrandis delubris accommodata uirgultis æneis fabrefacta, et ab imo lata paulatim concrescens orbiculari forma fastigiatim in acumen desinit: pluribus angulis in aciem dispositis circumsepta: in quibus contorti funiculi oleæ succo illiti, & semper bibuli ignem enutriunt: densamq; & pinguem

Epũs in tẽplum progreditur.

Dines sacrorũ apparatus.

nebulam

nebulam sub cœlum euomunt: quæ uerò duplici uindemia colliguntur tura incisa prægnantis arboris cortice & laxata plaga prosilientia, ad nos autem & Deos nostros aduecta in aras profunduntur, quæ ignibus liquefacta replent cuncta suaui fumo: odoriferi insuper frutices accensi concremantur, tanta copia, ut uiderentur coniecta in ignes ditia orientis nemora crepitantibus flammis adoleri, & odoribus cœlum demulcentes alium orbem nobis reddere: Vbi uerò conquieuere omnes aram intuentes, sacrificiisq; intenti ore & animis fauere: tum cœpit Pontifex ex alto profatus Deum pro Christianis precari, & quæ suaui flamma corda hominum exurit calentem cœli auram inuocare: Deum item optimũ Max. rogare, ut impios religionis nostræ rebelles deleat: suos conseruet, & ab iniuriis tueatur: inde Christum hominum seruatorem adorat, eiusq; auxilium implorat, ne patiatur, quem suo sanguine uoluit redimere, populum rursus in tenebras recidere: alia addit complura, quæ non nostrum est prodere, ad hæc candidatus chorus respondet, suauiq; & multiplici uoce templum insonat: dum uerò pcibus & igne puro altaria adolentur: qui ex imparibus organorum tubis exeunt, concentus populũ deliniũt: postquàm autem concepta uerba protulit, sacramq; & immaculatam Deo hostiam obtulit, sacris de more celebratis, & Diis ipsis ritè expiatis: Episcopus populum ex Templo dimittit: seq; in arcem recipiens uehitur albo equo purpuratus, & per frequẽtes diuersorumq; generũ homines incedit sub arcuatis operibus: &, quæ Solem arcebant, pictis linteis latè extentis, per aulęa uiridantia, per multiplices florum odores, p Eoos frutices, & uarios auium concentus, arasq; & diuersa numinum simulachra, per doctas recitationes, & antiquos Clesiorum titulos: undiq; Appelleæ tabulæ, undiq; Phidiaca opera oculis occurrunt, Rosaceæ & id genus aliæ suauiter spirantes aquæ, tum ad id unum excogitatæ passim in ora desiliunt, & transeuntes grata aspersione irrorant: per uersatiles item scenas repentè immutatas, uariasq; rerum facies exhibentes, & diuersa spectacula, ut erat Georgius Germanus ad huiusce generis ludicra homo acutus: & per eos deniq; omnes, quos non abundè satis scripsimus, apparatus progreditur: tubisq; ac lituis & aliis harmoniæ instrumentis animorum alacritatem excitantibus, inter Principes Castrum honoratus conscendit: ubi Pontificali conuiuio superbè instructo Proceres Matronasq; ac ciues Tridentinos ad epulas uocatos suscipit: uerùm, ut illud quod amplum quidem manè exhibuit, ueluti pluribus cognitum, taceamus: æquum sit de cæna tantum pauca memorare ab eo publicè celebrata: quo die ipse Christi Sacerdos inauguratus primam hostiam ad aras ritè consecrauit: Positæ sunt mensæ sub diuo in uiridario arci subiecto loco spatioso & amplo depressis ac cõstratis pro tempore sub terram uitibus: aulæa autem concinnè extenta, & ueluti stellis distincta, ut orbis formã pberẽt, nocturnũ aerẽ, à cõuictoribus phibebãt: ædes uerò tricliniis cõiũctæ magnifico apparatu fuerãt

Suauissimi odores.

Celebratur sacra.

Cœna lautè instructa.

exornatæ,parietes uelis pictis ueſtiti,calcabantur accumbentiũ pedibus tapetes Tyrio murice expleti:humus Croco ubiq; ſparſa, funalia cærea undiq; accenſa tenebras expellebant, & radiis tanq̃ ſolaribus cuncta loca longè illuſtrabant,ut nec diei quidem lux deſideraret, tria pulcherrimis menſis triclinia extructa ſũt:primo magni Proceres cũ Põtifice Epiſcopali purpura inſigni accubuerunt:altero nobiliſſimæ fœminę & genere & pudicitia claræ longinquis ex partibus petitæ : quæ erant Principi affinitatis gradu coniunctæ:cum quibus uiri nobiles conſedere,uel fratres,uel mariti,uel aliquo ſanguine coniuncti:tertio Tridentini ciues egregii cum uxoribus ſuis diſcubuere: huc domeſticæ aues ac peregrinæ longo agmine deportantur:nemorum feræ aſſatæ apponuntur integræ:conuiuium deniq; profuſiſſimũ celebrat:tot edulium genera cõcinnata ſunt:tanta rerũ omnium affluentia facta fuit cœna, ne laboremus ſingula ſubiicere,ut niſi cognitus fuiſſet ſpectatæ uitæ Pontifex, luxuriæ accuſaret:licet abeſſent à ſacro conuiuio cocleæ ac lepores ſaginati,nec appoſitus ſit porcus Troianus,quæ exigunt laſciuiæ gulæ intemperãtia, & tamen obiectum fuit maiorẽ illi deliciarũ curã fuiſſe q̃ cõueniret noſtris ſæculis:ut conuiuæ tñ intelligerent ſe ad temperatã licet diuitẽ mẽſam,non ad foueam luxus uocatos:non minor erat uirtutũ ubertas,quæ in uiris elucebat,q̃ opum copia:delicata cibaria, & epularum abundantia frugales conuiuas alliciebat, at monebat,quæ flecti neſcit,temperãtia non deuorandas patinas,ſed quantum deſideraret ſtomachus ſumẽdum eſſe,ut in menſa luxuriante pareret cõtinentiæ,quæ in multis inexplebilis eſt,gulæ uoluptas:uidebatur ſanè id conuiuium fuiſſe à ſapientiſſimo Principe inſtitutum,ut probarent hominum mores, non perderentur,cùm non maior ſit,quæ ex domito hoſte refert gloria, q̃ quæ ex opulenta menſa caſtigato uentre paratur uictoria:cùm tamen legiſſent fomitem eſſe,& incitabulũ ingenii,uirtutiſq̃; ſi mens & corpus hominis uino flagraret:potui ex decreto Platonico temperanter indulgẽt,ut reficerent integrarenturq̃; animi:congrediuntur ergo,& cum uini uiolentia tanq̃ in acie cõminus decertant,ut non ſuffocetur mentis indoles, ſed ut refoto animo,ſi quid in eo frigidæ triſtitiæ reſederit,diluatur:ita igitur abſtinent,ac parcè edunt,bibunt q̃;,ut cenſeres ſtare hinc ſuperbã & cõtumacem continentiam,illinc amœnam & comẽ apperentiã, &, ne omninò muta eſſent cõuiuia,cùm nõ minus,q̃ liquoris dulcedo, menſas exhilaret narrandi opportunitas,& loco ſermones apti,loquendi ſummunt uices,ſed nullum fit uerbũ niſi de egregiis maximiſq̃; operibus, nulla ibi importuna & amara dicacitate tacentes laceſſebãtur,ſed comiter interrogando ad ſermonẽ inuitabãtur:quiſquis erat ꝓuocatus gaudebat doctrinam ſuam in medium proferre : ut id haberet quendam gloriæ ſaporem : alii recitabant ſe alias ab Imperatore Maximiliano comiter ſuſceptos fuiſſe, alii per medios armatos euaſiſſe, alii aliquam ſuorum amicorum felicitatem commemorabant, multi de ſiluarum ambitu, de canum

Triclinia.

Temperatũ cõuiuiũ.

Conuictores temperati.

Varij in cœna ſermones.

canum curſu,de uenationis euentu cupidius exponebãt,aſſerentes illud eſſe uoluptatis Regiæ inuentum: erãt qui rem literariã laudibus bellicis anteferrent:alii qui contenderent ſolam Chriſtianã religionẽ diuina cultura dignã eſſe:Epiſcopum autẽ eſſe in Eccleſia tanq̃ publicum morum cenſorem,ut conſtet, qui Epiſcopatum deſiderat,eum bonum opus deſiderare:ſed non oportere qui ſacris præeſt,ſi ſapiẽs ſit,auri cupidũ eſſe: nam uirtus & pecunia contraria ſunt: qui autem ciuitates adminiſtrare conſueuerant,de regendis ciuitatibus loquebantur,pulchrum eſſe leges condere,& quia pulchrum difficile,nam peius eſt in cõſtituẽdis legibus errare,q̃ hominem interficere,&, cùm multa ſint rerũp.genera, eam eſſe beatiſſimã,in qua uir ſapiens imperat,nullã.n. fore ciuitati requiem, niſi ſapientiæ ſtudioſi adminiſtrationẽ ſuſceperint,mendacem uerò tanquàm mancum & mutilatum à Rep.excludendum, cùm nihil natura familiarius ſapientiæ reperiatur,q̃ ueritas,nec minus Phyloſophos,qui ſecretas rerum cauſas rimantur,ciuitatibus inutiles eſſe:quandoquidem manifeſtum eſt curioſum naturaliũ ſtudium à diuinis animã auertere, propterea Salomonem phyloſophiam peſſimam occupationẽ iudicaſſe : &,qui in ea nimium occupantur,miſeros,quos & Socratem in Phedone aiunt deteſtatum fuiſſe,contrà uerò temperantiam tanq̃ concordiam,quæ per totam ciuitatem diffundit,neceſſariam eſſe:Dum aũt hæc narrarent, uiderentq̃; omnes conuiuas huiuſcemodi ſermonibus delectari,ultrà progreſſi ſtatim ſubiungebant,in ciuitate rectè ordinata, præter reliquas alias,legem illam eſſe ſaluberrimã:ſeniores iuuenibus præeſſe,& eos coripere:iuniores uerò coram ſenibus tacere,& illis aſſurgere debere,uiros item bonos,quò magis excellunt,eò magis honeſtãdos eſſe, eamq̃; opinionẽ ab oĩbus iã receptã,qui in acie ſtrenuè pugnãdo uita deceſſerint, dęmones effici ; ſanctos terreſtres, optimos malorũ expulſores, cuſtodeſq̃; mortaliũ:illiberale uerò eſſe cadauer expoliare, atq; hoſtem mortui corpus putare,cùm aduerſarius iam abierit,eo quo pugnabat relicto, non laudari tamen remp. Platonis in eo, q̃ uoluit omnia, uxores quoq; cõmunes eſſe,atq; illud affirmabãt oraculum eſſe,quo pacto, quibus inſignibus deceat beatos ac diuinos uiros præcipuè decorare,facta autem de diuinitate mentione, rapiebantur paulatim ſublimius ingenia: vnde Platonem aggreſſi,quæ de mundo ille ſenſerit magna conuictorum attentione memorabant:mundum,ſiue cœlum,ſiue quo alio uocabulo gaudet,genitum,& ſempiternum eſſe,corpuſq̃; eſſe ſphericũ,quod ſenſu moueatur,pulcherrimum optimumq̃; naturæ opus,cui intellectum, mẽtem, animam,dederit Plato,ut dixerit mundum eſſe animal intelligens, aſtra diuina animalia,opificẽ uerò & tãtæ fabricæ patrẽ inuenire difficile eſſe: tẽpus itẽ unà cũ cœlo factũ,ſolẽ aũt & lunã & alias qnq; erraticas ſtellas creatas,ut tẽporis numerus diſtingueret, quæ cùm diuerſis orbibus uoluant,lunã in primo ſupra terrã circuitu poſuit,in ſecũdo ſolẽ,& cũ abſq; generatione mortalium,mundum imperfectum eſſe iudicaret,hominem

procreasse,quod animal in terris principatum teneret,iustitiāq; & Deos ultrò coleret,ita tñ ut totum corpus quasi uehiculū animæ subditū esset, cùm autē Platonis diuinitatem admirarētur,dicerentq; penetrasse eo altius neminē,unus ex conuictoribus Arithmeticæ studiosus, illud mihi, inquit,uidetur maximè difficile,quod de numeris ab eo traditū est, cùm M. Tullius uolēs rem aliquā obscurissimā ostendere,dicat illud numero Platonis obscurius esse:quarum rerum narratio nō uerbosa & molesta, sed elegās moderataq;,& iucunda uix implebat loquentium desideriū, dicentē uerò excipiebat omnium fauor,ut oēs animārētur aperire quod scirent,dum singulorū pruritus expleret:Cæterū aberant ab hilari mensa fraude tecti & latentes morsus,sed ea tantū,quæ plus urbanitatis minusq; amaritudinis haberent,in medium mittebant, ut animum more edentatæ belluæ leuius morderent,ita,quæ conuiuiū salibus aspergant, maximè fabulātur,dum uerò cōuiuæ honestos potius de uirtutibus sermones,q̄ uentrem curant,Iuuenes summo loco nati festini discurrūt, dapesq; ac pocula coronati ac succincti longo ordine subministrāt sine ullo quidē strepitu singuli ad nutū parati:ubi uerò propè exempta esset fames, pueri undiq; cantibus personant,alii per arbores dispositi, ac ueluti ramis inserti ex alto dulcè concinunt,uoce ex densis frondibus per silentium exilientes:alii ad citharā senarios fundunt, tympanū alibi tibiarum modulos per se enerues obmurmurans rauco sono sustentat, & nimium lasciuientes cōtemperat:post hos præterea cōplures se ostentant Musici, quos hoc loco longum esset cōmemorare,qui uicissim sonos edunt, unde aura mille cantibus resona ad conuictores per secreta noctis suaues cōcentus perferebat,ut non minus esset aurium q̄ gustus uoluptas: Postq̄ uerò conuiuium sub seram noctē productū est, ignes cæreo odore pingues,& reposita undiq; ardent funalia, tum exiliunt certatim Poetæ, alii Heroico,alii Lyrico,alii alio poematū genere clari,quæ oīa erant perpolita & emūcta,tantoq; consessu non indigna,qui Principis laudes cōplexi ferebant ad cœlum Clesiadum gesta:inde nō obscuri Oratores repentè ex ordine prodeunt,qui,quāti esset facienda Episcopalis dignitas, magnorum uirorum testimonio cōprobarunt,q̄ nitida,q̄ sanctè instituta esset Christiana religio,reliquis oībus doctorū uirorū cōfessione præferenda,luculentis orationibus ostenderunt,ut præclaris exēplis, & egregiis sanctorum hominum operibus cunctos ad sacra & mysteria religionis nostræ salubria uehemēti & efficaci uoce suadēdo impelleret,&,licet soleat potus loquaces alibi conuiuas efficere,silent tamen ipsi,qui accūbunt inter pocula,dum audiunt de religione & uirtutibus sermones, ut philosophiam matrēfamilias uerecundam,& eius alumnas censura sua putares mensis interesse,sobrietatiq; triclinio rum fores patuisse, & sapiē tissimum Principē phylosophica conuiuarum ingenia prius æstimasse: quanta uerò lætitia comprobatum fuerit felix conuiuium, operæpreciū est subiici:Erat medio ī loco scaturiētis aquæ fons, unde p tubos æneos perēnis

Cantus.

Diuersæ recitationes.

perēnis unda defluebat,& herbas æstu laborantes irrigabat:iusserat Pōtifex riuorum exitum,per quos fluctus deducebantur,obstrui, & aliò, dū conuiuarentur,cursum deriuari,erat autem cōuiuiū fontis effluuio oppositum:ubi uerò ad poma uentum est,clàm euulsis ex nōnullorū consilio obicibus,quod tamen uolebant latere Episcopū,facta est subita undarum emissio,quæ extemplò in triclinia præcipites erumpunt, insilientesq; per gramen sub mensis ludunt,& ueluti insidientur fœminarū pedes inuadunt,madefaciuntq;:illæ,cùm ignorarent loci naturam,repentino terrore consternatæ prosiliunt reiecta mensa, uestes subtrahunt, per aquam herbis latentem discurrunt,opem implorant, muliebri tumultu replentur omnia,tanta incessit cunctas fœminas trepidatio,ut esset, quæ in tanto metu existimarent Athesim nocte auctū yrbem oēm inundasse, at proceres,qui participes erant consilii,cùm ex sublimi triclinio tumultuantes mulieres & per fluctus saltitantes cernerent, risu soluebantur, quod cùm fœminæ animaduertissent,senserunt id de industria factum,& ad exhilaranda conuiuia illud ueluti theatri munus excogitatum, quam ob rem & ipsæ æquo animo ferunt,iocoq; excipiunt quicquid contigerit,relictis itaq; in fuga soleis ad Pontificem concurrunt succinctis & irrorantibus uestibus,ridentesq; cōqueruntur non habitam fuisse muliebris reuerentiæ rationem:liberalem Principem merum promisisse,aquā dedisse:repetunt quæ in ea trepidatione perdiderant uirorum dolo:fore tñ ut homines etiā quandoq; ridendi materiā mulieribus præbeant: his epulis apparatibusq;,quorū tñ multa de industria omisimus,celebratum fuit Clesianum conuiuium,cui nec comis hilaritas defuit,nec Catoniana seueritas,amotis uerò mensis deficientes lucernas reparant, ac concinnant:ut præstent siderum uicem densæ & yndiq; lucentes flammæ: hinc modò ad lenes tibiarum sonos,modò ad alia suauioris harmoniæ instrumenta vicissim more patriæ choreas exercent,& tripudiis noctē producunt in lætitiam effusi:ubi autem quieuerunt cantus ac saltus,circūsedere omnes,tum exeunt moriones fatuitate sua spectatores in risum prouocantes,certant deinceps mimi ex diuersis partibus longè accersiti, quorū alii rusticorum linguā,ac ridiculos mores referunt,iocosasq; contentiones fingunt,alii modò per terram uoluuntur personati,seq; per uices ueteribus calceis crassiori ex pelle cōcinnatis cædunt,modò fugam simulantes se alterno cursu insequuntur,aguntq; per atrium, & in tergo corios conterunt bubulos,ac sonantibus plagis risus mouent: sunt qui agiles saltu se in auras emittunt,& glomeratis cruribus in orbē circūaguntur:nimium esset scribere quanta animorum alacritate,q̄ felicibus auspiciis ea dies sit celebrata,quāuis per multos etiam dies Ep̄us publica frequentauerit cōuiuia,& ædes populo patefecerit,ut quottidiè noua histrionicę artis facies in scænā ueniret,ludicraq; ac multa diuersorū generum iocularia ederent,spectatores ad hilaritatem reuocantia, oblatis autem Deo īmortali primitiis,& ueluti nouis frugibus libatis, con-

Lætū conuiuium.

Varia spectacula.

uiuiſq; multos dies comiter & alacriter domi celebratis,ut quæ reliqua ſunt ordine proſequamur : diù peregrinari oportet : ſed de ambitio-ſa Epiſcopi Brixinenſis cum Tridentino controuerſia pauca prius explicanda ſunt. Tridentinus, licet citra omnem arrogantiæ ſuſpitionem uiueret, non paruam tamen inuidiam (ut fit) ób ſingulares ſuas uirtutes ſibi conflauit, ea de cauſa Epiſcopus Brixinenſis, qui ſe illo non inferiorem cenſeri uolebat, ut erat uir ſublimi animo & genere clarus, æmulatione quadam accenſus in diſceptationem prorupit : & Tridentinum inſolentiæ arguens, quòd præponi uellet, abſentem criminabatur : uerùm,ne inuidia ad id compulſus uideretur, probabilem cãm excogitauit,dolere ac conqueri aiebat ſuos Brixinẽſes Tridentinũ Epiſcopum ſuo iniuria præponi:unũquenq; in Epiſcopatu ſuo præſulem externo anteponendũ eſſe,non licere ſe Tridentino Brixinam uenienti nec uſq; alibi concedere:reclamari ab oíbus de gradu quærendum ac cognoſcendũ eſſe:uter utri præferendus ſit,ſe profectò damnare inſaniam popularem,& ciuilem auram odio proſequi : nõ inutile tñ fore uulgi querelas audire, ut quieſcant animi,qui,ut ſunt leues,ad irã facilè promouentur:ubi aũt comperit Tridẽtinus ſucceſſus ſuos iniquo animo ab eo ferri,in quo nõ minùs auxilii q̃ in ſuis ſibi conſtitutũ fuerat, & contra maiorũ morem & urbis Tridẽtinæ auctoritatem de loco contẽdi oportere,elati hominis ingeniũ cõmiſeratus miſit,qui eum rogarẽt, ut ab ea mente deſiſteret:dicerentq; palàm eſſe Epiſcopatum Brixinenſem antiquiſſimis ducibus & Epiſcopis Tridentinis rerũ geſtarum memoria ornatiſſimis bonorũ omnium teſtimonio nulla in re conferendum eſſe:in omnibus conuentibus tam prouincialibus,q̃ Imperialibus ubiuis loci in Germania ex lege indictis Tridentinũ ex uetuſtiſſimo more Brixinenſi ſemper prælatum fuiſſe:eò enim conueniunt Principes:ut de ciuitatum ac prouinciarum adminiſtrationibus, non de Eccleſiis & rebus diuinis diſceptetur:egit ipſe præterea cum amicis communibus, quorum ſtudiũ in ſe multis in rebus perſpexerat,ut eum à conſilio tam præcipiti deterrerent:quibus ille fertur reſpondiſſe ſibi non integrum eſſe cauſæ cædere,q̃ de publica poteſtate ageret,quæ totius ciuitatis & reip. Brixinẽſis interat:tum Tridentinus declarauit per literas animum ſuum & humanitatis & pietatis plenum, nihil eſſe oſtendens, quod ille ſecum de iniuriis poſtularet, nihil à ſe noui excogitatum, nihil factum : quod omnes à Vigilio Epiſcopi Tridentini ex uetere conſuetudine non fecerint : mirari pro ſingulari ſua in eum beneuolentia, ſe ab illo acerbiſſimè oppugnari : ſtabili tamen animo ſe in eum eſſe : et in ſua erga eum uoluntate permanere:atq; eo ipſo tempore, quo ſibi penè euerſionem minitetur, illi hæc reſcribere:conſueuiſſe enim ſe non ex contentione, ſed ex odii diſſolutione laudem quærere : cognoſcat itaq; humanitatem ſuam, & in noua recentiq; iniuria animi ſui remiſſionem, deſinatq; ſuorum ciuium ſtudio commotus ſibi incommodũ parare,atq; aliis excidium

Controuerſia Brixienſ. Epi cum Trid.

Sapiens epſ. Trid.

Trid. literæ ad Brixinenſem.

dium meditari,& illum indignum eſſe,qui faciat,& ſe indignũ cui fiat cõtumelia,ſe tamen illi omnibus in rebus cõmodaturũ : quoad fides dignitaſq; ſua patietur:at ubi omnẽ indignitatem moleſtiamq; pertulerit, à ſe tandem iniuriam amouere neceſſe fore:non audiendam eſſe imperitam multitudinem & improuidam concitatæ plebis temeritatem, quæ ſolet aduerſus ſuos Principes audacter tendere,& eos petulãtius uexare, atq; in periculum trahere,dum uelint beneuoli ac fideles uideri, ſed illum ciuitati ſuæ malè conſultum fuiſſe,intellecturum,qui uoluerit togatæ ſeditioni & armato odio aditum reſerare:uehementes eſſe animorum impulſus,nec facilè cohiberi impetum,cùm ſemel inconſulta licentia ad arma homines impulerit, opinionem eſſe Brixinenſes immoderata gloria flagrare:at contrà Tridentinos nõ quieturos,ſi ſenſerint quidpiam de dignitate ſua detractum,tametſi iudicant ciuitatis ſuæ uirtutem, & maiorum ſuorum gloriam nec augeri laudibus, nec minui poſſe detractionibus : cauendum itaq; ne duarum ciuitatum ſtrage nobilitentur Alpinæ fauces uulgi opinione,& ſuæ poteſtatis augẽdæ,& alienæ dignitatis minuendæ fortaſſe nimium cupidi:at homines ſecundis rebus frenatos, ſibiq; perfidentes tanq̃ in gyrum rationis & doctrinæ Principum ſapiẽtia duci oportere:ne & ipſi unà cum populo accuſent:q; ſi lege ambitus dãnantur, qui in rep. honores quærunt, & magiſtratus ímoderatè appetunt,quò magis deteſtandam ambitionem ab Epiſcopis abeſſe oportet, qui res diuinas curant,ne,quod uotis,& animo perturbationibus uacuo placandum eſt,irritatum à ſe numen amoueant iniuria:quam ob rem ſatius eſſe,dum licet,prauam uoluptatem corrigi,& inſanum plebis cõſilium repelli,q̃ in certamen affectatæ gloriæ impulſu progredi, à quibus uti ab Eccleſia omninò deteſtandis ſibi perſuaſum eſt illum tanq̃ innocẽtem Epum abhorrere:compertum tñ eſſe ſapientes etiam Principes ui ac fauore multitudinis in præceps ruentis inuitos plerunq; in diſcrimen tractos:quãtum fert eius animus ab eo benignè petit Cleſius,rogatq;: ut Tridentinos potius,& eorum Epiſcopum beneuolum conſeruet, q̃ pertinatius oppugnet,q; ſi meminiſſe uoluerit Epum in Eccleſia conſtitutũ uti publicũ morum cenſorẽ,ſperat illũ intemperatã animi affectionem abiecturũ:ſi item in mentẽ uenerit Tridentinũ illi ſemper amicum fuiſſe, &,ut id intelligeret,non negligenter laboraſſe,pro certo habere illũ iucundiſſimæ neceſſitudinis recordatione,& mutuis officiis delinitũ amori nõnihil conceſſurũ:ſi deniq; ſecũ uerſet in quantũ periculũ res uentura ſit, quibus odiis,quibus facibus cõflagratura ſint hominũ pectora,niſi opportunè occurratur,haud dubitare Epiſcopum Brixinẽſem, quæ publicæ concordiæ ſint libenter facturum,& animum omninò depoſiturũ: quam ob rem ſi propoſuerit bonos audire,ſibiq; & aliis,quod in ipſo eſt, cauere:confirmat Tridentinos omnibus in rebus fore in illius poteſtate,ſeq; priſtinam ſuam erga eum uoluntatem conſtanti animo conſeruaturum : uerùm ubi Tridentinus perſpexit, & literas ſuas & commu-

nes amicos parum apud Brixinẽſem profeciſſe,qui ſibi plura q̃ par eſſet aſcribere uidebatur:tum æquum eſſe exiſtimauit, eũ grauius deterrere: potuiſſet profectò aduerſarium uiribus deiicere,cuius inuidiæ & dolori pluſq̃ ſuæ laudi tribuiſſet,cognitis præſertim cõtumeliis,quibus ille crebris concionibus ipſum quottidiè onerabat: cæterum ui & impreſſione non opus eſſe cenſuit,nec licere hoſtilem eius conatum quamuis ad p̃ditionem ſuam paratum armis uiriliter reſiſtendo depellere, ſed ſapientiæ uiribus,&,quod à ratione proficiſcitur,conſilio rem dirimẽdam eſſe: neceſſe igitur habuit ad firmiſſimum præſidium & oratoriũ enſem eloquentiam confugere,quo propugnare poſſit pariter & inceſſere, & ueluti tectus clypeo ſe tueri,ut,quem pacis amatorẽ audire noluerit, homo implacabili animo iam toties irritatum tot iniuriis ĩ diſceptationem retractum,& iure repugnantem experiatur:Verba itaq; p̃ tribunali facturus,& lucubrationum ſuarum tela ſtricturus aduerſum Brixinenſis conciones,tanto animo tantoq̃; apparatu uir ſingulari ingenio Tridentinus ad ea refellenda,quæ ſibi obiecta fuerãt,aggreſſus eſt,ut facilè appareret nihil eſſe,quod mentis ſuæ uigorem labefactaret, ac ſi Carneadis exemplo ſtomachum purgaſſet, dicta enim die proſiluit, grauiq̃; ac iuſta ira accenſus,quæ dicentis facundiam exacuit, in tam celebri Principum conſeſſu pro concione eloquentię ſuæ gladium eduxit,& uibrãtia latè ſpicula horrenda uoce contorſit,ut intra p̃cordia audientium penetrarent:Quo ardore exiſtimas eum cum aduerſario de ſtatu Tridẽtinæ ciuitatis & dignitate ſua illa die diſputaſſe? tanto certè animi calore & apud Cæſarem & in frequenti Senatu,quò res delata erat, cauſam ſuam dixit,ut Brixinenſis tandem ſentiret, ſe cum uiro forti conſtantiq̃; & acerrimo hoſte prælium iniſſe,tum etiam maximè conſtitit Tridentinum non metu aut ignauia ſerò in paleſtram oratoriam deſcendiſſe,ſed rem ſuam tuendam ſemper diſtuliſſe,quia omnia ſibi prius tentãda propoſuerat,quàm rapi temerè in togatam diſcordiam: Cæſarei Principes, etſi anteà cognouiſſent Tridentinum ſummum omnibus in rebus uirũ, tunc tamen loquentem in primis admirati ſunt,ut uiderẽtur cernere aut Periclem fulgurantem,aut Demoſthenis belluam diuino ore intonantem:attonitus Brixinenſis propugnante Tridentino,cùm peroratis fulmina ac faces ferre non poſſet,honeſtum ſui expurgandi locum deſiderabat,ut ſera conſilii ſui adductus uideretur pœnitentia, Cæſar uerò, cui nullo alio tempore tam planè ſibi perſpecta fuerat Cleſiana uirtus, dicentis uehementia concitataq̃; oratione mirum in modum delectatus, eum complexus publicè commendauit, tulitq̃; ad ſidera lacertoſum oratorem ad dicendum uelociſſimum,& dictionis fortitudine comprobatum: in quo ſanè multum nerui, plurimum ſuauitatis ineſſe uideretur, cuius nec turbata mens uim dicendi corruperit, quod unum maxima laude dignum cenſuit, ut poſſet rudes etiam animos ſuadendo permouere: Quamobrem eum ampliſſimo quoq; loco dignum ad Imperatoria

Clesij eloquentia.

Trid. uehementia.

Cleſius à Cæſare laudatus.

peratoria munera & ſupremos honores promouere conſtituit: tum quia ciuitas Tridentina uetuſta eſſet,& multis egregiis operibus clara: tum quia de conſilio & uirtute Clesii periculum ſæpenumerò factum eſſet ſolicita & periclitante Germanorum rep. ex quo ſic ea die diſceptatum, ſic pugnatum eſt,ut Tridentinus tacito bonorum omnium cõſenſu laudatus diſcederet:& ueluti pulcherrimo decreto uictor declaratus eſſet, priſtinam pro decoro tenuit dignitatẽ, atq; hodiè etiam cũ laude ſuaq̃; & ſuorum gloria locum ingenti animo tuetur, non reclamante Brixinenſe:nec ultrà eum ullo in loco è gradu deturbante: Dicerem quibus deinde titulis ornatus ſit, quibuſq̃; ſæpe alias curia egreſſus inter togatos acclamationibus exceptus ſit: niſi mihi perſuaſum eſſet, ea iã vulgò explorata: quare ad p̃uincias, quas geſſit auſpicatò tranſeamus: & primùm qua fama præfecturam Veronenſem adminiſtrauerit narremus.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber octauus.

Flagrante bello Italia miſſus eſt Tridentinus à Cæſare Maximiliano, qui Veronam regeret ciuitatẽ paulò antè armis deuictam:quæ tum inſidiis undiq; petebatur, cùm non deeſſent, ut ſunt uarii plebis animi,qui Venetos ui expulſos clàm in urbem reuocarent, nec hoſtis deſiſteret oppidanorum animos ad defectionẽ multis modis ſolicitare: Verùm Tridentinus, ut in maximarum quaſi concurſum occupationum uenit, tantis periculis circumuentus ea uſus eſt uirtute,ut ſe & ciuitatem metu breuiter exemerit:tãtum enim curæ & operæ p̃ſtitit in declaranda animi ſui magnitudine, ut non ſolùm Veronenſis prouincia: cui ipſe præerat, inteſtinis odiis & hoſtili impetu ſeruata ſit, verùm etiam Brixia urbs finitima,quæ tum oppugnabatur, fuerit eius cauſa ſæpius obſidione liberata: quo appareret eius officium nemini defuiſſe:atq; omnibus,qui ſtudio ſuo indigerẽt, libenter profuiſſe: nam,licet ſciret periculoſas rerum actiones his potiſſimùm eſſe,qui in rep. uerſantur: eas tamen ſuſcepit geſſitq̃; ſemper ingenti animo,&,ubi aut de communi ſalute & gloria, aut ciuiũ commodo & beneuolentia in diſcrimen uocaretur: nunquàm ſubire pericula & dimicare recuſauit: nam quicquid agit,qui reip. p̃fectus eſt,ad utilitatem ciuium referri oportere cenſuit:ut facilè conſtaret,eum quærere nõ

Trid. Veronæ præfectus.

quod ſibi utile eſſet,ſed quod illis expediret,quibus impabat,& cùm non ignoraret,qui parti ciuium conſuleret,partem negligeret, rem pernicioſiſſimã in ciuitatẽ inducere diſcordiam:totum reip.corpus ita curabat,ut, quod ad alendã uniuerſam ciuitatem pertineret,nihil prætermitteret: ſi cubi uerò ipſe offenderetur,facilè placabatur clæmens Principis natura:&,ſi modò grauiter peccatum eſſet,nõ iracundia ad puniendũ,ſed ęqtate ducebatur,atq; in eo dicitur ſe ipſum uiciſſe,quod in rebus proſperis & ad uoluptatem fluentibus ſuperbiam magnopere & arrogantiam fugerit,quod in primis laudabile eſt:magnoq; & præclaro uiro dignum, ut non mirum fuerit Tridentinum,cùm tam iuſtè, tam moderatè, animo adeò forti & placato prouinciam regeret, magnam ab omnibus beneuolentiam:ſed ab his præſertim,quibus præerat,retuliſſe,quæ cùm in Aulã renunciarentur,omnium ora in admirationem præfecti Veronenſis cõuertebant:adeò ut Cæſar,licet tum magnæ res obuerſarẽtur animo,quę tamen de Tridentino frequenti nuncio perferebantur, nuſquàm patere tur memoria ſua effluere:intereà,dum Tridentinus multa faceret egregiè: Imperator de magnis negociis cum Principibus tractaturus iubet conuentum Imperialẽ:quam Dietam nominant Germani, Auguſtæ haberi:cui & ipſemet præeſſe uoluit,qui fuit annus Chriſtianus M. D. xviii. quò Tridentinus non modò ut Princeps Imperii generali mandato monitus,ſed certis etiam ipſius Cæſaris literis uocatus ſe recepit: vbi cũ iam compertum eſſet qua integritate Veronenſem præfecturam adminiſtraſſet,decretum eſt ex ſententia Imperatoris,qui animaduerterat tali uiro apud ſe opus eſſe:Tridentinum ob eximiam eius & uirtutẽ & fidem nõ licere à publicis & arduis Imperii negociis diſcedere,ſed Cæſarem & Aulam ſequi:ut continuata cura & labore unà cum aliis Prícipibus communem deinceps molem ferret,in eo autem conuentu de Cæſaris ſucceſſore præſertim tractatum eſt,quod dudum Maximilianus agitauerat:cupiebat.n.non ignarus quãtum id ſua intereſſet Carolũ Hiſpaniarũ Regem ſuum ex Philippo filio nepotem in regẽ Romanorum eligi:quod in conſulatione poſitum cùm diù diſputatum eſſet, tandẽ dictæ ſunt ab oĩbus pro uoluntate Cæſaris ſententiæ: ille autem cognitis Principum in ſe animis in eo,quod unum ſibi præcipuè erat curæ, rem ad concilium Franchfordiæ,quod breui futurum erat, deferendam eſſe ſtatuit:ubi electores Imperii pro dignitate decernerent. His Auguſtæ expeditis, Tridentinus in patriam diſcedit: Cæſar autem nõ multò poſt in pontem Aeni peruenit:quò etiam Tridentinum,etſi uix patriæ limen ſalutaſſet,ſtatim reuerti oportuit: quem Maximilianus adeò benignè ſuſcepit,ut eum uoluerit inter Aulicos & amicos præcipuos ſibiq; intimos annumerari: ſciebat nanq; qua facilitate,& morũ ſuauitate in omnibus inferioris & ſuperioris Auſtriæ prouinciarum conuentibus ſe geſſiſſet, cùm eſſet ad res gerendas aptus, unde tantum apud Imperatorem,in cuius familiaritatem uenerat, & auctoritate & gratia ualuit, ut creditum

Conuẽtus Auguſtanus.

De eligendo Cæſaris ſucceſſore.

creditum ſit,eum in Aula honeſtum præ omnibus locum habiturum, & Maximilianum,qui incredibili beneuolentia ac ſtudio eum proſequebatur,ſi diutius uixiſſet,ſua omnia illius curæ commiſſurum, ubi uerò uidiſſet Tridentinus ſe perhumanè tractatum fuiſſe,& à Cæſare quã uelſet gratiam iniiſſe, ad ſuos rediit:ut compoſitis rebus familiaribus expeditior in Aulam reuerteretur,& munera ſibi demandata obiret: cõmodiuſq; cõtinuaret: Cæterùm Maximilianus,qui iam ingentes ſpiritus ex Carolo nepote conceperat, cùm ſe ad Auſtriæ oppidum Belſum Germanica lingua uocitatum ſupra Anaſum fluuium poſitum ſe cõtuliſſet, ſubita correptus ualetudine in mediis uotis diſtitutus mortales reliquit: publicè defletus,& multis lachrymis decoratus; obiit autẽ pridiè idus Ianuarias:anno Chriſtianæ ſalutis M. D. xix. ætatis ſuę quinquageſimo nono,menſe nono,die decimo nono,hora uigeſima prima,anno uerò regniſu trigeſimo tertio,qui Imperatorio apparatu ornatus, ſepultus eſt in loco uulgo Neuſtat appellato,hoc é noua ciuitate: quæ quidẽ urbs Auſtriæ eſt:ubi & natus erat,ut illud fuerit & ſolum natale,& ſepulchrũ ſummo Imperatori exitiale,quo nuncio ita perculſus eſt Tridẽtinus: ut uiſus ſit ex omni ſpe & dignitatis & ſalutis ſuę decidiſſe:deplorauit quidẽ conditionem ſuam ut miſerrimam, cùm putaret nullam omninò acerbiorem cladem ſibi contingere potuiſſe:totus itaq; cõſternatus equis pernicibus,quos uetuſtas ueredarios appellauit, ex antiquo Imperatorum inſtituto per uias militares diſpoſitis,quibus utuntur,qui citiſſimè perferunt literas, uectus Inſpruchã ad Senatores,quos & Regentes dicunt,celeri itinere peruenit:apud quos primùm multa de publico naufragio in obitu glorioſiſſimi Imperatoris facto conqueſtus eſt:inde curã, ſtudium,& ſuas deniq; oẽs cogitationes pollicitus eſt, ubicũq; in re tam funeſta opus eſſet,ſe operam nauaturum, ut cognitum ſit Tridentinum nuſquàm defuiſſe, qui nec recuſauit,ſi modò æquum cenſerent,ire Mariam & Annam Reginas conſolatum,alteram Ferdinando,alterã Ludouico Pannonum Regi deſponſatam:quas par erat credere in luctũ demerſas iacturam & ſuam & publicã deflere:at ubi lachrymis, quod decuit,datum eſt,multa è rep.decernunt,pacem in primis curant cũ finitimis populis initam mutuò obſeruandam eſſe:cauentq; diligẽter, ne uſq; quibus ipſi præſunt locis in Germania Impatore orbata tumultus exoriatur:prouinciæ dominiaq; (ſic illi appellant) omnia pro dignitate adminiſtrentur:ne quid fiat denique,quod duorũ fratrum maieſtate indignũ iudicetur,& ſenatorum negligentiæ aſcribatur,dum à Carolo Hiſpaniarum Rege & Ferdinando eius fratre abſẽtibus qd facto opus ſit intelligãt:his ita ordinatis domũ reuertit. Eodẽ autẽ anno,quo Maximilianus Chriſtianorũ Impator deceſſit,Sulthanus Solimanus Turcarũ ſceptro potitus é:ut cõſtet q impari cõditiõe cũ duobus maximis Impatoribus actum ſit,nã,cũ duæ ſint totius orbis Monarchiæ:altera luctu deformata Impatorẽ ſuũ defleuit:altera eodẽ tempore in gaudiũ effuſa ſuũ in re

Maximilianus Imp. moritur.

Trid. Inſpruchã profectus.

gnũ accepit: Dũ hæc curant in Germania, Carolus audita Maximiliani aui sui morte, ad ea statim animum itendit, quę cessuit ad cõsequẽdã Impii coronã spectare, sed ꝑ tpe nonnullos Principes sũ cõmissarios suos elegit: inter quos annumeratus est Tridẽtinus: qbus cura eẽt dñia rgere, dirigẽterq; & iduste administrare, &, ubi usus esset, ꝑ Regib⁹ absentibus rẽ fortiter tueri, dũ liceret illis ꝑcellosũ mare classe i Germaniã traicere: sed iam aduenerat dies, quo ea pficerent: quæ fuerãt ꝑ Maximilianũ in cõuentu Augustano tractata, ut Carolus Rex Romanorũ declararet: indictum erat cõciliũ Frãchfordiæ, ubi mos ẽ Regẽ eligi, nulli erat dubiũ Carolũ habiturũ esse Frãciscũ Regẽ Gallorũ ualidissimũ cõpetitorẽ: ꝓptereà dmãdat negociũ cũ aliis multis Principib⁹, tũ ꝑsertim Tridẽtino, q Caroli iura ac dignitatẽ defendãr, enitãturq; pedib⁹ manibus ue, ut ipse deturbato Gallo sceptrũ, qd maiores sui diu tenuerãt, assequat, res defuncto Maximiliano ad Germanos Principes redierat, tanq; ad interreges, qbus ius Regẽ eligendi est, in frequẽti igit cõcilio de more cõuocato cœptũ est agi d successore Maximiliani, multi animis electorũ obuersabant, sed uidebat tñ res in Caroli partes inclinari: q, cũ uidisset Frãciscũ Gallorũ Regẽ Cęsareę dignitatis cupidine accensum ꝑium affectare, & pollicitationibus p legatos ambire Germanos, multorumq; aios iã ꝑfusissima largitione in factionẽ suã solicitasse, id sibi dedecori fore arbitratus, si ipse ea maiestatis amplitudine deturbaret, qua tot maiores sui longa & continuata serie potiti sunt, nihil contenendũ esse iudicauit, qd ad id obtinẽdum desideraret: mãdat itaq; p cõmissarios suos ad id electos: qbus non parum ꝓpter eorum prudentiã ascribebat, in tãto discrimine nihil negligenter agi, fore sibi turpissimum amittere, qd etiã uiuente auo Maximiliano ꝓmissum fuerat; illi aũt ꝓuinciã aggressi rem diligenter curabant: ex his Tridẽtinus quãtum studii & opæ in re tã ambigua ꝑpendendum esset nõ ignarus sedulò obibat oĩa, nullum officium omittebat, ut aios Principũ ꝓmoueret: q ubi alii luculenter egere, dicit tali exemplo oratione habuisse. Timerẽ uehementer rebus Christianis hoc tpe fortissimi Principes, quo de supremo Impii honore apud uos tractat, cum uideam duorũ maximè cõpetitorũ Caroli Hispaniarũ, & Frãcisci Galliarum Regis studio ac contentione regna & oĩum ciuitatum status ꝑturbari, nisi succurreret uobis eligendi ius datum fuisse, qui bonis omnibus reip. incolumitatem cupientibus fauere consueuistis, Germaniã q; dignitatem semper saluam uidere uoluistis, ut, cum integerrimam uitam, prudentiã, iustitiã, fortitudinẽ, egregiamq; & singularẽ uĩam in honore patrię & publica salute custodiẽda tidẽ aio repetã, iã desinã extimescere, uos, qui soliti estis temerè nihil facere, externũ hoiem, qui uobis ꝑeret, electuros, sed unũ potius ex Germanorũ Principibus, quẽ maximè idoneum putabitis, Imperatorẽ declaraturos: propterea mihi dicẽdum est de Caroli Austriani Hispaniarũ Regis apud uos nati & educati singulari indole, in quo quidem uideo nõ tam copiã quã modũ in dicẽdo mihi quęrendũ

Cõmissarij electi.

Concilium Frãchfordiæ.

Oratio Trid. ad electores pro Imp. eligendo.

quęrẽdũ esse, & q ñ de Impatore dligẽdo agẽt, vñ cã nr̃a ducit, ut cæteros aios omittã Principes, q ad hãc honorẽ tẽdũt, Frãciscus Galliarũ Rex, q alias nõ qdẽ lacessitus uobis atq; Italis sociis uestris ꝑpius bellum graue ac periculoũ itulit, occasionẽ sibi mortuo Maximiliano Cæsare Augusto Caroli auo diuinis laudib⁹ ornatissimo ad occupãdã sedẽ Impatoriã oblatã esse arbitrat, quã ob cãm regna & ꝓuinciæ oẽs Chr̃ianæ vñr ad noua studia erectæ, de quo nõ mõ ex Italia afferunt quotidiè lr̃æ, sed & ciuitates Gallis finitimæ, q & ipsę uro parẽt Impio, ad uos ꝑ necessitudine, quæ uobis cũ illis è uetustissima reip. uræ & rerũ urarũ pricula dtulerũt, at ꝓ id (ut opinor) ad uos relatũ est, Siciliæ, Sardinię, Corsicę, & aliarũ insularũ, quæ uræ sunt ꝓuinciæ, ciuitates multas tumultuari, cũ uideãt urbẽ Romã vñ emanarũt supremæ dignitatis ĩsignia, ꝑsidiis uacuã opẽ petere, aduersus Barbarorũ classes, maria, sinus, portus, & oẽm Italię orã latrociniis infestãtes, Neapolitanorũ regnũ, qd ad uos ptinet, diuisũ in factiões, alios ad Mare, alios ad Rhodanũ spectare: Hetruria, quæ uobis uectigalis ẽ, legatos misit, ut intelligeret qd tãdẽ Germani Principes tot cõtentionibus decreuerit, audito ꝓtereà Insubres iã in potestate holtiũ eẽ, ꝑ quibus Maximilianus Impator totiscõmoda pertulit, ut eos sibi amicos & affines obsidionibus liberaret, qd unũ ueluti limẽ vr̃ obstare Belgis ad suadẽda quæ reliqua sunt, totius Italię regna, dicam ne quę grauiora sũt discrimina? Noricos, Illyricos, Pãnones, & quæ alibi Meliæ ac Thraciæ finit: mę sunt Chr̃ianorũ gentes, qñ semp primos ferunt Turcarũ ĩpetus, assiduis cladib⁹ attritas, & eorũ uicos exultos esse cõplures, suburbaniq; agris lõgo bello desolatis uix se muris tegere, ac respicere, qd opis sibi liceat à uobis expectare, & qd spei afflictis rebus reliquũ sit: cæterũ qd in his laboramus? cũ iã nunciatũ sit bellũ nobis parari, hostẽ aduẽtare, fines uastari, Ludouicũ Pãnonũ Regẽ à bello, ĩ quo diù fuit occupatus, ĩ regnũ recessisse, at earũ tñ rerũ, quæ foris studiũ, officiũ, auxiliũ urum requirunt, meminimus, qd uerò uos uehemẽtius debet accẽdere, quæ ꝓpius ardẽt, faces nõ cõspicimus, vñ manifestũ est domesticã suboriri cladẽ, nã qs non uidet Gallorũ legatos ante oculos uros ambire, & multis modis Germanorũ aios tentare? ut Regi suo à uobis ipsis, qbus se plerũq; hostẽ ꝓfessus est, Impium decernat, nos uerò contrà Carolũ Austrianũ Gallo anteponendum esse cõtendimus, quẽ non tam Chr̃istianorum, sed Barbararum etiã gentiũ natiões, nec gñe, nec indole, nec uirtute nullis Regibus iferiorẽ esse boni oẽs existimãt: Ego Pr. amplissimi hũc unũ ad rẽ tantã administrandã paratum esse uideo, hunc unum ab oĩbus sociis, à ciuibus, à militibus Impatorẽ deposci atq; expeti, hunc unũ à Turcis & cęteris Christi hostibus, ad quorũ excidiũ natũ eẽ affirmãt Deorũ respõsa metui ꝓtereà neminẽ: Cæterum haud uereor uos pro cõmodo reip. deliberaturos, sed non patiuntur, quæ instant, pericula, iudicium urum differri, hæc tempora nõminus celeri q̃ matura expeditione indigẽt, ne, dũ rem disceptando protrahitis, uacuam sedẽ externus aliquis inuadit fu-

ror,& quod usum est,ius ad alios uel ui uel dolo trãsferat, quod nõ sine patrio dedecore,& grauissimo Germanorũ luctu cõtingeret,causam habetis, Imperatorem deligi necesse est: quis uerò ad id munus maximè idoneus sit,disputatur,nunc quid fieri oporteat consideretis, mihi cõstitutũ est dicere primũ de Caroli genere,deinde de eius uirtutibus,tum de eodem ipso Imperatore eligendo,quem iudicamus summæ rerũ cum laude pfuturũ,ad clarissima igit proauorũ lumina breuiter transeamus, quæ pcipuè uros animos excitare debent: genus est huiusmodi. Tradũt annaliũ scriptores Troia icensa multitudiné Teucrorũ ducẽte fato pfugã Duce Fracone Hectoris filio p uarios casus in Germaniã delatã ad Rhenũ consedisse,& qué occuparunt locum Frãconiã à Ducis noie apellatũ esse, hic aũt Auenticios comites Carolũ magnum í Italiã secutos, à quibus Duces Austriæ originem habuisse dñr,generis principiũ traxisse: alii annales hñt, qui Troiano excidio superfuere in diuersas partes profugisse: alios Anthenorẽ, alios Aeneam in Italiam secutos, alios dũce Priamo magni Priami nepote per pontum Euxinũ & Meotides paludes in Scythiam penetrasse,atq; ibi ciuitatem cõdidisse,quam Sycambriam uocauere,unde opinio est Sycambros in Germania fuisse appellatos: hi,cùm in Scythia maximè coaluissẽt, repressa Alanorũ ferocitate à Valentiano Imperatore libertate donati sunt, unde Franci quasi liberi sunt appellati, cùm uerò Romani post decennium ab his repeterẽt tributa conserto prælio Franci uicti sunt: quinacie superstites fuere, Germaniam petunt Marcomede multitudinis Duce, cuius filium Foramundum Franci primum sibi Regem creauere, & Rhenum transgressi Romanos eiecere,breuiq; aucto uirtute imperio à Pyreneis ad Pánoniæ usq; terminos terram omnem sibi parentem Franciam, alteram Occidentalem alteram Orientalem uocauere, ut manifestum sit eam nationem ad Pipinum usq; Caroli magni parentem feliciter regnasse,Pipinumq; ipsum & Carolum in Germania natum: ex Francorum gente Troia aduecta ortos fuisse,Carolus aũt quos habuit Duces expeditionum comites,ex his populis qui à Troia uenerãt natos uiros fortes multis laudibus ac muneribus ornauit, sed qui rei bellicæ studio maximè claruerant, Auentici Comites constituit, est autem Auenticum nunc Heluetiorum metropolis, siue ea sit yrbs, quam Ptolemæus ponit in Sequanis uulgo Hapspurgk uocitata, unde Austriæ Príncipes príncipiũ habuere,ut q prius Auẽtici uocarentur, nũc Austriales dicant: pditũ aũt est memorię Austriã Pánnonię supioris partẽ & egregiis uirorũ ac Príncipũ opibus claram,& bonarũ rerũ oĩum puentu opulẽtã regionẽ rẽporibus Drusi ac Traiani pprios Reges habuisse, à Carolo tñ & eius posteris diù sine Rege administratã: Cũ uerò dfecisset Carolorũ pgenies, Vndigerus qdã eã occupauit,quo sine liberis defũcto Hẽricus primus Impator Leupoldũ sibi affinẽ primũ Austriæ Marchionẽ declarauit, ut cõstet illi príncipę mõ Reges,mõ Marchiões,mõ Duces, modò Archiduces

Vetustissima Austriano rũ origo.

præfuisse

præfuisse: Leupoldo successit filius Henricus, illi Hartmanus, inde Alberthus,Hernestus, Leupoldus,&,quod frequẽs est in ea familia nomẽ, alius eius filius Leupoldus uir religiosissimus & í numerũ Deorum relatus,ab eo Hernestus & Alberthus oẽs Marchiones, qui, ne singula memorentur,magnos diuersarũ nationum Principes sibi affinitate coniunctos habuere, Federicus aũt primus cognomẽto Barbarussa Imperator, quã Bauaris olim uindelicis ademerat, trans Danubiũ regionẽ Austriæ addidit, atq; illi Henricũ ppositi primũ Austrianorũ Ducẽ,í cuius locũ suffectus est Leupoldus, atq; illi eiusdẽ nominis filius successit, q Stiriam Austriæ subiecit,hinc Henricus sceptrũ capit, ab eo Federicus primus Austrialium Archiducis inscriptione usus,qui cùm sine hæredibus mortem obiisset,principatus ad Rudolphum Habspurgensem & Auentici Comitem peruenit,qui post Henricos Impator, Ottocaro Boemorũ rege acie profligato, quam ille uiolenter inuaserat,Austriam recuperauit, & Carinthiam bello deuictam sibi audientẽ fecit (liceat horum tẽporũ uocabulis uti) ex Rudulpho oriuntur Arthmanus ac Rudolphus, q post patrem regnarunt, & Alberthus Cæsar Augustus declaratus, qui congressus singulari certamine occiso Nassii comite opima rettulit spolia: hic adeò fuit gloria insignis,ut Bonifacius Pont. Maximus uoluerit Philippum Gallorũ regem illi subiectum esse,à quo Federicũ,Ottonem, & Alberthum descendisse legimus,Albertho aũt Leupoldum & Federicum filios successisse,his autem Guilielmũ,Federicũ, Hernestum & Albertum,Federicus uerò,quem ex Albertho natum diximus, Alberthum filium reliquit Romanorum Impetatorem declaratũ, unde Sigismũdus & ipse imperio potitus,& Ladislaus Boemorũ & Pannonũ regna adeptus,ex Federico aũté Leupoldi Sigismũdus dux susceptus est: Ab Hernesto Leupoldus,& Hernestus,hinc Rudolphus & Federicus tertius ad Imperium uocatus,qui ex Leonora coiuge Ioãnis Lusitanorum Regis filia Ioãnem & Maximilianum suscepit,alterum Archiducẽ Austriæ, alterum ob singulares eius,& animi & corporis uirtutes Ro. Impatorem electum: hic Morinos, Eburones, Sycambros afflixit,Philippum palatinum repressit,cum Gallis sępius collatis signis dimicauit, ac uicit, Ladislaum Pannonum Regem tributarium fecit, Venetorum animos & consilio & armis fregit, Britannorum thesaurum ad debellandos Imperii hostes aperuit, multa pro sociis bella suscepit, ac gessit, & summa cum laude confecit, de quo alias & commodius & uberius dicemus: hac fama ípulsi Saraceni, Turcę,& aliæ cõplures remotissimæ nationes legatos cum muneribus misere conciliandæ cum summo Principe amicitiæ gratia: Maximilianus igitur tot triumphis insignis ex Maria coiuge Caroli Burgundiæ Ducis filia Philippum Austriæ & Burgundiæ Ducem genuit, qui Ioannam Ferdinandi Hispaniæ Regis filiam duxit uxorem, ex quibus tam claris parentibus Carolus, quem hodiè apud uos susceptmus laudandum, & Ferdinandus felicis-

Federicus Barbarussa. Imp.

Rudolphus Imp.

Alberthus Imp.

Albertus Imp.

Maximilianus Imp.

simi partus sub solem prodiere, Philippus autem Rex uiuēte adhuc patre audita reginę Helisabellæ socrus morte repente in Hispaniam nauigat, ut in partem regnorum succedat, sed inauspicatò egressus, cùm enim ab eo potissimùm res magnę expectarent, nescio quo fato oppressus occidit ab omnibus ordinibus defletus, & publico funere decoratus: Hi sūt amplissimi patres Caroli ac Ferdinādi maiores dignitate, quę apud mortales suprema est, ornatissimi, &, quæ gentium antiqssima habet, bellicosissima natione progeniti, id tamē uos Pr. Illustrissimi monitos uelim, nos plures hac familia ortos omisisse, alios, quia alibi regnarūt, alios, quoniā sine liberis decessere: fœminas item, quæ apud diuersos principes fuerūt in matrimonium locatæ, ultrò præterisse, & eos tm̄ posuisse, ex quibus sciremus uenturam felicissimam Philippi Regis progeniem, propterea non tam nobis curæ fuit regentium ordinem, in quo uideo etiā scriptores dissentire, q̄ nascentium sequi, ut apertius constaret Caroli Austriani nunc Hispaniarum Regis origo, & uetustissimi generis principium ex Troianis deductum, non æquum tamen censeo præterire Austrialium familiam cū Regibus Lusitanorum Hispaniarum, Galliarum, Boemorum, Pānonum, Dauniæ (ut utar nostræ ætatis uocabulo) & qui in Germania, atq; Italia sunt magni Principes, summa necessitudine, & sanguinis uinculo cōiunctam esse, ex his Ducibus, ex his Imperatoribus, ex his parentibus natus est Carolus amplissimi Patres, quē audiuistis unquàm habuisse parētes ac proauos, uel antiquitate uetustiores? uel uirtute clariores? uel dignitate ornatiores? quam Principum familiam huic conspicua origine conferri posse existimabitis? in qua continuata tam longo tempore dignitas per tot acies, per tot uictorias, per tot triumphos progressa, & iam immortalis facta ad nostram usq; ætatem peruenit gloriosissima, ut par sit credere eam in Carolo non modò non perituram, sed incrementum maximum ob singulares eius uirtutes suscepturam: uos igitur amplissimi Principes, qui non ignoratis quantum splendoris, quātum auctoritatis his addat proauorum nobilitas, quibus cōmittenda est rerum summa, quæso, diligenter consideretis, quid tribuendum sit Carolo, quid ualere apud uos debeat Caroli Austriani splendidissima parentū propago, &, quam ad res magnas gerendas nō parum ualere iudicamus,

Educatio Caroli.

seuera educatio, non enim obscurum est Carolum in re literaria doctissimos præceptores & eosdem optimos audiuisse, è ludo uerò pueritiæ ad exercitus profectum inter scuta galeasq; & equorum fremitus uersatum didicisse, quos sub auo Maximiliano Imperatore auspicatus fuerat, castrenses labores sub pellibus tolerare, sub quo, quod æquū erat expectare, mirum in modum profecit, cùm præsens uideret, ac miraretur Cæsaris uigorem, cùm ille bella gereret, cùm prouincias conficeret, cùm urbes sociorum uehemētissimè oppugnatas summis obsidionis periculis liberaret, adeò certè fuit gloriæ intentus, ut adhuc puer obierit Ducis munera, summi Imperatoris & clarorum uirorum

uirtute

uirtute, cuius ipse fuerat spectator, ad uictoriam semper inflammatus: dū uerò anhelat, & per sudores ad immortalitatē tendit, afferuntur sermones & literæ ex Hispania Philippum Regem eius patrem uita decessisse, omnem Hispaniā amisso Rege de re summa cōsilia inire, à Carolo absente auxilium expetere, quod ingenti luctu & magna animorū perturbatione auditum est: quare, cùm omninò ad regna hæreditaria nauigādū esset, classis instruitur, Proceres deliguntᵉ, cōmeatus parantᵉ, &, licet scirent intractabiles esse Septētrionalis oceani fluctus, per æstiuum tm̄ mare, quod inter Britānorū & Gallorū oras maximè æstuat, iter nauibus patefactū est, ut magnanimus adolescens incredibili celeritate in Hispaniam delatus sit, quæ cùm intestino bello ac periculoso premeretur, et ex Germania opem implоraret, Caroli expectatione populares tumultus attenuati atq; iminuti sunt, aduentu sublati ac sepulti, quid tum uobis persuadetis fecisse Carolū? utrum putatis eum deliciis Regiis delibutum tradidisse se esculētis patinis? & fracto aīo cōcidisse ī libidinē? at, qđ decuit optimū adolescentē & sua & maiorū uirtute erectū, sceptrū capit īter felices faustasq; acclamatiōes susceptus, publicā administrationē subit, aīos cōpescit, regna cōponit, magistratus deligit, senatores creat, q̄ res urbanas curent, & delata consultent, ac decernant: quæ fines tueātur, legiones instruit, & aduersus hostem militiam ordinat, quantum potest aut uiribus eniti, aut cōsilio prouidere, uel auctoritate, qua multum poterat, monere, illud omne reip. futurū certissimo testimonio declarat: totum regnorum corpus cōplexus partem nullam contemnit: in rebus castrensibus uirtutem, in rep. administranda iustitiam, in omni genere prudentiam ostendit, ut solus & publicarum & priuatarum rerum solicitudinem curamq; sustineat: Hæcne declarant animi secordiā? aut ignauum & desidem hominem? hęnauigatiōes, hæc pericula, hi militares ordines, hæc togata consilia arguunt imperitum Principem, & reip. inutilem? an potius uigorem, & excitatum spiritum? & animosissimum adolescentem magnitudine animi omnes difficultates superaturum? quā ob rem, ubi cognita fuere Caroli consilia non minus prudentiæ quàm humanitatis plena acclamatum est eum unum esse in quo colēdo uiri Hispani sibi patriam constituerint sanctitatem, ut id sequerentᵉ, qđ ille optimū putaret, ea libenter audirēt, quę ille īperaret, sic deniq; ex turbulentissimo rerū statu qeti restitutos, se felices, se beatos putare, q̄ rex tot uirtutibus īsignis sibi Deorū dono datus susceperit rē Hispanorū administrandā, quæcunq; sibi bona sunt, nec fuo labore parta, nec fortunę indulgētia cōcessa, sed Caroli beneficio tributa existimāt, ut uideantᵉ nihil p̄ter unā Regis īcolumitatē desiderare, qui arbitratur solā esse uiā ad gloriam cōparandā rēp. bene gerere: quæ res igitᵉ est, quę cuiusq̄ animū dubiū facere possit? qn fateatᵉ Carolū iā eorū hoīum, q nūc sūt, gloriā his rebus adęquasse? quas cōstat ī sūmo Impatore inesse oportere, hoc est scientiā rei Militaris, uirtutem, auctoritatem ac felicitatē: quisnam occurrit qui

Scientia.

hoc adoleſcente ſcientoir poſſit iudicari? ſi modo quæ facta ſunt, quo
conſilio fecerit, conſideramus, quod mirari tamen haud conuenit, cùm
maximi Imperatoris miles fuerit, & ipſe ineũte adoleſcentia magni ex-
ercitus Imperator, cuius quam didicit diſciplinam eodem pariter tem-
pore exercuit fortuna, ut iam nulla ſint licet uaria diuerſaq; bellorum &
hoſtium genera, in quibus eum uerſari non contigerit, plura quippe ipſe
per hos annos puer pro rep. adiuit pericula, quàm qui ſenex fecit ſti-
pendia, plures ipſe prouincias expediuit, quàm nos animo complecti
auſi ſumus, celerius Hiſpanias ſeditionibus agitatas compoſuit, quàm
nos, qui eramus in expectatione omnium rerum, quid in citeriore, quid
in ulteriore Hiſpania gerretur, æquum iudicabamus ſperare: ea autem,
quę tanta ſunt quomodò tam celeriter confeciſſet? niſi militiæ præce-
pta edoctus probè cognouiſſet, quid res caſtrenſes expoſceret: pluribus
igit & egregiis operibus declarauit nullam rem eſſe in uſu militari po-
ſitam, quæ eius ſcientiam fugeret: Iam uerò quem uidiſtis uel audiuiſtis
unquàm tam preclaris factis memorabilem adoleſcentem huic parem?
Virtus. cuius uirtuti nec par oratio inuenitur, qui, quoniam nouit in negociis
laborare, in periculis fortiter facere, gnauiter agere, celeriter conficere,
cõſilio prouidere Imperatorias uirtutes exiſtimari, ea omnia abundè aſ-
ſecutus eſt aſſidua, quod uos non latet, in rebus militaribus exercitatio-
ne: teſtis Germania quæ uidit generoſam eius indolẽ pulchris glorię ſti-
mulis flagrantem ſæpius publicæ ſaluti ſubſidio fuiſſe: teſtes Vene-
ti, qui audito eius uirtutis præconio ueluti diuino conterriti iam tum
cœperunt magnopere rebus ſuis timere: teſtis Gallia, quæ diſſipa-
to de geſtis Caroli rumore, & vulgata eorum, quæ ab eo expecta-
bantur, fama, eum ad immortalitatem inflammatum rei bellicæ ſtudio
cæteris hominibus anteire, illi promiſſum fuiſſe terrarum omnium im-
perium, non deſinit ab eo tempore moliri quæcunq; cenſeret poſſe uel
eius nomen obſcurare, uel fatalem eius poteſtatem minuere: teſtes
Cãtabri natio ferociſſima, qui ad bellum parati ſolo Caroli aduentu po-
ſitis armis quieuere: teſtes Numantinorum ſpiritus, qui olim Ro. exer-
citus ferro profligauere, uenienti uerò Carolo ſeſe dedidere: teſtis deniq;
omnis Hiſpania, quæ à pyreneis mõtibus ad Galios populos & Gades
inſulam uſq; tota amiſſo Ferdinando Rege ad res nouas erecta ſoluenté
ex ora Germanorũ Carolũ longè extimuit, aduentãti frequẽs offici gra
occurrit, egreſſum ingenti animorũ alacritate ſuſcepit, in regnũ ſuſceptũ
coluit, nõ inſcia ea regna fore beatiſſima, quibus cõtigerit ab huiuſcemo-
di Principe gubernari, illa inq; Hiſpania aĩarum prodiga, formidinis in-
ſcia, quæ tot hominum milia prælio deſiderata conſpexit, quæ tot Pœ-
norum cadauera ſolo proſtrata reliquit, quæ Romanos faſces acie do-
mitos uidit, quæ hoſtem uim molientem à finibus repulit, quę plerũq;
magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorum ipſorum ſanguine redundauit,
ea, inquam, ipſa unius Caroli aduẽtum hoſtili animo non tulit: teſtes
omnes

omnes exteræ gentes atq; nationes, ut iam nullus locus ſit, ad quem non
peruenerit Caroli nomen, & quæ de eo incredibilis eſt maximarũ rerum
expectatio, ecquid hæc Carolo pſtitit? quæ ſi eo eſt mirabilis, diuina bel-
landi uirtus, qua franguntur ferociſſima hominũ corda, & ſeſe aperiunt
cõmunita mœnia, cui cedunt undę licet ad preces mortalium ſurdæ, cui
paret Regum purpura, cui uni debetur æterna gloria, cui uni ad cœlum
patet uia: hac igitur duce Carolus uicit, anteq; uenerit, regnauit, anteq;
regnum uiderit, triumphauit, anteq; dim caueriti: ſũt præterea multę ar-
tis eximiæ huius uirtutis comites, quę in perfecto Impatore deſiderant,
innocentia, tẽperãtia, fides, facilitas, igenũ, & humanitas, quę quãta ſint
in Carolo arbitror uos non ignorare, ſumma.n. oĩa ſunt, quæ p ſeſe nõ ſa-
tis intelligunt, ſed aliorũ cõtentione magis eluceſcũt: ego Pr. ampliſſimi
nõ iudico eos in numero Imperatorũ habendos, qui p hoſce annos Du-
ces in Italia p agros & oppida ciuiũ Romanorum itinera facientes plu- Innocẽtia.
res ſociorũ ciuitates ſuorum militum hibernis, q̃ vrbes hoſtium armis
deleuerint: an uos latet multos uicos fuiſſe à militibus ad defenſionem
miſſis, ſpectantibus eorum Ducibus ui expoliatos? ſocios ui oppreſſos,
auaritia direptos, libidine pollutos, militũ Chriſtianorum crudelitatem
deteſtãtes Turcarum tyrãnidem publicis uotis exoptaſſe? ut illi, à qui-
bus gloria expectabatur, incõmodum, labemq; & ignominiã attulerint,
æquum eſt ergo fateri eum collapſam aliorũ diſciplinã nõ correcturũ,
qui ipſe corrigi nõ vult, nec in alios ſupercilio educturũ, qui timet aliorũ
cenſurã, neq; eũ, qui nec manus, nec oculos habet cõtinentes, poſſe exer-
citum cõtinere, hic ergo mirari cõuenit Caroli innocentiã, qui, cùm didi-
ciſſet hiemis, non auaritiæ pfugiũ ſub amicorũ tectis eſſe, nõ modò non
tulit, cùm uel in Hiſpania, uel alibi legiones haberet, cuiq; uim afferri, ſed
ne cui permiſit quidem cupiẽti ſumptũ in militẽ facere: Nunc uerò unde
exiſtimatis Carolũ tam celeri nauigatione, tam incredibili curſu ſub oci- Tẽperãtia
duas oras perlatum? vtrum putatis eum aut noua aliqua gubernandi
arte, aut ui remigũ inaudita, aut felicitate uentorũ inſolita, tam celeriter
in Hiſpaniã aduolaſſe? ego quidẽ Principes Illuſtriſſimi nõ eã fuiſſe cãm
dixerim, ſed illũ una, qua ille oĩbus in rebus potiſſimũ excellit, tẽperãtia
deportatũ, q̃ ſi quæ alios remorari ſolent copiarũ Impatores recordari
uolueritis, haud dubito uos in eãdẽ ſententiã mecũ ituros, non ne liquet
alios auaritia, ab inſtituto curſu ad prędam deuocatos, alios libidine ad
uoluptatem inuitatos, alios ad delectationem locorum amœnitate ca-
ptos, alios labore fractos ad quietem ſeceſſiſſe, atq; his rebus retardatos
quod ſuſceperant bellum nec cum laude geſſiſſe, nec in tempore confe-
ciſſe? cæterum neq; ulla artificum ſigna, neq; ulla oppidorum orna-
menta, nec, quæ diximus, alia Carolum retardarunt, nam ea omnia,
quæ alii mirari ſoliti ſunt, ipſe deſpectui haberi cenſuit, &, cùm intelli-
geret nihil eſſe præſtantius quàm de rep. bene mereri, ſuum eſſe du-
xit tota mente omniq; animi impetu ad eam unam laudem incumbere:

in quo uidetur Ptolomeum Aegyptiorum regem imitatus, qui, cùm nihil posſideret prẽter neceſſaria, alios locupletes facere regale magis dicebat, q̃ locupletari: circo cæteris, quæ à uirtute animũ reuocant, contemptis, ubi erat expectatus, rectà nauigauit, quem homines Hiſpani, quibus ipſe declarauit, quem animum haberet, quemq; habiturus eſſet, non ut Regem ſibi ex Germania miſſum, ſed tanq̃ de cœlo lapſum intuent, iam enim incipiũt credere, quod prius falſò memoriæ proditũ arbitrabant, & eum eſſe, & maiores eius hac quódam fuiſſe abſtinentia, ut, cùm Auſtrianorum ſplendor illis gentibus luceat, malint Regi, quem habent, hac temperantia ſeruire, q̃ ipſi aliis ſperare, ex quo ſapientiſſimi Prẽne uideantur, qui deliberationem ueſtram impedire conantur, plus quàm uos in hac cauſa ualuiſſe, Carolum ueſtrum Auſtrianum, in quo uirtutes animi multæ ſunt, pulcherrimo decreto Imperatorem declarate, ut aliquando cognoſcant illi, qui Gallum præponunt, auctoritati ueſtræ parendũ eſſe, quód ſi decreueritis, & dignitatem huic imperio, & ſalutem orbi terrarum p uoſmetipſos allatã fuiſſe intelligetis, atq; id lætis clamoribus exceptum ſentietis, ſin autem intemperantem hominem delegeritis propter eius libidines apud omnes nationes odio eritis; fuerunt ueterum memoria nonnulli ita incontinentes, intemperanteſq;, ut nec fana ulla fuerint tam religioſa, quæ non uiolarit, nec ciuitas ulla tã ſancta, quam non corruperit, nec domus ulla tam munita, quã nõ expugnauerit illorũ libido, locupletes urbes ſpoliarunt, populos fœdarunt, & ſociorum iacturis ditati ex ſuorum ſtrage victoriã reportarũt, Quocirca, ni uelitis quempiam horum ſimilem deligere, neceſſe eſt Carolum à uobis deligi Impatorem, quo noſtra ætas temperantia moderatiorem cognouit neminem, nõ enim ex cuiuſpiam ruinis, ſed ex hominum ſalute gloriã quærit, nec laudem putat luxuria pdere, quod tẽpantiæ lex iubet ſericari, q̃ ſi effeceritis, & quod ũra integritate, & quod bonorũ hominum expectatione dignum fuerit, uos feciſſe exiſtimabimus, nãq; id uideor poſſe p Deos immortales recipere, uos nec populorum uulnera, nec ciuitatum ploratus, nec ſociorum querimonias audituros, nam, etſi quem haberetis, à quo hoſtium exercitus deleri poſſe iudicaretis, niſi tñ idem à pecuniis à coiugibus, à liberis, & reliquis ſociorum iniuriis manus, oculos, animũ cohibere potuerit, nemo tñ eum ad ſuſcipiendũ imperium idoneum arbitrabit, hîc Carolus ab oĩbus depoſcit, qui nõ alienis iniuriis, ſed ſuis uirtutibus magnus eſſe deſiderat: gauiſuræ ſunt equidem ſociæ gentes Principes ſapientiſſimi, ſi quando p decretum ueſtrum licuerit illum impare, & cum exercitu ad illas uenire: Iam uerò ita faciles dantur priuatis ad eum aditus, ita liberè de aliorum iniuriis afferunt querimoniæ, ut qui præſtet cæteris dignitate, ſe exhibeat infimis parem facilitate: Nunc quantum ingenio, quantum conſilio, quantum in dicendo ualeat, ſi queritis, hæc omnia ampliſſimi Principes in Carolo talia ſũt, qualia in præſtantiſſimo quoq; adoleſcente deſiderari poſſunt: ſingula autem

Facilitas.

autem recitare ſuperuacuum arbitramur, cùm uos, qui eo uſi eſtis familiariter, cognoueritis, quantum illi tribuendum ſit, ut non iniquum ſit fateri eum & multùm ſcire, & ofone plurimùm ualere: Age quantũ Carolus fidem iuſtitiæ ſororem colat, ex eo cognoſcite, q̃ eam diuinam humani pectoris bonum ſemper iudicauit, quam ſocii in eo inuiolabilem, hoſtes ſanctiſſimam exiſtimarunt: Eum item inhumanum putabimus: qui ſe hominem natum recordatur? quãta eſt enim eius inter bellantes uirtus, tanta eſt inter uictos mãſuetudo, ut difficile dictu ſit, utro magis excellat, & adhuc quiſquam obſtinato aĩo cõtenderit? quin huic ſupremæ dignitatis inſignia decernãtur? cùm iam illum diuino quodam cõſilio ad ea oĩa, quæ ſum nũ Imperatorem exigunt, conficienda natũ oẽs iudicẽt nationes, & qñ hoſes opinione famæ uehemẽter cõmouent, magnopere intereſt, quid milites, quid ciues ſentiãt de Impatore: auctoritaté, & in rebus urbanis, & in bellis adminiſtrandis plurimũ poſſe arbitramur: qua re nemini dubium eſt Auſtrianũ multũ ualere, nam cognitum eſt ex rebus ab eo geſtis, quod ad militare potiſſimũ imperiũ pertinet, eũ nihil latuiſſe: Quod nomẽ unq̃ in terris ullius adoleſcẽtis clarius fuit? quã oram tã deſertã putatis? quò huius fama nõ peruaſerit? Sed, ut omittã plura, quantũ ualeat huius auctoritas ex eo ſumit exemplũ, q̃ eo die, quo à uobis in Hiſpaniã ſoluit, ex ſũma caritate rei frumentariæ, qua tum illis regionibus laborabat, repentè cõſecuta eſt cõmeatuũ & earũ oĩum abũdãtia unius tñ Caroli noĩe, quã uix diuturna agrorũ ubertas effeciſſet: iã quoq; accepta in finibus Pánoniæ calamitate, eũ Chriſtiani ſuperiorum etiã temporũ cladibus cõterriti pertimerẽt Turcarũ opes, & iã inferiorẽ ſuperioremq; oẽm Pánoniam, & quæ illi adiacẽt loca amiſiſſent, in ultimũ diſcrimẽ uẽtũ erat, niſi Germanorũ, uel potius oĩum Chriſtianorũ fortuna attuliſſet lõgè ab Heſperia Carolũ magnis copiis ppemodũ ſubſidio affuturum quo tẽpore uos ipſi Príncipes teſtes eſtis, illum ſola ſui aduentus fama hoſtes uictoria inflãmatos cõtinuiſſe, eoſq; ingenti equitatu minitantes retardaſſe, quæ quidẽ uidentur abundè declaraſſe tam præclari adoleſcẽtis apud hoſtes auctoritatẽ, & cuipiã dubiũ fuerit quid ille uirtute præſtiturus ſit? q tñ ſola auctoritate præſtitit, quid liceat ab eo ſperare? qui tantũ animi cõcepit, qui tñ ſpei à pueritia promiſit, quid in ꝓuectiori ætate profecturus ſit? qui adoleſcentia tantum profecit: cũ igitur poteſtis ſapientiſſimo Pr. conſiderare, quantum huius auctoritas, quæ rerum geſtarum laudibus quotidiè amplificabitur, apud Reges, apud exteras nationes, apud ſocios, apud ciues ſit ualitura, quid domi, qd militiæ ſit uobis allatura: nihil eſt inſuper quin conſtituatis Carolum ad rem gerendam Imperatorem eligere: Iam conuenit de felicitate pauca commemorare, quam maiores noſtri uirtuti comitem dedere, quis enim negauerit fortunam in rebus plurimùm dominari? in tribuẽdis aduerſis prodigam, in erogandis proſperis tenacem & auaram? alios enim tam maligno animo inſequitur, ut deiiciat, atq; erumnoſos perſũdet, alios

Fides.

Humanitas.

Auctoritas.

Felicitas.

ſed eos admodum raros ita fouet, ut perpetua indulgentia ad ſummum beatæ uitæ cumulum perducat, non alienum igitur fuerit dicere eam ſummis uiris ad amplitudinem & res maximas gerendas fuiſſe diuinitus adiunctam, cùm re ipſa cognitum ſit uirtutem fortuna inuita difficiles habere aditus ad uictoriam, unde traditum eſt memoriæ imperia & exercitus non ſolùm propter uirtutem, ſed ſæpius propter fortunã fuiſſe magnis Imperatoribus demandatos, ea autem eſt huius adoleſcentis felicitas, non ut fortunæ imperet, ſed, ſi (ut noſtra uideat moderata fuiſſe oratio) quo rerum curſu uſus ſit à principio meminerimus, fas eſſe iudicabimus ſperare quæ reliqua ſunt feliciter euentura, uos ipſi eſtis grauiſſimi teſtes, quid in toga, quid in caſtris puer geſſerit, quas res & terra & mari adminiſtrauerit, quantaq; felicitate adoleſcens confecerit, quas prouincias, quos principatus, quæ regna adeptus ſit: quæ quidem omnia tot & tanta ea præſertim ætate aſſequi non potuiſſet ſine ipſius fortunæ obſequio, ut ea ſit uulgata prædicatio Caroli uotis Principes aſſentire, Chriſtianos omnes obtemperare, hoſtes metu obedire, tempeſtates obſecundare, Deos immortales fauere, ut nemo tam impudens ſit, qui audeat cupere, quæ Carolo Dii ipſi ultrò tribuere, pro quo quidẽ noſtrum eſt cœlorum numina deprecari, ut ea ſint perpetuò eius uoluntatibus propitia, cùm id non ſolùm ad illius amplitudinem, ſed ad publicam incolùmitatem pertineat: huic ergo Principi maiorũ genere & gloria conſpicuo, omnibus uirtutibus ornatiſſimo, rebus feliciter geſtis p̃claro: quem moriens eius auus Imperator uobis commendauit, quem uos ſinu patrio aluiſtis, quem uos ipſi & ueſtris, & proauorum exemplis ad res maximas à pueritia inflammaſtis, hominem alienigenã præferetis? recordemini, obſecro, Auſtrialium familiam per tot annos in Germania maxima cum laude imperaſſe, multumq; & ſibi & patriæ ſplendoris addidiſſe, ut, poſtquàm imperare cœperit, plus nominis & laudis nobis relinquerint, q̃ ipſi à maioribus acceperint: At Galli quid in Germanos contulere? nullum certè extat illorum in uos meritum, quo moueamini eos ſuffragiis iuuare: extant contumeliæ, niſi malitis eas obliuiſci q̃ recordari, at difficile eſt Gallorum impreſſionem ſuſtinere, qui Germanos fraude circumuentos adorti iam multorum animos obſederunt, haud eo inficias aduerſarios noſtros clam nobis ſtruxiſſe inſidias: verùm dolo'ne ullis'ue artibus capientur Germanorum ingenia? qui ui armorum capi non poſſunt? timebunt acres aduerſariorum contentiones, & oratorum ſpicula? qui non formidant ferrum? qui non timent hoſtium aſpectum? Galli, ut adipiſcantur maximum honorem, nos multis modis oppugnant, at contrà noſtrum eſt ſumma ui certare, ne amittamus, quem tenemus locum, illi nituntur nos de gradu deturbare, at nos toto pectore ad defendendam dignitatem noſtram incumbamus, ut per medios etiam gladios uiam ad ſalutem & libertatem paremus, uel potius partam tueamur: cùm uos non fugiat optimi Principes geri bel-

la, ut

la, ut ſequatur pax, non rumpi pacis ocium, ut aditus ſit ad cruẽtum bellum, utrunq; tamen in poteſtate ueſtra eſt, ſi Gallum Romanorum Regem declaraueritis, lachrimoſam cladem, ſi Germanum, ſanctiſſimã pacem habituri ſumus: plura uos togati præſtare domi poſſitis hoc tempore, quàm in caſtris armati Duces exercitu, poſſitis nos ueſtra auctoritate ſummo ornamento priuare, quod nulla uis poteſt auferre, nõ horret Germania inſtructas Celtarum acies, metuit togatum ueſtrum conſilium, ſollicitat omnes gentes, quæ futura ẽ anceps deliberatio, ſi apud incontinentes & timidos electores uerba facerem, meum eſſet eos monere memoria repeterent, cùm obſidentur ciuitates, defendi muros oppidanorum uirtute, cùm oppugnantur animi, uirorum fortium eſſe, quales uos multis in rebus experti ſumus, nec à ratiõe diſcedere, nec à ſtatu ſuo deiici, ubi ingenti animo opus eſt, uerùm quoniam cognitum eſt uos integerrimi Patres nec frangi metu, nec ulla uinci cupiditate, nobis æquum eſt ſperare, uos, quos omnes ordines ſapientes norunt, quos iuſtos uocant, quos fortes appellant, certo iudicio, qđ nobis & uniuerſo orbi expediat, maturè deliberaturos: at multi uiri clariſſimi uidentur ab hac ueſtra de Carolo opinione diſſentire: quorum auctoritatem apud uos plurimùm ualere intelligimus: cæterùm in hac cauſa non tam auctoritatibus quàm rationibus concertandum eſſe cenſemus: cùm præſertim idẽ illi non negent uera eſſe, quæ à nobis de Carolo recitata ſunt, & grauiſſima bella cum ſæuo & implacabili hoſte uobis continuè geri opus eſſe, contendunt tantùm unius adoleſcentis Imperio rerum ſummam demãdari periculoſum eſſe, cùm ea ætas ſit lubrica, & facilè prolabatur: Agite uos uiri ornatiſſimi, qui multa pro ueſtra ſumma copia & ſingulari facultate dicendi apud optimos Principes pro Imperatore deligendo conſtitutos grauiter ornateq; dixiſtis, uidete quid iuuenum uigor rebus penè deſperatis profecerit, quantumq; gloriæ in bellis gerendis ſibi & ſuis cõparauerit: quis enim olim in Hiſpania Scipionũ funera vltus eſt? non equidem ſeniores ac prouectiores Duces, ſed L. Martius impiger iuuenis Dux militari ſuffragio declaratus, qui collectis ex fuga militibus nocte ac die bina Pœnorum caſtra ſuo ductu deletis hoſtium exercitibus expugnauit: quis amiſſas Hiſpanias populo Romano reſtituit? non profectò qui tum erant complures in ciuitate graues uiri, at P. Scipio quatuor & uiginti annos natus: cùm adeò perdita res eſſet, ut deſperatum eſſet de rep. mœſta inter luctus ciuitate Imperium uni Scipioni, qui ex omnibus ſolus auſus eſt nomen profiteri, imperium delatum eſt, atq; idem ipſe in Africam miſſus ſuperato Anibale, profligatis hoſtium copiis Carthaginem R.o. Imperii æmulam deuicit ac tributariam reddidit, non audiuiſtis itẽ qd de T. Manlio memoriæ proditum ſit? qui abſente patre conſule prouocatus aduerſum Latinos proſperè pugnauit, & cæſo hoſte equeſtria ſpolia uictor í Romana caſtra reportauit: nec uos latet, qui ueterum hiſtorias euoluiſtis, Alexandrum Macedonem iure-

nili ardore ad immortalitatem erectum omnis Orientis nationes imperio suo armis subiecisse: plurima sunt huiuscemodi exempla, uerùm ex his arbitror plenè constare fauorem & hominum opinionem plus ualuisse, quàm ætatis rationem, pluris estimari egregiam adolescentum indolem quàm annorũ multitudinem, uirtutem ipsam in quouis sit, semper in periculis elucescẽ, ut nõ debeat magnorum uirorum auctoritas magis quàm uniuersæ Christianæ reip. salus, & uera causa in piculis considerari: Quam ob rem uos o sapientissimi Pr. maiorum exemplis edocti debetis hoc præsertim tempore communi saluti potius quàm cuiuspiã auctoritati obtemperare, ac uestrum ius beneficiumq; defẽdere, & quid liceat etiam atq; etiam intueri: mea quidem sententia Imperium Carolo deferetur: cùm enim talis ac tãtus sit adolescens, in quo ipso omnes propè una uoce affirmant omnem reip. benè gerendæ spem constitutam esse, talemq; ac tantum eum uirum fore iudicent: ut fas sit credere nullam rem tantam ac tam difficilem futurã, quam ille & administrare, & defendere, & exequi non possit, quò minus certa ac diuturna ẽ hominum uita, eò magis, dum per Deos immortales licet, debetis frui summi adolescentis uita atq; uirtute: at illorum etiam sententiam refutemus, qui asserunt nouum & inusitatum esse, & contra maiorum instituta Imperium adolescenti decernere: Dicerem, nisi uobis exploratum esset: Romanos, à quibus hoc præsertim in loco exemplum petere debemus, in his quæ ad pacem pertinent, consuetudinem, quæ ad bellum, utilitatẽ considerare, nec temporũ conditiones ad consilia, sed ad casus consiliorũ rationes adcommodare solitos fuisse, difficili enim reip. tempore Pompeium peradolescentem exercitui præesse, & ductu suo rem gerere uoluerunt, ille autem Imperium sibi demandatum accepit, rẽ præclarè gessit, prouincias sibi promissas summa innocentia & uirtute administrauit, dimicauit, uicit, quæ suscepit maxima bella confecit, & uictorem exercitum deportauit: meministis præterea Octauium tùm adolescentem postea cognomento Augustum concussa discordiis ciuilibus rep. artonitam consensu bonorum ciuium ciuitatem defendẽdam suscepisse, & Ro. Imperium diù felicissimè administrasse: occurrunt complura alia huiusce generis exempla, quæ, ne nimiũ flueret oratio, omisimus: Quã ob rem o Principes optimi, quod maiores nostri fecere nec inauditũ, nec contrà legem factũ dixerim, quorum auctoritate uidemur doceri sæpenumerò contemptis etiã legibus temporibus parere, et ex usu reip. non hominum uoluntate rem geri necesse esse: ex quo cum nec inauditũ, nec contra instituta sit Imperatorem adolescentem deligi, cognouerimusq; hominũ de Caroli indole opinionem: quæ in eo tanta est, quãta post hominum memoriã in ullo unq; alio fuerit constituta, omniũ nationum iudicio ac Deorum testimonio cõprobari, uideãt illi, qui nolunt adolescẽtiam ad suscipiendum imperium idoneam esse, ne id periniquũ habeatur, cæterorum hominum auctoritatem, & oraculorum de Carolo responsa

ab iisdem

ab iisdem ipsis, qui dissentiunt, improbari: reliquũ est ut illis clarius respondeamus, qui student nobis suadere utile esse Gallum eligi Impatorem, quòd etiã intelligimus uos sapientia uestra cognoscere inanem esse illorum argumentationẽ, uolui tamẽ uos rogatos memores essetis, í quo puto me haud reprehensum iri pro munere mihi demandato, quanti esset externũ hominẽ ad summum hunc apicẽ eligere, quò imperium à maioribus nr̃is in Germaniã translatum abiret, quo animo laturi essent Germani tantæ dignitatis amissionem: nemo sanè ẽ, qui nõ intelligat Gallos, si obtinuerint, nobis quottidiè insultaturos, & sublata Impatorũ nostrorum corona augeri Gallorum opes, minui Germanorũ potẽtiam, & gloriam: unde, si peregrinũ Principem in regnum Romanorum asciueritis, haud dubium est instare ingentes armorum motus, & funesta bella: Germani, qui liberi natura sunt, & ex suo corpore Imperatorẽ habere cõsueuerunt, sibi libertatẽ armis uendicaturos, pacis autem rationem haberi in primis oportet: Dicerẽ hoc loco, ni sapientia uestra uulgò spectata esset, ita agendum esse ne periculosa & callida consilia quietis cogitationibus tanq; splendidiora uideamini præposuisse, uosq; ipsos & Deos patrios ex tranquillo í tempestatem aduersam temerè immisisse, magni enim est animi præcipere cogitatione futura, & quid contingere possit, antè constituere, quod uos pro prudentia uestra facturos haud dubitamus, ut nihil resideat, quo paulò pòst amissa libertate tempus necessitasq; cogat manu decertare: repellẽdi sunt per Deos ĩmortales ambitiosi aduersariorũ conatus, qui tentant Germaniã in factiones diuidere, & ad ciuilia arma ĩpellere, ut longè ipsi spectent domestica nostra incendia: deliberate itaq; quod ex usu rerump. futurũ putetis, deliberabitis autem, cùm non sit difficilis deliberatio, Carolum Regem Ro. eligendum, nisi uos uobis ipsis deesse uolueritis, nam quid causæ est? q; iudicium uestrum inclinetur ad Gallos? nihil profectò: at contrà multa sunt, quæ uos ab ea electione possint remouere, & ab amicitia Gallorum auertere, si res superiorũ temporum in mentem uenerint, nam quo tandem animo in eam gentem esse debetis? quam uobis natura infestam fecit, quam natura à uobis diremit, &, ne ad nos trãsiret, Rhenum uorticosum flumen à summis Alpium iugis in Oceanum cadentem opposuit: eam uobis superiorem facietis? quæ ueteres inimicitias cum Germanis semper exercuit, quæ per omnia tempora uehementer certauit, ut uos sibi inferiores essetis: eam uos nationem domi imperantem feretis? quam dignitatis uestræ æmulam fortissimi parentes nostri bello uictam longè à ripis summotã esse uoluerunt, ut, quæ Gallorũ erat ora, maiorũ nostrorũ uirtute cisrhenana Germania sit appellata: sed quæ nostra ætate gesta sunt aduersus Germanos recordemini, ne cogar singula, quæ uobis cognita sũt, cõmemorare: quas iniurias Galli non intulere Imperatoribus nostris? quos populos, quos principes, nõ solicitarunt ad defectionem? ut duces nostros remouerẽt a magnis expeditionibus: Gallũ patiemini à uobis Impii insignibus or-

nari? qui ſemper ſtuduit à uobis trãsferre in Galliam Imperii ornamen
ta? ex ea gente Regẽ Ro. declarabitis? quæ eos, quos uos & mãores
uestri alias Impatores declararunt, ſemper oppugnauit? eum Impatorẽ
appellabitis? qui, ne nři imperarent, toties collatis ſignis conflixit? to-
ties ſuperatis Alpibus Italiã auſpiciis Germanorũ adminiſtratã turba-
uit? optimaſq; & amicas ciuitates ac uobis uectigales iniurioſè tracta-
tas ui occupauit? eum ad tantam dignitatẽ uocabitis? qui uestrã digni
tatem & uestrorũ ſociorum ſalutẽ ſummũ in periculũ & diſcrimẽ ſæpius
uocauit? nõ obliuiſci uobis conuenit indomita eſſe Gallorũ ingenia, nõ
augeri ſed frangi eorũ opes neceſſe eſſe: à Gallis igit̃ ora & oculos in Ca
rolum uertite, Carolũ reſpicite, ex uſo corpore Regem Ro. elegite, quẽ
oẽs ciuitates, oẽs ordines à uobis Impatorem depoſcunt, nõ debet extre
ma Maximiliani Cæſaris Auguſti cõmendatio parui apud uos eſſe pon-
deris, qui ut diligentiſſimè grauiſſimeq; potuit nepotẽ ſuũ adhuc puerũ
moriens uobis cõmendauit, ac formandũ tradidit: eũ abire inornatum ſi-
netis? qui, ut uos ornaret, quę habet regna in diſcrimẽ traheret, qui, ſi quã
do tempus popoſcit, effecit, ut re intelligeretis ſuũ in uos animũ: exiſti-
mabitis Gallum Germano anteferendũ? illum ad nouũ honorem tol-
li, hunc uetuſtiſſimo ſuorum titulo orbari honeſtum iudicabitis? ut in
illo incipiat, in hoc deſinat Imperii dignitas: qui parentes habuit adeò ſa
pientes & fortes, ut eorum diuino propè conſilio ac ſingulari uirtute pe
riculũ à nobis & tota rep. Chriſtiana plerunq; depulſum ſit: ex quibus
quid ab eo, cuius genus à parentibus tam claris deductum eſt, iurè expe
ctari poſſit, nõ difficile eſt pręuidere: Sed, quęſo, attentiori animo audite,
feretis ne illum exibilari? quem uocant Superi, quem poſcunt fata,
eum ne aſpernabimini? cui Deorũ & uatum reſponſa aſſignant omnium
gentium principatum? verùm de Carolo & eius maioribus cõpluria di
cam alio loco, atq; ita dicã Pr. iuſtiſſimi, ut neq; uera laus illis detracta no
ſtra oratione, neq; ficta eſſe uideatur: uos autẽ circunſpicite, quæ à Ca-
rolo apud uos nato & omnibus uirtutibus ornatiſſimo nobis promittun
tur: contrà uerò quæ à Gallorum Rege potentiſſimo ſperari liceat, ut
putem tutius eſſe longè eum timere, q̃ propius uenerari: hic quis ſit prę
ſens probat iudicium, quem inter amplexus educauiſtis: ille qualis ſit fu
turus docebit dies, & qui incertus eſt caſus: eia oſtẽdite patrię uinculum,
quo nullum aliud ſanctius eſt, apud uos non parum ualere, & cùm in hoc
uno maximè poſſitis re ſignificare ueſtram in Auſtrianum uoluntatem,
cui ſtudium, operam, cogitationes omnes ueſtras nuſquàm illi defuturas
plerunq; polliciti eſtis, & in ueſtra tm̃ ſit poteſtate & auferre & reſtitue-
re antiquam Germanis dignitatem, quorum rem æquè ac ueſtram cu-
rari à uobis cupitis palàm fieri: facite p Deos immortales ut Auſtrialis
& Germani pariter omnes ex ſingulari ueſtra fide uobis beneficio deuin-
cti ſint ſempiterno, q; ſi ex ſententia ueſtra eligatur Carolus præclara in-
dole iuuenis bellico ſpiritu inflammatus, ſuaq; & auorum ſuorum uirtu-

tute

tute ſuccenſus, multarum gentium, multorum regnorum dominator, &
ſuopte ingenio ad imperandum natus: habebimus, qui nos, qui fines, qui
publicam dignitatẽ uiriliter tueat̃, longeq; à limine Chriſtianæ religio-
nis hoſtem prohibeat, &, quãuis praro grati homines reperiant̃, Carolũ
tã Regem natura munificum, ſi in eum officium ueſtrũ humaniſſimè cõ-
tuleritis gratiſſimi & magni animi Principem experiemini, quod nolim in
hoc crimine uobis haberi: uos pro imperii ueſtri ſplendore & gloria uide-
te magnanimi Principes quem uobis animum ſuſcipiendum putetis: ue-
ſtri parentes p medias acies, per uulnera & diuerſa rerum pericula para-
runt uobis ſuo ſanguine Impium, uidete uos per cœleſtia numina, ne, ut
illis pulcherrimum fuit tantum imperii lumen uobis relinquere, ſic uo-
bis turpiſſimum ſit illud, quod accepiſtis, tueri ac conſeruare non poſſe:
Quare, ne ab hac ſãctiſſima electione deterreamini, audite obſecro: Qui
iudicant Carolum eligendum eſſe, auctores ſunt, ne ſingulos nominatim
appellem, uiri q̃plurimi maximarum rerũ peritiſſimi: auctores uiri ſum-
mo ingenio & prudentia præditi, auctores, qui magnis præfunt urbibus,
in quibus ſummum conſilium, ſummã grauitatẽ eſſe nõ ignoratis: aucto-
res magni Principes auctoritate & conſtantia ſingulari, quorũ res tantæ
geſtæ ſunt, ut, ſi uel de bello, uel de pace deliberandũ ſit, auctores nullos
habeatis grauiores: Audiuiſtis qbus rationibus mihi pſuaſerim ad Ca-
rolum imperium deferendum eſſe, audiuiſtis qui mecum ſentiunt, audi-
uiſtis qui Auſtrianum Imperatorem depoſcũt: cùm ergo ita ſit antiqua
Caroli origo, ut contemni non poſſit, ita præclara proauorum gloria, ut
diuini ſplendoris faces cæteris mortalibus prætuliſſe uideatur, ita pul-
chris artibus ille idem adoleſcens ornatus tantum animi, tantum integri
tatis, tantum auctoritatis in rebus adminiſtrandis demonſtrauerit, ut po
tuerit uos docere eo ipſo Imperatore rem omnem Chriſtianam fore bea
tiſſimam, ac dediſſe omnibus mortalibus certiſſima futuræ felicitatis te-
ſtimonia, atq; idem ab omnibus nationibus, à maximis & optimis uiris,
à Diis etiam ipſis ad Imperium uocetur, miror quid ſit, quod deliberatio
nem ueſtram remoretur, non uideo quem Imperatorem decernẽdum cẽ-
ſeatis, ſi hunc, quem Dii immortales uolunt, non decernatis: conſulite ſan
ctiſſimo iudicio ueſtro fractis Chriſtianorũ rebus, cùm enim ita grauia,
nec tam grauia q̃ neceſſaria ſint bella, quæ cum potentiſſimis hoſtibus
quottidiè geritis, ut ſint accuratiſſimè adminiſtranda, ac ueſtrum ſit unũ
omninò tantis rebus præficere, dubitatis Pr. Illuſtriſſimi adoleſcẽti Ca-
rolo, in quo eſt belli ſcientia, uirtus, auctoritas, fortuna, & quę in magno
Imperatore reliqua ſolent deſiderari, ad dignitatem patriã ppetuò con-
ſeruandam rerum ſummam tradere? ſalutem ueſtram credere? exercitus
committere? eũq; ad gloriam Germanorum amplificandam tandẽ Im-
peratorem deligere? atq; eidem ſummis, honoris, fortunę, uirtutis, inge-
nii ornamentis prædito, in quo maxima eſt ſpes & incredibilis omnium
expectatio: cui Dii ſuperi tot regna, tot populos, tot nationes ſubiecere,

uos quoq; rem Christianã & publicam dignitatem demandare? cauete, obiecro, ne & publicæ utilitatis, & amplitudinis uestræ oportunitatẽ amisisse uideamini. Carolus uobis à Diis superis oblatus ac datus & ad publicum honorem augendum natus existimat, quem si Dii ipsi nõ concessissent, eum publicis uotis his difficilimis temporibus optare deberemus: agite eum reiicietis? qui per ampliſſimos honorũ gradus ad Regium nomen puenit? eum non suscipietis? quem offerunt numina? eũ contemnetis? quem uobis cõmendant oracula? eorum itaq; uolũtatẽ, auctoritatem, & sententiã laudemus, ac summoperè cõprobemus, q uolunt Austrianũ cæteris cõpetitoribus anteferendũ, eumq; unum his tẽporibus idoneum esse contendunt ad suscipiendũ Ro. Imperiũ, qui plura, q̃ audeat polliceri, exitu præstabit, qui occasiones ad opitulandũ quẽrit, qui cõmunis salutis q̃ suæ laudis iter expeditius esse desiderat, ut in ea fortuna, quæ eius est, & ab ea uita, quam in eo planè cognitã esse arbitramur, atq; ex ea spe, quam idem ipse in manibus habet, nec sordidũ, nec pernitiosum quidpiam ab eo expectari conueniat: quoniã item ad auxilium patriæ non nudum cum bona tantũ uoluntate, sed cũ facultatibus accedere opus est: hic regna, prouincias, ciuitates, de quibus benè meritus est, habet obligatas, qui, ubi sensit Christianã remp. obitu Diui Maximiliani labare, legiones auxit, auxiliaresq; multiplicauit: nunc uerò equitatus auxiliorumq; tantas copias, quantas ad communem salutem liberandam conficere potuisset alius nemo, sua & fide, & uirtute, & liberalitate reip. nostræ coniunctas, & uobis maximè obsequentes sub signis habet: magnos item Duces ad bellum expeditos esse eduxit, ut, quod defensurus est, non sit periculosum intelligi, ipse animo paratus est imperium tueri, & ire quocunq; rei publicæ salus eum uocet, ut uel omnem belli impetum in se unum uertere non recuset, si modò possit eo casu aut patriæ incolumitatem confirmare, aut ab ea periculũ amouere: quæ cùm ita sint, non solùm benè sperare de eo possũt homines, sed exploratè iudicare qualis futura sit eo Imperatore Christianorum resp. Quam ob rem qui Carolum uolunt, magnoperè hortamur, ut bonis omnibus auctoribus permaneant in sententia: cùm omninò nihil sit, quod pertimescant: primùm enim in illis ipsis multum animi ac constantiæ inesse non ignoramus, deinde, si subsidio opus sit, tanta adest cum tanto studio (ut uidemus) Principum multitudo, quantam in ullo alio homine præficiendo nemo unq̃ alius affuisse recordatur, ut pluribus de causis nihil uos timere oporteat: fingite autẽ, obsecro, Germaniã Imperio orbatam, & gloriæ suæ iacturã, qua nil grauius est, lamentantem, quiescent Germani gens ferociſſima amissa gloria? qui pro gloria semper fortissimè dimicarunt? ferent æquo animo alienum Imperium? qui ut liberi essent, tot speciosissima uulnera ex prælio reportarunt? occurrite quæso sapientissimi Patres publico incẽdio, & quæ nobis struunt ruinæ, ac faces, sapientia uestra à patriæ finibus auertite, necnõ integritatis uestræ exẽplum

plum relinquite, atq; ita rem gerite, ut intelligat posteritas maiorẽ fuisse fortitudinem uiam ad sustinendum inuidorum impetũ, q̃ aduersariorum opes ad impugnandã bonorũ Principũ uirtutem, exista enim uia innocẽtia & domestica constantia plus laudis relaturi estis, q̃ armati ex acie: Quã ob rem, cùm hoc o Pr. optimi futurũ sit & toti mundo, & uobis ipsis maximo ornamento, ad hanc sempiternã laudẽ toto pectore incũbite: Carolũ Impatorem eligite: patriæ subuenite: periclitanti imperio opitulemini: omniũ gentium consensum & incredibilẽ conspirationẽ auctoritate uestra adiuuate: me, quod ad bonorum omnium desiderium accedit, uestrorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus amicissimum uobis fidelissimumq; cognoscetis, id enim patriæ charitas, uestraq; & communis salutis ratio efficit, ut uestram uitam meæ præferam: Cæterùm haud uereor, cùm diuinum animi uestri uigorem curamq; in remp. charitatem mecum considerẽ, quin uos Carolũ in Germania natũ, inter Impatores educatũ, egregiis exemplis institutũ, in administrandis regnis iuuenẽ iustitia clarũ, bello spectatum, & in oẽs liberalẽ, Regẽ Ro. declaretis: adeste igit aïs, rogo, Principes fortissimi, deliberateq;, & tandẽ maturo cõsilio statuite, utrũ nos, qui semp auctoritati uræ debiti fuimus, trãslatis alió coronæ nr̃æ ĩsignibus semp miseri lugeamus, & diù uexati à pditissimis diuersarũ gentiũ ciuitatibus mœrore conficiamur: an Carolo Austriano, qui communem salutem & bonorum omnium uitam sua beneuolentia, præsidio, custodia, & auctoritate tegere consueuit, Imperatore declarato, per uos, per uestram fidem, uirtutem, sapientiamq; recreemur: sed quid me tantum angit huius rei molestia? cùm uideam in hoc numero neminem esse, cui semper Austrialium domus curæ non fuerit, cuius non extet in patriam meritum, atq; equidem, cùm me uerto intueorq; & unũquẽq; uestrum contemplor, uester iustissimi Principes conspectus & cõsensus iste mẽtẽ meã reficit, ut iam uidear uidere Germaniã p uos pristinam suam dignitatem retinuisse. Hæc quidẽ multa uehementia agebat Tridentinus, cùm absentis Caroli rem defenderet, subiiciebatq; complura alia ante oculos, quæ malebat intelligi, q̃ explanari: & ad reliquos labores, quos in hac causa maiores susceperat, q̃ in cæteris etiã hanc molestiam assũmebat: quòd cùm cognosceret Gallum ualidissimum aduersarium habere multos in Germania suæ dignitatis fautores, dolebat, & acerbè ferebat, & quantum sibi cõcessum esset, studebat illos ad saluberriora consilia reuocare, ea cura, eo ardore res acta est, ut cùm aliorum Principum studio, tum præsertim egregia Tridentini opera Carolus in celeberrimo totius orbis Franchfordiæ concilio expugnata Gallica factione, Rex Romanorum, & Imperator declaratus sit, & deinde Bononiæ per Clẽmentem .vii. Pontificem Max. coronatus: fuit autem electus quarto caï. Iulias M. D. xix. His quæ oĩum gẽtiũ intererãt expeditis Federicus Comes Palatinus Ludouicũ electoris frater ad Carolũ in

Carolus .v. Rex Ro. electus.

Federicus Co Pal.

Hiſpaniam orator deſignatur: quò profectus in oppido eorum lingua Molino uocato Regem offendit, cui, ut ſibi demandatum fuerat, electionis decretum reddidit, pridie cal. Decembris, eodem anno: quibus etiam diebus Tridentinus domum reuerſus eſt, ſed mox ab aliis commiſſariis in pontem Aeni reuocatus, ubi multis diebus immoratus eſt: Carolus uerò, quem & Ferdinandum eius fratrem minorem natu ſuos nepotes Maximilianus decedens hæredes reliquerat: cùm audiſſet ſe Principum cõſenſu Romanorum Regem declaratum, Deos immortales, quibus, q uoti compos eſſet, acceptum rettulit, teſtatus eſt: ſe nihil omiſſurum, quod rei Chriſtianæ & Imperatoriæ dignitatis eſſet: verùm, cùm in Germaniam ire oporteret, ut, puincias ſibi & fratri ſuo Ferdinando ab auo relictas, quas ſe abſente acceperat multa gerere pro libidine, imperio compeſceret: nec ſibi tum liceret ex Hiſpaniis decedere, ne quid fieret licentius q̃ æquum eſſet, per cõmiſſarios, qui nec uim nec minas cuiuſq; pertimeſcerent, rem geri operæprecium cenſuit: Huic igitur tanti ponderis negocio Tridentinum & alios Principes præpoſuit: quorum auſpiciis cuncta adminiſtrarentur: mandauitq; omnes, ne ſingula ſuis nominibus uocentur, prouincias, patrias, utriuſq; ſuperioris & inferioris Auſtriæ comitatus, & quæ reliqua ſũt ditiſſima dominia ab auo nepotibus legata commiſſarius, in quibus ſatis animi conſtantiæq; eſſe arbitrabat, obedientia eſſe: dum ipſe paccata Hiſpania, & regnis compoſitis per mare claſſe inſtructa in Germaniam nauigaret: ſuſceperunt illi forti animo prouinciam ſibi demandatam: cùm nefas eſſet Cæſaris deſiderio repugnare: qua in re præcipuam impendit curam Tridentinus: qui, etſi non ignoraret magna uirtute opus eſſe: ut tot ferociſſimi populi in fide continerentur: & labantes uulgi animi quiescerent, cùm præſertim Gallorum Rex nuper in petitione ſuperatus non deſineret eos quibuſuis modis tentare, ut ciuitatum ſtatus perturbaret, perfecit tamen omnia ex uoto: ut plura etiam uiſus ſit præſtare, quàm expectabantur: eo autem tempore max mè perſpecta eſt eius prudentia, & in rebus agendis apta inuictaq; natura ad difficilimam quanq; rem abſoluendam: quo exemplo docuit nihil eſſe aut uideri tam arduum homini, quod pertinaci labore & uirtute uinci non poſſit: Intereà ſuperato anguſto & procelloſo pelago, quod inter Gallicam oram & Britannorum inſulam hiberno ſidere uehementer exæſtuat: Carolus in Germaniam inferiorem delatus eſt anno ſalutis M. D. XX. ſeptimo Caleñ. Iun. ubi collaudatis primùm omnibus: quòd publicæ Germanorum dignitati non defuerint: ſed Tridentino & reliquis commiſſariis potiſſimùm: per quos uidebatur ex animo omnia conſecutus, cõparata undiq; ingenti oĩum generũ põpa, ut, ex maiorũ cõſuetudine coronaret. Aquiſgraná dicta die ꝓfectus é, olim (ut cõiectura é) Eburonũ urbé, q ĩter Celtas ſcribunt nõ lõgè ab Arduena ſilua: ubi mos é uetuſtiſſimus Impatores primã imperii coronã ſuſcipere:

Trid. Prudentiſſimus

Carolus in Flandriam tranſit.

Aquiſgrana Eburonũ urbs.

ſcipere: apud Eburones autẽ ſtirpem Caroli magni in uico Lupilia nomine, uel, ut alii codices habent, Lupia, Leodienſi (ut nunc loquuntur) ciuitati proximo ortum habuiſſe tradunt, Pipinoſq; & Carolomanos Belgas ſimulq; Germanos fuiſſe: vnde in Germanos cisrhenanos, qui Belgæ ſunt, à Græcis tranſlatũ fuiſſe uel potius reduſſe imperiũ quidã contendunt: nunc autẽ Aquiſgrana Brabantiæ prouinciæ ciuitas eſt Epiſcopalis ad ripas Rheni citeriores poſita diœceſi Colonienſi ſubiecta: eſt autẽ Colonia olim Agrippina in Germania inferiori Vbiorum urbs Archiepiſcopalis: Aquiſgranã igitur Principes electores, cõmiſſariiq; omnes, & incredibilis nobiliũ uirorum frequentia ſe cõtulere: quò tanto opum hominumq; & equorũ apparatu ſe recepit Carolus, ut non auſim ea attingere: iccircò, ne uidear magis in Cæſare laudando occupatus egẽte nullius præconio, q̃ in Pontificis Tridentini rebus geſtis, quas ſuſcepi commemorandas, relinquã aliis: qui ea felicius memoriæ cõmendent: certabant ſanè omnes diuiti cultu ſpectante Imperatore in campũ prodire: ſuperare omnes animi magnitudine, opũ copia, & phaleratis equis, tanto iudice uinci nemo nolebat: in tali itaq; diuitiarum oſtentatione & Procerum ſuperbia Tridẽtinus, etſi magnos Principes præſtare opibus nõ poſſet, erat tñ altitudine animi inferior nemini, ut uario ornatu inſtructus, denſaq; clarorum uirorũ & ſuorũ & Tirolenſiũ multitudine circũſeptus in publicum exierit: qui Carolum comitatus Imperatoriç coronationi, & omnibus cęrimoniis, quæ in his ritè ſeruant interfuit, quibuſq; potuit rebus mentẽ ſuã in Cæſarem teſtificatus eſt: in tanta igit terrarũ omniũ expectatione Carolus quintus Maximiliani aui ſui ſucceſſor Aquiſgranæ feliciſſimè coronat, anno à partu ſalutifero M. D. xx. decimo cal. Nouẽbris poſtero die q̃ uenerat: Eodẽ ãno Belgradũ, qd priſco noĩe, (ut quidam iudicãt) Alba greca fuit appellatũ, Pãoniæ inferioris oppidũ, & loci natura & humana ope munitiſſimũ amiſſum eſt: in quo res Chriana nõ mediocrẽ iacturã paſſa eſt, ut uideat tum ex hoc, tum ex aliis plurimis, quæ poſterioribus tẽporibus contigere, Sulthanus Turcarũ Impator ſorte quadã cum ſereniſſima Auſtriæ familia de gloria concertare, & fara fatis cõtraria cõcurrere: Carolus Imperii inſignia ritè & augurato adſecutus in Burmatiã ciuitatẽ, ubi conciliũ indixerat, ſed in ſequentem annũ ꝓrogatũ: ubi uiſum eſt adeſſe tẽpus, excõpoſito iter cõuertit, ſubſequẽte Tridẽtino, uti erat impatũ, quẽ & laude & admiratiõe Cęſar ꝓſequebat. Multi aũt aſſerunt Burmatiẽſes olim Vangiones fuiſſe Mocõtinis ac Rheno fl. finitimos: ibi de multis rebus actũ eſt, ſed pcipuè de adminiſtratione Imperii, ſi fortè Cæſar in ſua Hiſpaniarum regna rediſſet, diù diſceptatum (ut fit) uoluntatum diuerſitate, dictæq; ſunt ab omnibus ſententiæ: multi prætereà Principes ſua pheuda & munera honoraria, quæ uocant Imperii regalia, acceperunt, eo item in conuentu de hæreſi Lutherana acerrimè diſputatum eſt: factumq; aduerſus Lutheranos decretũ: quod, ut fuit ſanctiſſimũ, ſic utinã fuiſſet cõſtãter obſeruatũ:

Singularis pompa.

Carolus V. coronatur.

Belgradũ.

Burmãtiæ concilium.

Tridentinus non paruæ ubiq; æſtimationis habitus, ſuſceptis & ipſe ſuis honorariis muneribus coactus eſt aduerſa ualetudine, anteq̃ cõciliũ dimitteret in patriã reuerti: quod tñ præſens nõ potuit, ut cupiebat, præcere, p Ioãnẽ Gaudentiũ Madrutiũ Aulæ ſuæ magiſtrum & Arcis Theni præfectũ tractandum curauit: eo tẽpore expoſitis Cæſari multis, quibus Epiſcopatus Tridẽtinus p̃mebat, oneribus, Riua oppidum Epiſcopatui integrè reſtitutũ fuit: cùm item Bolgianũ oppidũ, quod ad Eccleſiã Tridẽtinã haud dubiè ſpectabat, ab Archiducibus Auſtriæ tanq̃ comitibus Tirolis multis annis fuiſſet occupatũ: ut iam ſpes nulla eſſet recuperationis, appareretq̃; inconſulti hominis eſſe id à Cæſare repetere, quod iã Cæſaris eſſe exiſtimaret: tentatum eſt, ut quid aliud cõtrà penderetur: quo factum eſt, ut Precinũ oppidũ pro Bolgiano tributũ ſit: fuerunt etiã effoſſionũ & metallorũ iura reſtituta, & alia inſuper cõplura ſtudio & opera Tridentini impetrata expeditaq̃;, quẽ ubi cognitũ fuit rebus agẽdis multũ ualere, ĩ Aulã ſtatim p literas accerſitur: nam ſanè ita ſe in omnibus expeditionibus geſſerat: ut, cùm ſæpius deinde uariis in locis indicti eſſent publici conuentus, ab Auguſtano, qui ante mortẽ Maximiliani Imperatoris poſtremò celebratus eſt: uſq; ad ultimũ cõciliũ Ratiſponæ M. D. ii. ſupra trigeſimum anno ſtatutum uoluit Cæſar eum oĩbus intereſſe: &, quã putabat non cõtemnendã, eius ſententiã audiri: ex quibus liquet quãti fecerit Impator Tridentinum hoſtem emunctum, cui nihil occultum eſſe uoluit, quod ſuum eſſet: imò, qd̃ uerius eſt, inhibuit qd̃ piam agi in ſenatu, qd̃ prius cum eo non fuiſſet cõmunicatũ: de cuius integritate tam conſtanti Cæſaris iudicio ĩ magnis & diuerſis rebus declarata, arrogantiæ eſſet grauiores teſtes requiri, quem cognouerat urbanitate leporeq̃; & omni ſuauitate conditum, &, qd̃ in magnis negociis requiriť, plurimùm poſſe prudentia, & in rebus agendis facilitate: ſed in eo maximè laudabile exiſtimauit, quod licet ille eſſet tot p̃claris animi dotibus ornatus, ſe tñ nihil ſcire ſolitus erat dicere, p̃terq̃ exiguã quandam amandi diſciplinã, quãobrem eodem tempore in Auſtriam orator deſignatus eſt: qui cũ Andrea Burgo patricio Cremonẽſi Reginas ad maritos Reges comitaretur: dimiſſo aũt Burmacienſi cõuentu Cæſar in Flandriã reuertiť vñ in Hiſpanias cogitabat, ubi audierat populares tumultus excitari: quo ẽt tẽpore uidebaťex Gallia ſuboriri bellũ in Italiã: ubi tandẽ Gallorũ Rex, dũ Ticinũ vrbẽ ualidis copiis obſidet, ab ĩuictiſſimo Caroli exercitu, quò ẽt Ferdinãdi copiæ auxiliares miſſæ fuerãt, captus ĩ poteſtatẽ Cæſaris uenit: anno ſalutis M. D. xxv. ſexto caľ. Martias: Tridẽtinus aũt in Auſtriã p̃fecturus uota ſuſcipit: qui nõ ea modò, quæ tradidimus munera publica obiuit: verùm & peregrinatiões alias multas difficileſq̃;, quas nos præteriuimus, ſuſcipere coactus eſt: & à primo profectionis die p multos annos cõſtanti aĩo & indefeſſo nõ deſtitit: Mariã igitur Caroli Cæſaris & Ferdinandi ſororẽ ad Ludouicũ Pãnoniæ Regem, cui fuerat in matrimoniũ locata, præcioſiſſimis margaritis multoq̃; auro adornatã

Loca epã tui reſtituta.

Trid. in aulã reuocatur.

Trid. Cæſari chariſſimus.

Trid. in Auſtriam orator deſignatus.

Rex Gallorum captus.

Maria Lud. Regis Vng. vxor

ro adornatam non minori ſumptu ſuo q̃ labore in oppidum Auſtriæ inferioris eorum lingua Amburgum uocatũ comitatus eſt: inde uerò Annam eiuſdẽ Regis ſororẽ ad Ferdinandũ tum Archiducẽ Auſtriæ & Hiſpaniarũ Principem, cui nupta fuerat, Linciũ ad Danubium fluuiũ Auſtriæ oppidum deduxit: in qua quidẽ legatione plena Principis uirtus enituit: cognitus.n.eſt non minus ſapiens q̃ magnificus: vnde tanta beneuolentia Reginas ſibi conciliauit contemperato ſuo ingenio & ad omnia facili, ut obſeruari magis ab illis q̃ diligi uideretur: ſi uerò quid illi expenſum ſit in ea expeditione quæratur, ne munus oratoriũ, quo ipſe pro ſereniſſima duorũ Principũ maieſtate fungebatur, auaritiæ ſuſpitiõe inficeretur: id primũ in mentem ueniat, Tridentinum nobiliſſima familia ortum liberaliſſimi Principis ingenium geſſiſſe: eumq̃; unũ non ad alendas ſed ad perdendas opes natũ: ut ſemper iudicauerit uirtutũ omnium maximã eſſe beneficentiam, eãq̃; Regibus, ut ipſe cõſueuit propalàm affirmare, quadam neceſſitudine natura cõiunctã: nullo uerò grauiori morbo afflictari mortales q̃ auaritia: nulla uirtute clariores fieri q̃ continentia: quæ reddit Principũ animos inſuperabiles: nullus ſanè adhibitus eſt ſumptibus modus, ubi publica dignitas poſceret, cùm ſciret, & id palàm prædicaret, cùm cæteris oĩbus, tũ his maximè, qui Regũ magiſtratus gerent ſordidam eſſe pecuniæ cupiditatẽ: qua ſola uirtutes oẽs obſcurarentur: ſeruire hominibus nõ dominari aurũ debere: Pannonica igitur & Auſtriali legatione ſumma cũ laude functus plus gloriæ q̃ pecuniæ ſecũ referens domũ reuerſus eſt: vnde tñ paulò pòſt ueluti quieti infeſtus receſſit: quãdoquidẽ iuſſus eſt Ferdinandum comitari, qui in Flandriam ad Oceanum prouinciam iter deſtinauerat M. D. xxi. pridie caľ. Nouembris: verùm, cũ iam Herbipolim oppidum uſq; p̃greſſus eſſet, Archidux Cæſaris conſilio reuocatur, ob multa quæ ſuperuenerant impedimenta: paucis autẽ poſt diebus in Brabãtiã profectus eſt: Verũ ne quis fortaſſe quadã nominum affinitate deceptus putaret Burmatiam & Brabantiam eandem eſſe, æquũ duximus lectorem monere Burmatiã urbẽ eſſe ubi diximus conuentũ habitũ fuiſſe, Brabantiã autẽ eſſe in Gallia Belgica ciſrhenanã Germaniæ regionẽ, quã, ut licet ex coniecturis ſuſpicari, olim habitarunt Aduatici eiuſdem Galliæ populi, ex Cimbris Theutoniſq̃; trãsrhenanis gentibus progeniti: Quidam putant Ambuaritos populos Brabãtiæ partẽ fuiſſe, in Belgis etiam ſunt Eccleſiaſtici Imperatoris electores, & ferè oẽs q Gallorũ Reges eligũt patres uocati, & quod eius p̃fciæ ſingulari gloriæ aſcribi põt, & Rex Romanorũ & Rex Galliarũ uterq; apud Belgas ungiť, cõſecraturq̃; & coronaťi: Ferdinãdus igiť in Brabantiã cõtendit anteq̃ Carolus in Hiſpaniã traiceret: vt Maximiliani Imperatoris patriæ prouinciæq̃; & dñia hæreditaria, ac theſaurus diuideretť: qd̃ quidẽ prius Burmatiæ cœptũ nõ licuit perfici: quorũ alia Carolo data ſunt, alia in Ferdinãdi ditionẽ deceſſere: quò etiã Tridentinus, ut erat mandatum, quia in eo multum ſpei utriq; fuerat conſtitutũ,

Anna Ferd. vxor.

Trid. Magnificum Principẽ.

Trid. ex Pãnonia legatiõe reuertitur.

Diuiſio prouinciarum.

Principẽ cõsecutus est:indecorũ nanq; putabat ulla picula ꝑ Archidu
ce detrectare,qui in diuidẽdis prouinciis,ubi opus erat multo ingenio,
diù ac sedulò laborauit:atq; ita ut duob⁹ Principib⁹ plenè satisfactũ fue
rit:rebus aũt octo mẽsibus ꝑ utriusq; uolũtate cõfectis domũ regredit:
Trid. Regi gratissimus. Ferdinãdus cũ iã sibi idies aptius explorata esset Tridẽtini prudẽtia,& in
corrupta fides,sibi d̃ reliquo tẽpore eius operã petiit:ut sua potissimũ cu
raret:quo deinceps ut legato & cõsiliario in uariis negociis & magnis pe
riculis usus est:nec erat,qui cũ libẽtius mentẽ suã cõmunicaret,tanti cer
tè eũ fecit ob eã,quã sibi cõparauerat ex præclaris opibus æstimationẽ,
ut eũ patris noĩe nõ indignũ iudicauerit,quo breui factũ est, ut non mi
nus potentia q̃ iustitiæ & bonitatis opinione ualeret:Sequẽti uerò an
no M. D. xxii.Cæsar magnis uiribus adortus Tornacũ ciuitatẽ munitis
Tornacum urbs expugnatur. simã in Flãdria Belgicæ parte oppugnauit,quã Galli,qui eã urbẽ solam
habuere in ea regione,firmo præsidio tuebant̃,ac fortissimè resistebãt,ne
de ciuitate,& ea amissa,de tota Flandria eiicerent̃:quæ,etsi uideret̃ nul
lo ingenio,nullis militaribus opibus expugnari posse,eã tñ ualido exer
citu circũsessam,incredibiliq; tormentorũ numero uehemẽtissimè oppu
gnatã nõ multò pòst ui capit flagrãs uictoriæ cupidine Impator:captũq;
ditioni suæ addidit: à qua expeditione nunsq̃ abfuit Tridentinus: Ge
nuã sub idẽ tẽpus in Italia Ligurũ metropolim,& totũ Mediolanẽsiũ du
catũ expulsis Gallis deuicit: At cõtrà eodẽ tẽpore,qd̃ nõ est indignũ me
moratu,ut ĩtelligas,qua ui oĩbus in rebus duorũ Impatorũ concurrãt fa
ta:Sulthanus Solomon sæuus Turcarũ tyrãnus Rhodũ urbẽ & eiusdẽ
nominis in mari Lycio ĩsulã, portubus, mœnibus,& reliquis ornamentis
clarã,legũ præstantia olim memorabilẽ,& quæ naualis rei peritia annis
Rhodos capitur. multis imperio maris potita est,numerosa classe diù obsessã, & tandem
captã,eiectis Christianis regno suo subiecerit. At,ubi Cæsar felici usus
nauigatione ꝑ Septẽtrionalẽ Oceanũ in Hispaniã deportatus est,à Fer
dinãdo tum Archiduce Austriæ & Caroli fratre in Germania uicẽ gerẽ
te indict̃ Nurimbergæ Cõuentus Impialis,quã multi cõiectãt Fegodu
Nurimbergæ conuentus. num prius uocatũ, quò,ut erat institutũ, Tridentinus cõcessit:in eo cõci
lio de multis tractatũ est,sed p̃cipuè de repellẽdo Turcarũ impetu,qui ĩ
Pãoniã trãsierant:aduersus itẽ Lutheranorũ hæresim indies magis gli
scentem consiliũ initũ est,ubi nihil à Tridentino p̃termissũ:qd̃ eo tẽpore
iurè ab eo expectari debuisset:Dũ aũt his de rebus cõsuliť,& uariis dis
putationibus tẽpus cõteriť:cõciliũ in sequẽtẽ annũ ꝓtrahit̃: Tridẽtinus
interim domũ cõtẽdit:uerũ paulũ domi imoratus ad secundũ Cõuentũ
Nurimbergæ habitũ cum Ferdinãdo reuersus est,anno Virgineo M. D.
Conuentus Nurimbergæ. xxiii. sexto idus Nouembris; Mens omnium erat, & id unum in primis
quærebatur, ut populis Lutherano morbo exulceratis adhiberetur a
liquod remedium,cũ uiderent eam latè contagionem serpere, & ueluti
immedicabili cancere fædari omnes ciuitates:tentatum certè est eo con
cilio totis uiribus curare animorum ægritudinem:uerùm maluit homo
malè

malè sanus pertinaciter ægrotare,q̃ salubri bonorum Principum consi
lio parere:quod cùm nihil proficeretur,solutus est conuentus:Ferdinan
dus cum Tridentino per Ducatum vvirtẽbergiensem, Alsatiamq; &
Comitatum Tirolensem,atq; alias regiones progressus, quę sibi ex secũ
da diuisione cesserant, earum prouinciarum & locorum omnium pos
sessionem capit:quibus absolutis Tridentinus in ciuitatem suam regre
ditur,anno Christiano M. D. xxiiii.tertio decimo cal̃. Augusti: Verùm,
cùm Ferdinandus eniteretur Lutheranismum omninò de medio tolle
re:tertium Nurimbergæ conuentum Imperialem celebrari ĩstituit; quò Comitia Nurimberga.
tertio decimo cal̃.Decembris eiusdem anni Tridentinus accessit: cùm ei
concilio interesse oporteret: ubi insudatum est totis uiribus, ut Luthe
ranæ leges,si eradicari penitus non possent,minus tamen insolenter Ro
manæ Ecclesiæ insultarent,cæterùm quò magis refricatur uulnus, eò a
cerbius recrudescit:consultum prętereà est,quibus copiis, qbus subsidiis
aduersus Turcas Pãnonum ceruicibus assiduè ĩminentes eundum esset:
quod uniuersæ reip. Christianæ intererat, &, ne infectum relinquere
tur,quod potissimùm in Lutheranos agi cœptum fuerat,eodem ferè tem
pore ĩdictus est priuatus Ratisponæ conuentus:ubi commodius con Concilium Ratisponæ.
sulteretur,quò,simulac fuit dimissum Norimbergiense concilium, Ferdi
nandus & Laurentius Campegius Cardinalis Leonis Pont. Max. lega
tus accesserent,subsequente Tridentino,nihilq; omittente, quod ad expu
gnationem Lutheranæ pertinaciæ desideraretur:ut quæcunq; ad eam ré Lutheranæ hæresis.
facerent perspicaci ingenio excogitaret,efficeretq;, cùm uerò tractaret
de reformatione rerum Ecclesiasticarum usq; ad proximum concilium
breui indicendum,insurrexit uenenosus serpens Thomas Muntzer no Thomas Muntzer.
uarum hæresum inuentor,& seminator,& ab ipso etiam Luthero dissen
tiens:sed tamen aduersus Ecclesiam catholicam(quæ nomina usurpan
tur sacris scriptoribus)spicula contorquens:incendium insuper adiuuat
Andreas Carlstadius,uir nobili genere natus,sed malitiæ suæ turpitudi Andreas Carlstadius.
ne totus cõmaculatus:qui præter cætera, quæ pacem de medio tolle
bant ciuitatum altricem,contendebat omnia omnibus communia esse
debere:uerùm id pro explorato habetur, Martinum Lutherum tantæ
pestis principium & fomitem extitisse:ex cuius schola & malarum om Lutheri schola.
nium artium officina complures uanis opinionibus instructi in Christũ
reip.nostræ conditorem,ueluti ex insidiis consurexere, qui eum confo
diunt,& diuersis uulneribus lancinant:quorum alii,cũ audirẽt ipsum Lu
therũ de nouis uiuẽdi institutis aduersus Romanã Ecclesiã disputantẽ, à
Chro defecerũt Lutherũ secuti:alii uerò, ut sunt diuersi humanorũ ĩge
niorũ captus,non quod ille sentiret, sed quod sibi maximè consentaneũ
uideretur,ab eo dissentientes nouos religionis ritus instituere: ut tñ oẽs
Christũ deserant:& infestis telis petant, quod si ex multis unũ resecue
ris, plura renascuntur capita, quæ in cœlũ sibilant, quæ uenena euo
munt, quæ ignes & faces uibrant, quæ populos urunt, & enecant:

Lutheranæ sectæ principium.

Lutheranismum autem initium habuisse haud dubiũ est anno Christia-
no M. D. xvii. Leone decimo sũmo Pontifice: Maximiliano autem Cę-
sare Augusto, cùm enim Episcopus Magdéburgiẽsis pontificias litera-
ad eluendos populorum errores de more impetratas in sua diœcesi pu-
blicari iussisset: magnusq; esset hominum concursus in templa affluenter
numos offerentium: Federicus Saxonum Dux elector Imperii iniquum
esse duxit, tantam pecuniarum uim ex suis regionibus extrahi: & ciuita-
tes sacerdotum cõmodo exinaniri, qui, dum multa, & ea quidẽ grauia ma
chinaretur, ut populũ à Romana religione deterreret: id tãdem aggre-
di proposuit, quod sibi successurum iudicauit, Martinum Lutherum mo-
nachum Diui Augustini heremitanum, hominemq; inuerecundum Ro-
manæ Ecclesiæ obiicere: qui maximi Pontificis auctoritatem audacter
impugnaret: Lutherus autem pro Ducis uoluntate omnia facturus, un-
de sibi multum nominis accessurũ considerabat, populo in concionẽ uo-
cato uehementi oratione contendit uana esse diplomata ab Romana urbe
ad Saxones missa, & nihili prorsus facienda, nõ tãti esse Romanum Sa-
cerdotem, ut sibi arrogare liceat, quæ soli Deo concessa sunt, quæ dum
suaderet tanto ferebatur calore concionator impudens, ut non modò e-
neruaret, sed etiam sanctissimas Ecclesię Romanæ sanctiões tolleret, atq;
eam gentem natura ad hæreses procliuam permoueret, & à uero Deorũ
cultu auerteret: ex hoc tam tenui principio creuerunt tam lata incendia
mortalium animos paulatim depopulata: ab hoc uno initium turbandi
omnia exortum est: hinc Lutherus homo temerarius habito perditissi-
morum hominum delectu cum Romana Ecclesia in aciem progressus
est, & multis aliis ansam præbuit nimium audendi in catholicam fidem:
quãobrem eo uentum est dementiæ, ut iam nulla Christi habeatur ra-
tio. Per id temporis rusticorum seditio excitata est, qui ex agris & mõti-
bus in Principes inflammati per omnem Germaniam uagi ac prædabũ-
di discurrebant, quod ob id rusticorum bellum, sed uerius tumultus ap-
pellatus est: aiunt Saxones primo Lutheranam impietatem sinu aluis-
se, atq; inde contagiosum morbum in uulgus exiliisse: huius autem tu-
multus causa & principium uariis modis traditur. Audierant imperiti a-
gricolæ ex Lutherana secta omnes templorum Antistites, qui ma-
ximè dites erant & beneficiis Ecclesiasticis opulenti, deponendos esse:
& pauperibus adæquãdos: nec ad Pontificem Romanum, sed ad popu-
los pertinere sacerdotes arbitratu suo instituere: quod nõ difficile fuit ru
dibus gentibus persuadere, cùm maximè sperarent, si quis nouus tumul-
tus exoriretur, se ex Episcoporum & ciuium præda ditari posse, & opulẽ
tiores factos superatis etiã Principibus dominari: alia etiam narratur &
fortasse probabilior tanti incendii ratio: Morem esse aiunt in Germania,
sicuti aliis multis etiam in locis, agrorum cultores uicatim ex frugibus
soluere aut Ecclesiis, aut Principibus, aut ciuibus diuersorum generum
decimas, aliaq; insuper, quæ immanissimè exiguntur, tributa, lamenta-

Rusticorũ tumultus in Germania.

Causæ tumultus.

bantur

bantur ruricolę ea onera ferri non posse: se temporum iniquitate ad inopiam deuenisse, se tanquàm seruos à dominis sæuissimè tractari: ob diuitum impietatem se uxores q; ac liberos diutina fame confici, & ui uentorum ac frigorum nudos aduri: Episcopos, quorum est misereri, crudeliores esse: se à foribus, se à cõspectu Principum repelli: non audiri querelas suas: Principes agricolis non ut hominibus, sed ut Asinis impare: agi miseros ut clitellaria iumenta: quicquid ruri nascitur, quicquid terra alitur, quicquid ferunt nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, i urbes uehi oportere: cuncta suis laboribus ciuitatum deliciis parari, quicquid tandẽ ex rure capitẽ commodi earum esse: quis ferret tam diuturnam seruitutem? iussi præstò adesse cogimur: fossas cauare, aggeres attollere, muros struere, paludes exiccare cõpellimur, & illis ipsis nondum confectis, alia & quidem intolerabilia parata sunt onera, non licere sibi nocte saltẽ intempesta quiete ulla assiduas curas parumper demulcere: &, quo cuncta alia leuantur animalia, somnum capere: duris & sine ullo otii interuallo laboribus urgeri: Sisyphium saxum uoluere: pestilentẽ Austrum perferre, &, quod magis excruciat, nihil spei tantis malis superesse: mittuntur præterea ex ciuitatibus, qui nos uix ægros trahẽtes artus furtim insequantur, si quid obstrepimus, uel sacculus panarius casu ex humeris deciderit, prodimur miseri, repentè conclamatur, quo exibatis latrones? uenatum? uetitum est: grauiter peccatũ: deferimur q̃primũ, rapimur in uincula, & laqueis capimur, qui arguimur lepores cepisse, nec licet nobis, quod quidem inhumanum est, iisdem rebus ali, quæ sudoribus nostris ferunt ex agris, si. n. caseo & piris uesci deprehendunt, nos ingenti stomacho insequuntur, eã Regiam mẽsam esse, non decere agrestem iisdem cibis uti, quibus Príncipes, ob id ueluti rebelles proscribimur: Dii boni glandibus uescemur, atq; utinam glandibus more maiorũ uesci liberè liceret, si quem ĩsuper peregrè transeuntẽ poru uel hospitio piè susceperimus, impiè fecisse redarguimur, exulem & damnatum hominem suscepisse accusamur: trahimur ui p ciuitates, concurrunt undiq; spectaturi satellites, ueluti bellatores ex prælio redeũtes & captiuam prędam adducentes, risu & iniuriis excipimur, in custodiam conniicimur, si quid reliquum est ex tenui supellectile corraditur, ubiq; hasta & sector: inquieti sunt qui agros colunt diris exactionibus, non putamus, inquiunt, tanta sæuitie in Italia homines afflictari: ubi fama est incredibilem pecuniam tributaq; & onera cunctis aliis gentibus intolerabilia populis imperari: infinita sunt, quibus uexamur, mala, & quò patientius feruntur, eò fiunt graviora: at Præsules isti, & qui intra muros se tuentur diuites, opes labore & studio nostro paratas per luxum & lasciuiam perdunt: &, cùm liberi nostri fame glacieq; deformati pultibus egeant, aurum ipsi profundunt: canes, equos, scorta alunt, per omnes delicias uitam ducunt: &, dum nos ruri in opere maceramur, illi aureis toris extenti, ac supini stertunt, aut inter lusus & calices annos fallunt, nec unquàm senescunt, sinuntq;

Lamentatio agricolarum.

ingenium ſecordia torpeſcere,nam,cùm omnium rerũ abundantia exu-
berent,nil metuunt peſtilenté annũ,aut inopiam frugũ, aut neglectũ a-
grorum cultũ,nos uerò, ſi quo malo ſidere ſterileſcũt agri, cogimur exté
plò mendicare,hinc,quia miſeri ſumus,nos ſpernunt diuites, qui pauper
tatem præcipuum malorum credunt.Hæc cùm ſecum uerſarent animo
agricolæ,ad mala oĩa accendebanť:memorantur p̃tereà alia quoq; ruri
colas in nobiles animaſſe,eorum plæroſq; audiuiſſe priſcis temporibus
ex gregariis militibus alios ſenatores fuiſſe, alios dites factos Regio cul
tu ætatẽ egiſſe,qui talia ſibi,ſi & ipſi in armis forent,ex uictoria ſperabãt:
ad hæc quoq; accedebat,q; iuuentus,quæ in agris manuũ mercede ino-
piam tolerabat,malorum hominũ,qui cupiebant oĩa ſeditionibus agita-
ri,largitionibus ſolicitata vrbanũ nitorẽ,& ocium incultæ uitæ & ingra
to ruris labori præferebant:nã,cùm ipſi opibus indigerent, alienis bonis
facilè inuidebant,& potentiores iniquo animo ferebant,ob id cõturbari
omnia q̃ ſe parum ualere malebant:ex his cauſis ferunt exarſiſſe ruſtico-
rum aĩos ad cædem bonorũ ciuiũ inflãmatos,cùm tñ conſtet nullã pro-
lus iuſtã ruricolis cauſam extitiſſe ad facinora tã ĩfanda, ſed ea ipſos cõ-
mentos fuiſſe,quò inexpletũ in ciuitates natura odiũ exaturarent, ut ad
rem tam pniciosam nihil putares deeſſe,præterq̃ Ducẽ, qui impitã mul-
titudinẽ regeret,ex quo Lutherũ tum Principes metuentem ſors ruſti-
cis in diuites accenſis uideť opportunè obtuliſſe,ut nõ minus Dux mul-
titudinis opem,q̃ vulgus periti hominis ductum quæreret, Lutherus.n.
ubi compit multos à diſciplina ſua diſſentientes,ut ſupra memoratũ eſt,
ſibi nouas ſectas conſtituiſſe,& atrociora inſup à Carolo tum Ro.Rege
Ferdinandoq; Auſtriæ Archiduce acerrimis Chriſtianæ fidei defenſori-
bus in ſe quottidiè parari,veritus ne inſtituta ſua aduerſæ factionis ſtu-
dio aboleren,ſuaq; eſtimatio & de ſe iã ingens expectatio excitata mi-
nuereť,aut exulaŕ cogereť,aut deſtitutus abiectuſq; ĩ iudicium trahere-
tur,& temeritatis ſuæ pœnas ſubiret,ad nouas artes ingenium conuertit:
& agricolas homines rudes aſtu aggrediť:eoſq; ad arma ſtudet impelle-
re,nõ ut miſeros iuuet,ut ipſe palàm p̃dicabat, ſed ut eos agat p̃cipites,
ſibiq; ea uia in Eccleſiaſticos & ſummates uiros,quos ſua cauſa habuit ĩ-
feſtos,auxilium paret:p uicos igiť & rura ardens ferť, ruſticoſq; ad liber
tatem hortaťillud omnium bonum eſſe pulcherrimũ, natura oẽs homi
nes liberos eſſe,ignauia ſua in ſeruitutẽ abiiſſe,indignum eſſe eos ſeruiŕ,
quos iubet natura eſſe liberos: brutorũ nõ hoĩs eſſe iugũ pati: cogunť
tñ ruricolæ rerũ oĩum egeni ferre onera,quæ nec ferrent iumenta,atq; id
factũ eſſe paucorũ potentia,ut ſeruiant,quorũ ſupbia tolerari nõ poteſt:
ſed Epiſcoporũ maximè & ſacerdotum oĩum deteſtandã eſſe opulentã
deſidiã:qui,ut lautius uiuant,ruſticos agũt,ut pecora: ut uerũ ſit eos na-
tos eſſe tanq̃ paupibus lupos:non diutius ferendã eſſe immanem domi-
norum tyrãnidem,coniurãdum in Epiſcopos ac nobiles viros oẽs:adeſ-
ſe tempus eos,quorũ imperia turpiſſimũ pati eſt,imperio deiicere, pul-

Lutherus ad Libertatẽ Hortatur ruſticos.

cherrimãq;

cherrimãq; rerum omnium libertatem armis uendicare, monarchias &
alias rerũ publicarũ adminiſtrationes amouere:p̃ter eã, quæ oĩum cõſi-
lio geriť: unũ populare ſtatum,ut neceſſariũ in tota Germania conſtituẽ
dum eſſe:deturbatis ex arcibus Epis,& Pricipibus, breui futura eſſe oĩa
in poteſtate agricolarũ:ut & ipſi,qui tot annos ſeruiuere,iã intelligant q̃
dulce ſit dominando inter opes cõſeneſceŕ:ſeruire an impare,utrũ uelint
in manibus eorũ eſſe:ſe pro ſua ſingulari ĩ eos pietate,&,qua maximè mo
ueť,miſericordia,nõ laturum eſſe pro uirili indignã miſerorũ calamita-
tem:polliceť illis operã & ſtudiũ ſuũ,&,modò ipſi uiri ſint, libertatẽ do-
num ſingulare hominibus cœlitus datũ:His & aliis p̃tereà multis Luthe
rus rudi ingenio hoĩes in Principes hortaťeoſq; p̃cio & promiſſis one-
rat,Ruſtici autẽ ſuopte ingenio rerũ nouarũ cupidine accẽſi,cùm ſæpius
audiſſent Lutherũ magno animi calore cõcionantẽ,& multitudinẽ in do
minos ſuos hortantẽ inflãmanť:& ad turbãdos ciuitatũ ſtatus parati cũ
Ducẽ ſequunť:quãuis conſtet Lutherũ ſtuduiſſe p literas apud nonnul-
los Principes ſe expurgare: ruricolas nunq̃ ſua cauſa ad id ĩſaniẽ motos:
ſed certè haud dubiũ eſt,eos Luthero impulſore ruiſſe ad arma:Ab Epis
itaq; & Principibus audacter deficiunt:& iã regere malũt, q̃ regi ex his
primũ,qui erãt inſolentiores, abreptis ſtatim bipẽnibus,&, cùm cætera
arma deeſſent,raſtris ex ſtabulis delatis armati p uicos inconſulte feru-
tur:& aliorũ ignauã clamoribus increpantes docent,quid decretum ſit,
conſtitutum diem publicè oĩum ſaluti,quo omnes ex agris conueniant,
ut oppida,ciuitates,arces,ui oppugnent:diuites Eccleſiarum præſules, &
qui in pauperes ſæuiunt,reliquos omnes prædenť:quęcunque paucorum li-
bidini ſunt parata, uirtute ſua cõmunia omnia faciant: his cognitis cun-
cti cupidiſſimè præſtò ſunt,locũ opportunũ occupant,Duces eligũt ui-
catim:quorum nomina quia ignobilia ſunt,& barbara non traduntť: de-
cernuntq; quęrendam eſſe cũ periculo etiam capitis libertatem: extin-
guendam Tyrãnorum auiditatem:qui agros colunt plures eſſe,q̃ qui vr
bes habitant:& ferociores laboribus aſſuetos: & qui didicere à teneris
incõmoda tolerare:facilè fore agreſtibus,modò uelint,expugnare oppi-
danos molliter educatos:principiò tantũ opus eſſe: ſi quis modò auſus
fuerit aggredi tam præclarum facinus,lætos omnes cum clamore ſecu-
turos:& auſpiciis Lutheri uiri fortiſſimi cunctos ad libertatem uocantis
bellum memorabile geſturos:vbi hæc fuerunt totius vulgi conſenſu de-
creta,datur ſignum,cuncti agreſtes,quæ ad manus ueniunt, arma capiũt:
& audacia potius q̃ ratione ducti incõpoſita hominum manu egrediun-
tur, oppida impetu inuadunt: ui nonnulla capiunt ac diripiunt: ingen-
tes vrbes obſident,&,quas euertere non poſſunt, territant, & faces mi-
nanť:uiros ſummates captos trucidant,& pro arbitrio ſupplicio afficiũt:
ut creditum ſit multos uiros nobiles ac probos maluiſſe manu ruſtico-
rum inter cruciatus uitam amittere,& martyrium fortiter ſuſtinere, q̃ à
Chriſto deſciſcere,& Luthero ſeruire: qui à penetralibus ſuis eliminat

Ruſtici arma capiũt in nobiles.

Ruſtici dato ſigno opp. inuadunt.

uiros ſanctos,& diuini ſpiritus plenos:vnde odor ille ſapientiæ tam ſuauis Chriſtianam Eccleſiam afflauit:quò autem felicius res ſuccedebant, eò plus licentiæ & feritatis animis addebatur:ut iam auderent maioribus animis bella inferre,&,quoniam ex agricolis ad res militares impetus erat nemo,qui ſciret ęra ducere,machinaſq; æneas fabrili arte ad uſum belli conflare,excogitant ſuopte ingenio nouũ inſtrumenti genus, teretes enim ex ſolidis trabibus tubos excauant, aut ex pluribus aſſeribus multa arte laboratis, ſummoq; artificio compactis machinas formant:illæ intus cauernoſæ ſunt,& in longã aluum protentæ:ut ex grauido ueluti uentre,ubi p anguſtum os exhalant animam, in patentiorem exitũ deſinant:latitudo tanta eſt,quanta patitur trabis craſſitudo: longitudo decem cubitorum menſuram excedit:quæ,ne ui ulla crepent, annulis ferreis cingunt,eo uel orbiculares lapides, uel pilas æneas adigunt, &,cũ uſus ſit,ſulphureo puluere ad ſubruendos muros, pondus contorquent:ut non minori ui ac ſtrepitu exonerẽt, q̃ quæ ex boardis ferreis impellunt̃ ſaxa (eo nomine hodie uocant machinas bellicas) ultra .n. duo millia paſſuum ferri p auras fama eſt: ut ueriſſimilius ſit oppidanos agreſtium tumultum expauiſſe:q; cernerent in perniciem ſuam tam dira torméta excudiſſe:in quibus multa herclè ſunt,quę mireris,ſed illud potiſſimũ,quòd,cùm lignea ſint,nec igne exurant̃,nec ui ſulphuris, quæ tam uehemens eſt,disrũpantur uincula:quod ne uanum putẽ,reperiunt̃ hodiè quoq; apud Bauarorum Duces nõnullæ eius generis machinæ:quas Carolus Imperator & Ferdinandus Archidux,cũ eò fortè diuertiſſent, oſtendi uoluerunt,quæ ubi attentè ac ſæpius oculis eas colluſtraſſent: dicunt̃ fuiſſe uehementer admirati nouum & funeſtum in Principes cõmentum:his igit̃ inſtrumentis,quæ rem ſuam plurimùm iuuere,communiti agricolæ,& ferociores facti,caſtella,arces, mœnia excídere, primarios homines crudelibus cædere, Iam illa ruſticorum coniuratio diuina cuncta & humana permiſcuerat,eoq; uecordię proceſſerant,ut crederẽt ſtudiis ciuilibus bellum & uaſtitatem Principibus finem facturam, tota Germania eodem & ſuomet ardet incendio, ut uidere eſſet omnes ciuitates ruricolarum manu breui conflagraturas,&,quod animo concepérant,ruſticos dominandi poteſtatem ſibi uendicaturos,ac breui rerũ potituros,niſi tanto furori obuiã iretur, tum Principes nouo impetu perculſos inceſſit pauor,ubiq; trepidatur,& de tuendis uirbibus initur conſilium:Interea fit concurſus ab his,qui montes & iuga remotiora incolebant,ac ſubinde confluente pluribus ex partibus uulgo, augetur adiuſtum exercitum ruſticorum numerus,iamq; armorum copia ex oppidis, quæ ceperant, ſuppeditabat, unde ſe militaribus tẽlis inſtruunt, & alia quottidiè loca munita animoſius expugnant, quarum rerum fama longius uulgata multi undiq; ad Lutherum tanq; ad aſylũ confluunt,paſtores,bubulci,fures,homicidæ & uariis ſceleribus homines inquinati, qui nihil ſibi timendũ eſſe pſuadebant duce Luthero,at ſi modò acrius laborarent

Machinæ ligneæ inuſitatæ.

Furor ruſticorum in Germania.

rarent erumpentibus oppidanis,montes uaſtis & abruptis rupibus ſeptos,ut ſunt multi eius naturæ in Germania,occupabant,quo abſciſſæ rupes ac præcipites negarent ingreſſum,& una tantũ ex parte peruius eſſet aditus, & ille ſatis anguſtus, quem egregiè cuſtoditum denſis armis defendebant,&,ne rerum neceſſitate premerentur,ſecũ ſinguli cõmeatũ abundè ſacculis cõportabant,puro uerò fontium liquore ſitim leuabãt, tenui etiã re prẽter naturã contenti: quarè dum tam licenter euagantur, & tot malis uexatur Germania,quidã Principes habito delectu miſerũt milites aduerſus ruſticorum turbam probè inſtructos, rati parua manu rude uulgus fundi poſſe:verùm non ſine ſuorũ iactura hoſtem uictoria inſolẽtẽ aggreſſi ſunt: iam oĩs Germanorũ ager ſuorũ morbo laborabat, quælibet ciuitas ſuorum furorẽ timebat:cunctos omnis Germania:quis enim non expauiſſet gentẽ tam feram ex confinibus tã latis ad pniciẽ ciuitatũ congregatam? mediam peruadentẽ Germaniam? incẽdiis & cędibus cuncta impunè ímiſcentem? quæ captis urbibus opes uiritim diſtribueret? quæ aras & tẽpla demoliret̃? quæ neſciret ullo modo mãſuefcere? ut ex gradibus tẽplorũ ipſos etiã Epiſcopos expelleret: apud quã nihil magis probabat̃,q̃ furor & feritas? ex quibus cognitum fuit maioribus uiribus & peritiori Duce opus eſſe,ad reprimendã ſæuæ multitudinis arrogantiam:quãobrem multæ ciuitates indignatione grauius accenſæ,& rei turpitudine & ſalutis ſuæ periculo,qd formidabant,cõmotæ occurrendũ eſſe ruſticis toto robore decernunt:Sueui in primis Bauaris finitimi gens ualida & bellicoſiſſima cũ uidiſſent cũcta ĩcurſionibus uaſtari,Eccleſias ſolo æquari,multas ciuitates recentibus ruinis fumare, oppidanos metu attonitos clauſis portis intra muros contineri, audere neminem tanto malo obuiã ire,ut iam tot rebus proſperè geſtis ruricolarum nomen apud oẽs terribile haberet̃,ea iniquo tulerũt animo:turpe eſſe & indecorũ arbitrati,quæ externo hoſti nunq; ſuccubuit, ſuas ipſius uires Germaniam formidare:iubent exercitũ raptim conſcribi:Georgium Truchſes ex baronibus Baltpurgo (ut cogar ſæpius uti earũ gentium uocabulis) uirum bello ſpectatum,& uigore militari accenſũ aduerſus Lutherum ruſticorum Ducem,copiarum Imperatorẽ creant: placuit bonis omnibus Sueuorum conſilium, uti ea tempeſtate neceſſariũ: propterea à multis Principibus, quibus facilè erat compertum pro ſalute,non pro dignitate aut gloria dimicandum eſſe, cum Sueuis ictum eſt fœdus,ut iunctis armis & communibus auſpiciis rem gererent, peſtemq; ex tectis auerterent: itum eſt in prælium eo animo, ut periculoſiſſima quæq; pro uxoribus,pro liberis,pro parentibus,pro uita conſtanter ſubirent,& honeſtiſſimam mortem turbulentiſſimæ temporum conditioni præferrent: Interim Georgius tanquàm ad difficilimum bellum profecturus explorato prius,ut ſuum erat, diligenter inconſultæ plebis animo:eum enim accepimus facilè ſua cælare,facilè hoſtium cõſilia prĩpere ſolitum,mouet caſtra,& nactus locum & tempus rei gerẽdæ com-

Tumultus ruſticorũ.

Sueui gens ualida.

Georgius Truchſes copiarum Imperator.

modum, prælium non detrectat: Lutherani contrà multis successibus elati multitudine longè superiores, sed uirtute & belladi peritia inferiores, incomposito agmine in pugnam descendunt: tum Georgius æquo campo cum hoste militiæ imperito collatis signis congreditur, urgetq; summa ui, &, qui stare non didicerant, prima impressione pedem referentes rusticos obtruncat: uersosq; in fugam insecutus cædit: & insigni clade dispalantem turbam afficit, docetq; quanti constet impium fraterculum fecutos fuisse: non deterrita tamen tanta strage leuis multitudo exercitũ supplet, ac bellum renouat, ut cum illis in prælium pertinaciter lacessentibus coactus fuerit Georgius pluribus in locis ac sæpius inire pugnam, & instructa acie confligere, qui omnibus in præliis prospera usus fortuna rude & incomposítum vulgus breui attriuit, & acriter instans multo tamen cum labore ac periculo ferro deleuit: vnde gloriosissima potitus uictoria uisus est maximum bellum confecisse: tantæq; expeditionis insperata celeritate Germaniæ spiritum restituisse, quibus diebus constat uariis in locis sed præsertim in Sueuia comitatu Fereti, Alsatia, & in confinibus Lothoringiæ (quibus uocabulis utunt nostra tępora) supra centum millia rusticorum prælio desiderata fuisse: sub idem etiam tempus Lothoringiæ Dux, qui in agricolas in agro suo tumultuantes egregiam nauauerat operá, misit duos fratres suos, quorum alter erat Cardinalis, ad Ferdinandum tunc Archiducem, qui ea de causa ex concilio Norimbergiensi Insprucham uenerat, ut ibi de re rusticorũ cõsultius ageret.

Rustici multis prælijs attriti.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Serenis. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber nonus.

Germanici incendii reliquias exceperũt Tridentini Christophoro Thono vrbis Præfecto: quod ubi cõperit Bernardus Clesius Tridentinorum Princeps, qui eo tępore erat apud Ferdinandum in Germania, ubi cũ aliis Principibus obibat Regia munera: postq; nunciatum est iã propè Athesim amnem obstrepere agricolarum turbam, ueritus ne qua seditio in suo quoq; Episcopatu excitaretur, Tridentum uersus rapitur: quem per montes transeuntem homines aggrestes contumeliis prosequentes irrident, insultantq; magnos Ecclesiarũ Episcopos publicè execrantes, tela tamen non coniciunt, uiri (ut arbitror) maiestate deterriti: at ille per multa discrimina superatis Alpibus celeri itinere, ut suis adesset, in patriam peruenit anno salutis nostræ M. D. XXV. mense Aprilis. Sub idem statim temporis auditum est rusticos in agro Brixinensi

nensi in Principes coniurasse: eò enim iam transgressa erat eius vulgi insania, qui alibi in Germania paulò antè sæuierat: ad famam eius tumultus rerũ nouarum studio, qui reliqui erant eorũ montiũ populi ex finibus longè cõmoti Brixinensium agricolarum furorem sequunt, ut breui ingens hominum multitudo ad defectionem parata in cladem bonorum ciuium exarserit: cùm itaq; conuenissent frequentes inito consilio de uertẽdis urbibus, ira & telis armati sublatis signis mouent, castella, arces ui capiunt, ac populantur: Ecclesias spoliant, sacra diripiunt, nec ab incendio abstinent: mouit etiam ex agris iam apropinquantis incendii rumor, qui Bolgianum Maranumq; oppida & eorũ rura incolunt, nam & ipsi odio in Ecclesias succensi cũ Brixinensibus consentiunt: inde in montium nemorũq; & agrorum omnium cultores, qui procliuiori descẽsu in Italiam declinant, paulatim serpit morbus, & cõmuni labe plures inficit: tanta illi sanè uexantur dementia, ut singuli à suis dominis, quibus subiecti erant, arroganter deficiant, & auctis uiribus simul conspirent: verùm in Ecclesiasticos homines potissimùm feruntur: hos igitur omnes, ut erant latè ex montibus congregati, in fines Tridentinos rapit impetus, quod uidens Clesius Episcopus, quantum periculi suæ Ecclesiæ impendeat, ciuitatem primũ in tam ancipiti motu labantem restituit, & docta oratione animos confirmat: inde extemplò, quæ ad vrbem defendendã spectare uiderent, diligenter parat: Eodẽ tempore Georgius Frũspergus, & alii plures Germani Duces, qui ex bello Mediolanensi, quod ibi auspitio Cæsaris in Gallos acie deuictos gestũ fuerat: capto Francisco eorũ Rege reuertentes fato potuisq; casu superuenerunt, ut continuato tamen itinere in Germaniã tenderent: cæterũ Clesius, cùm nunciaretur totum agrum Tridentinũ rusticorum conspiratione quottidiè magis flagrare, haud ignarus opus esse peritissimo Duce ad coercendam turbam ab infandis bonorũ ciuium cædibus, & Ecclesiarũ rapinis, agit cum Georgio Frunspergo uiro in rebus bellicis probato, ut secũ tuendæ vrbis suæ curam suscipiat, ille, quẽ in tãto motu uisi sunt Dii ipsi adeò opportunè obtulisse, ut datus esse Tridentinis cœlitus crederet, Epi potissimùm causa, quẽ diligebat, & mirum in modũ obseruabat, prouinciã nõ recusauit: ad id quoq; in tempore accessit, ad leuandos ciuium animos: q; Ludouicus Lodroni Comes & Frãciscus Castellaltus uiri in disciplina militari egregii, cùm iam sibi non obscurum esset, quo in discrimine uersaretur res Tridentina, se ad Episcopũ ultrò cõtulere: ut Ecclesiæ & ciuitati auxilio essent, quos suscepit perlibenter Episcopus, suoq; ære & impensis aluit, laudata eorum uirtute & animorum prõptitudine: mittit præterea in Iudicarias, qui raptim milites conscribant, &, ne quid p ignauiam prætermitteretur, iubet interim ad se uocari eos, qui se Duces coniurationis profitebantur, illi ueniunt dicta die intrepidi, reprehenduntur, quòd temerè arma in Diuum Vigilium cœperint, quem defendere ab hostibus tenẽtur: quonam consilio id fecerint rogantur, se tamen malitiam illorum

Tumultus rusticoriũ ĩ agro Brixinensi.

Georgius Frunspergus.

Ludouicus Lodronus. Frãciscus Castellaltus.

Verba Prĩcipis ad rusticos.

ſua clæmentia laturum,ſi modò cognouerit eos ſuæ inſolentiæ pœnitere:at illi ruſtica arrogantia elati uicto ſilentio prorũpunt,paucis cauſam ingreſſi:ſe breui daturos documenta q̃ iniquè torqueant,coganturq; iniuſtè facere imperata,nõ quieturos niſi oneribus liberatos,id ſe aut conſecuturos,aut ciuitatem,arcẽq; & oĩa ferro & flãma demolituros:qui tamen ita locuti ſunt,ut, quantum liceret in tanto animorũ impulſu,Principem uenerarent:atq; ubi multa ſunt conqueſti, haud diſſimulãter profeſſi ſunt,non in Epiſcopum ſe ueniſſe,ſed amiſſis fortunis ad arma cõfugere neceſſe habuiſſe,ut obliquo & perplexo ſermone,quod tamen non difficile erat intelligi,excandeſcentes ignominia notarent uiros nobiles, doctores,notarios,ciueſq; uniuerſos ueluti publicos & immanes agricolarum tortores:eos ſapiens Epiſcopus tam licenter locutos nõ æquo animo audiuit:ſed ratus in tantis rerum procellis animos multitudinis paucorum ſupplicio grauius ſuccenſuros,dimiſit impunè, acerbè tamen increpitans,licet.n.rerum indignatione perturbaretur,conſtanti tñ et robuſto animo,quæ acerba erat,& uaria eorum temporũ fortuna,ita ferebat,ut nihil à dignitate diſcederet:indignati uerò ruricolæ noua palàm moliebantur, nam præter alia, quæ etiam Germanorum ruſticos accendere,id potiſſimùm Tridentinos agreſtes ad arma impuliſſe tradit, quolebant ſummotis ab adminiſtratione ciuitatum Epiſcopis, &,qui longa ditione oppida arceſq; & uicos tenuerãt,uiris nobilibus ex gradu deturbatis reduci gubernationis genus ad popularem ſtatũ:atq; eos, quos aut excellentia generis, aut uirtutes nobilitauerant, aut utroq; egregii eſſent,plebæis æquari:in hoc Germaniæ ruſticos imitati,quorum exemplo ſibi perſuaſum erat fas eſſe diuina humanaq; cuncta pro libidine ĩmiſcere:cæterũ id nobis conſtat,eo primùm in agro tumultuari cœpiſſes rudes homines, q̃ paulò antè contra ueteres eius gentis ordines inducto priori decreto inhibitum fuerat conduci ad ſuperioris Germaniæ partes uina in agro Tridentino nata:cũ populi, qui Tramenũ,Bolgianum,Sanctum Michaelem,Maranum,quiq; alios uicos ſupra vrbem ad ripas Atheſis fluminis habitant,omnes hac in re Tridentinis tunc acerrimè aduerſarentur:reclamantes id ſibi tantùm ipſis & iure & ueteri conſuetudine,non Tridentinis permiſſũ eſſe,qua in re Tridentinus Põtifex Cleſius ſuos plurimùm iuuit,& ita ſtudium ſuum eo tempore præſtitit,ut ſe totum illis patefecerit:eius enim gratia nouo decreto derogatum eſt:atq; ita cautum,ut ſingulis quibusq; annis Tridentini poſſẽt trecentos uini currus onerarios in Germaniam mittere: cæterùm illi adeò iniquè ferebant iura ſua iam ipſa uetuſtate confirmata noua lege ignominioſè à Germanis abolita fuiſſe, ut atrociores facti ſint: iter ſibi ueluti hoſtibus præcluſum:quo uno cõmercio ſe & familias ſuas alere conſueuiſſent:uia autem ad id lucri prærrepta & ſublata uendendi uini opportunitate:ſublatam ſibi eſſe oẽm uiuẽdi facultatẽ, & aut miſerabiliter pereãt ſibi neceſſe eſſe,aut deſolatos agros relinquãt,ſibiq; & liberis ſuis

Cauſa tumultus ruſt. Trid.

nouas ſedes quærãt:Siue his ſiue aliis,quas diximus,cauſis irritati hoſtium animi tanq̃ deſpectui eſſent,& à Germanis nihil fierent,deſperata ſua & ſuorũ ſalute,relicta agrorũ cura rẽ oẽm pturbant,& ſpe nouarum rerum ſe in furorem agunt,ruris inſtrumenta in tela & gladios uertũt,& ad belli uſum parãt:lateq; peragrãtes aĩs fæuiunt, ut crederes Dæmones oẽs ab imis inferorũ cauernis exiiſſe,& ſingulos ſingula ruſticorum corpora occupaſſe,id manifeſtũ erat oĩa ad uim ſpectare: Cõualeſcente agreſtiũ morbo Põtifex Cleſius ad populũ uerba facere cõſtituit, & quoniã ciuitas bifariã partita eſt:alterã Itali,partẽ alterã Germani incolunt: mãdat Italos primũ,nationẽ deinde Germanicã in arcẽ uocari, quibus oſtendit montanis hominibus ſibi & cunctis primatibus ruinã minãtibus ad tuendam Eccleſiã & ciuitatẽ magna uirtute opus eſſe:ſe ciues ſuos nullo unq̃ in periculo deſerturũ,paratũ uitã etiã ipſam pro cõmuni ſalute deuouere,modò & ipſi ex fide agãt,ſe tñ Riuam oppidum pro tempore cogitaſſe, nõ ut metu abſterritus fugiat,ſed ut opportunius publicis rebus prouideat,datum eſſe negociũ magnis uiris, qui ſe abſente rẽ curent, gerant ſe interim pro antiqua ſua in Diuũ Vigiliũ religione, bonoq; ſint aĩo,ſe breui trepidantẽ ciuitatẽ tanto pauore liberaturũ: his dictis populo ĩ ſpem erecto mãdat Caſtellalto,quẽ ſibi fidelẽ expertus fuerat, delectũ habeat ciuiũ:parent undiq; præſidia,vrbẽ uigiliis muniat,cuſtodias p muros diſtribuat,portas defendat, caueatq; gnauiter ne qua inteſtina conſpiratio hoſtẽ in vrbẽ clã accipiat:cùm aũt uideret ſatis prouiſum urbanis rebus, & maximè re frumẽtaria expedita,Epus pmiſſa rerũ omnium poteſtate Georgio Frunſpergo,Ludouico Lodrono,Franciſco Caſtellalto,& aliis Ducibus militũ præfectis,necnõ ſuis cõſiliariis & locũtenẽtibus,ſequẽti nocte Riuã oppidũ cõceſſit,ne ea quoq; ex parte noua aliqua materies ad bellũ exoriret, excitiq; de Italia agreſtes cũ Tridentinis iũgerent, & auctis uiribus inſolentius furerent:Abſente autẽ Principe præfecti,quibus cura erat rei gerendæ,in Caſtellũ ſe cõferunt, atq; id primùm, quod maximè intererat,ex aĩo tñ Epi decernunt,ut Diui Vigilii & aliorũ Martyrũ reliquiæ,& p̃cioſiſſimæ quęque res in tutũ deportarent: data eſt ea p̃uincia Andreæ Regio doctori & cõſiliario: Interim milites ĩ Iudicaria cõſcripti circiter centũ qnquaginta ĩ vrbẽ recipiunt: uiſis armatis tũ ſine Duce,q̃bus poſteà Angelũ Coſtedã p̃poſuerunt, in mœnia irrũpẽtibus, exterrita ciuitas,fortaſſe quo cõſilio ueniſſẽt ignara, ad arma repẽtè cõcurrit:quo tẽpore,cũ in diuerſa ſtudia diſtraherent populares animi, p̃buit ciuitas miſerabilem faciem,non.n.deerant ex ciuibus,qui rem p̃ditum iri uolebant:quod ut ex animo oĩa facilius ſuccederent,nõnullos ex agris ſecum ad prædam ſolicitarunt,qui clàm ingreſſi cum parte ciuium conſpirauerũt prædæ cupidine allecti,ut nõ difficile eſſet cognitu eos nõ ad Eccleſiam defendendam ſed diripiendam paratos ueniſſe: erant qui eos tuerent,non deerãt,qui eos tanq̃ hoſtes ab vrbe exturbandos contenderent:Dum populus ſeditionibus agitatur:it rumor ruſticos ad cæ-

Verba epi ad ciues.

Cleſius epiſcopus Riuã contendit.

Trepidatur in ciuitate.

dem bonorum ciuium inflãmatos,iam affuturos,& vrbẽ ciuili motu occupatam obſeſſuros,trepidabatur,uidebaturq; in tanto tumultu ciuitas ab impetu ruricolarum defendi non poſſe:ut nunq̃ alias tantum pauoris intra mœnia Tridentina fuerit:tum ciuibus in arcem uocatis de cõmuni periculo & noua vrbis cuſtodia conſulitur, nec.n. dubitabant Præfecti indignatam turbã ad oppugnandum Tridentũ,quod unũ opus agricolarum auiditati obſtabat,uenturã,in magna itaq; trepidatione obſtrepẽte multorum clamore metuentium cladem,iubent Præfecti per cõſules tumultum tolli:per Angelum uerò Coſtedã egregium ciuẽ & uirum fortem,quẽ militibus,qui nuper uenerant ex Iudicariis,præfecerant,& publicæ cuſtodiæ curã cõmendauerant,ſeditioſos omnes à foro coerceri: vbi uerò quieuerunt ſtrepitus,Lodronus orationem habuit reip.admodum utilem,uerùm,cùm exiſtimarent populum animos poſuiſſe,per dolum ac proditionem propè ciuitas amiſſa eſt:fuerunt ſiquidẽ in ciuibus Tridentinis pleriq; ea tempeſtate,qui ut ſeſe & rẽp.perderent,contra ius fasq; obſtinatis animis ibant:eos aũt nihil attinet nominatim cõpellare, cùm uiuant nobis hæc ſcribentibus,quorũ libido ſublata Epiſcoporum poteſtate uidebaẽ ſolutior ac liberior futura, quod quidem ſperabant agreſtium ſtudio & armis conſequi:circò illorũ coniurationi clàm fauebant,&,ut uiderentur habere iuſtas agitandæ ciuitatis cauſas, cõquerebantur aſſiduè,& in publicũ iactabãt ſeditioſa uerba:eos ſolos,ad quos honores & magiſtratus à Principe deferunẽ,Regio more uiuere, ac liberter æquato aliorum omnium iure imperare, optimum quenq; inſectari,ut manifeſtum ſit immoderatam illorum libertatem in ſeruitutem aliorum uerti,ab his,quia potẽtiores ſunt in ciuitate,miſeros agricolas, quorum operibus aluntur vrbes,ære alieno obnoxios in carcerem rapi,&,qd̃ crudelius eſt,bonos etiã ciues,ſi auſi fuerint ueteres terrarum colonos tueri, ex medio tanq̃ malefactores deturbari,& à publicis negociis amoueri: Aduocatos ad perpetuos dolores miſeris hominibus natos fouere tantũmodò diuitum cauſas,atq; illo in iudicio ob lucrum tantum aſtare,contra legem qua cauetur antiquitus,ne quis ob cauſam orandam pecuniam donum ue accipiat,qui accepiſſet repetundarum teneretur,dominari in vrbe qui ingentes facultates poſſident: Notarios, qui & cauſas agunt,ſcelerum miniſtros grauius inermi calamo, quàm Germani milites ferratis haſtilibus,vulnerare:eos ſolos impare, ubi uis, ubi iniuria opus ſit,reliquis,qui,q; pauperes ſunt,ab arce & foro eliminãtur,nullum eſſe gratiæ & beneficio locũ:non ferendũ ultrà id genus hominum,ſed lancinandũ & ab vrbibus extorquendum,ſe odiſſe Prĩcipem ut Epiſcopũ & Eccleſiaſticũ hoſiem,uenerari ut Bernardũ Cleſiũ uirũ p̃bum ac beneficũ,agendũ pro uirili,ut ciuitates cõmuni cõſilio regantur, optimam eſſe & pulcherrimam popularem adminiſtrationem: amouendos eſſe de ſede Principes,& magnos uiros:ciues,qui nunc à regenda ciuitate repelluntur, remp. pro uoluntate gubernaturos, tentandos eſſe

Seditioſi ac perditi ciues.

Miſerabilis pro ruſticis Conqueſtio.

eſſe ruſticorum animos, qui, etſi in Epiſcopum non conſpiraruntẽ tamen ut Epiſcopum oderunt:poſſe eorum auxilio primarios homines & uoraces Cauſidicos facilè eiici,ipſos autem ruricolas,ut ſunt rudes ad regendas ciuitates,capta vrbe Eccleſiarum præda contentos ac ditesſatim exceſſuros eſſe,contrà uerò ſe ſolos in ciuitate regnaturos,& rerum ſummã cũ gloria potituros:rem liberam populo relinquendam:probantur hæc ab his,qui cupiunt cuncta ĩmutari,&,ne quid ad ſcelera differatur,coniurant in Pontificem ſuum: Vexata ĩteſtino morbo ciuitate, conſternatis bonorum ciuium animis abſente præſertim Epiſcopo Prefecti, ſimulac compertum habuere,quantum reip.periculũ ĩmineat, ſi permiſſum ſit uniuerſis ſententiã dicere,& pro libidine ciuitatem uerſare, commoti malorum hominum iniquitate,ſed tamen parati ad ea pro tempore diſſimulanda, quæ audierant,edicunt Conſules properè ad ſe uocari, quos Caſtellatus benignè alloquitur,& uerba facit illis temporibus accommodata:efficitq; ut delectus eorũ habeaẽ,quibus fas ſit ire in ſenatum:totum autem vulgus à publica adminiſtratione arceatur:ne,ſi quid agendum fuerit,quod omnium interſit,interturbentur conſultantiũ animi irruente & perſtrepente turba: hac re uiſus eſt Præfectus diſcordiæ fomitem ſuſtuliſſe:Conſules,ſic enim illos uocant,qui reip.præſunt, nouo gubernandæ ciuitatis genere delectati ſexdecim uiros, ex his tamen, quos exiſtimabant in partes ſuas uenturos,deligi curarunt, quod tamen pro explorato non tradiderim,facinoroſos quoſdã & interecundos homines,quibus animus erat cuncta euertere,eos,qui fuerãt ad rem communẽ curãdam electi,ciuitatis dominos appellaſſe: id quoq; ſubobſcurè circũferebaẽ ex ſexdecim uiris tres ueluti Tribunos plebis creatos:quibus oĩs poteſtas permiſſa eſſet:Impetus eſt,quæ ab aliis accepi,eorũ nomina in publicũ reuocare:verùm nõ fas duximus eos,qui uiuunt & vulgò noti ſunt,literis prodere,quicquid demum pro rep.accidit, ad ſexdecim uiros deferendũ ſtatuunt,à quibus,quod decretum fuerit, ſanctũ & inuiolabile haberi uolunt:tanta uis morbi ea tẽpeſtate ciuitatis aĩos inuaſerat,ut fama fuerit plebẽ nouarũ rerum ſtudio præcipitẽ Tribunorũ cœpta probaſſe,qui,ſiue quoniã tribunitiæ poteſtatis ius ſibi aſcribi cupiebãt,ſiue qm̃,quod uerĩſimile magis vĩ potentiã in vrbe affectarẽt,&, ut ſublimis eſt animi,uiã ſibi quoquo modo ad gloriam pararẽt, ſub Senatus ſpecie contra reliquos alios p̃ ſalute reip.cõtendebant, cùm tñ p̃ ſua potentia uerius certarent,&,ut inſidias ſuas tegerent,iactabãt ſe miſerorum cauſas pro ſua conſuetudine ſuſcepiſſe:atq; ita publicum bonũ ſimulantes,honeſtis nominibus rẽp.diſcordia exagitabant: q̃bus diebus Tridẽtinorũ conditio maximè miſerabilis uiſa eſt:cũ atrociora ẽt moliren̄ cõiurati:d̃ accipiẽdis.n.ĩ ciuitaẽ agricolis colloquunẽ: ſpargebanẽ p̃tereà uoces in vulgus ruſticos pecuniã à ciuibus petere:eãq;, niſi ultrò dederint,ui ab illis extorturos,& ciues ẽt ipſos agreſtiũ mãdata breui facturos,quæ,cũ ĩ publicũ exirent,labefactabãt otium mẽtes, ut iã ſibi liceã

Caſtellati uerba pro rep. adminiſtranda.

Sex lecti viri electi.

Falſa ſi ciues.

putarent apertè ab Episcopo desciscere, tanq̃ breui de principatu abituro: agrorum uerò cultores ciuitatis excidio impendentes sibi æquo fœdere, dum licet, associandos, ueluti rerum omnium potituros, ut tradita urbe, concessa illis Ecclesiarum præda excedant: illi in agris, ciues in urbe dominent. His accèsi coniurati rusticos secretò ex agris uocatos per portam Brixianam clàm in ciuitatem recipere cõstituunt, die pacto, quo dolus patraret, ut eiecto urbis præsidio cuncta prædẽtur, quos posteaq; adesse cognouissent, sinistras euestigiò sagis inuoluunt, districtisq; gladiis accurrunt, atq; inuitis etiam portæ custodibus intromitti iubent: at exorta inter uigiles & coniuratos pugna Angelus Costeda, cui urbis tuendæ negocium datum fuerat, cũ prę̃sidio militari laborantibus custodib⁹ opportunè opem tulit, rusticosq; reppulit, & coniuratorum impetũ repressit, in quo tumultu portarum clauiger natione Germanus parum abfuit, quin cæderetur, qui, nisi fuga salutem quæsisset, telis à cõspiratoribus cõfossus & deturbatus equo concidisset, eum tamen hostili clamore penè ad Castellum usq; fugientem insecuti sunt, &, cùm ira arderent populares animi, ne omnia caderẽt irrita, sublato undiq; clamore ad ædes quorundam Sacerdotum curritur, atq; eas ductu conspiratorum plebs prædæ cupida populatur, & cõmunia Canonicorum horrea eodem impetu diripit: Videre erat his rebus permotam ciuitatem, atq; immutatã urbis faciem, festinare ac trepidare omnes: coniuratos tamen reiecto agrestium auxilio ex summa lasciuia iam tristitia inuaserat, pauere iam, sibiq; & insidiis suis diffidere: Dum labat ægra ciuitas, Præfecti iã detectis fraudibus intelligentes ex insidiis domesticis plus periculi impendere, quàm ab externis, imperant portas & muros per milites tantũ custodiri, per totam urbem uigilias diligentius haberi, neq; loco neq; homini cuiq̃ satis credere, se autem de perditis ciuibus, cùm tempus fuerit, supplicium sumpturos, nonnulli interim ex conspiratoribus sui expurgandi causa, priusq; clandestina eorum consilia efferantur, in arcem ueniũt, & demisso uultu postulare à Præfectis cœperũt, ne qd de se temerè crederẽt, qui oĩ tempore de rep. meriti essent, non uerisimile se perditam patriam cupere, quam maiores sui seruassent: expurgaturos se falsò ad Principem coniurationis suspitione delatos, si notitiam criminum & copiam diluẽdi habuissent: Ad hæc cùm boni omnes obstreperẽt, & eos defensionem ingressos, quæ nullam poterat excusationem recipere, interpellassent, furibundi exeunt, & uulgò conqueruntur, se ab inimicis circũuentos: quare, cùm multa secum uersarent, nec insidias processisse, nec ciuitatem dolo tradi posse, optimum factu iudicant expectare agrestiũ agmina, quos scirẽt ꝓpediẽ cũ magno exercitu ad urbẽ accessuros, his.n. sicut erãt acta in urbe nunciatis, accensi sunt grauius ruricolarũ animi, ꝙ tãta spes occupãdæ ꝓ dolũ urbis in irritũ cecidisset, ex quo uim aptè moliendã rati cœperũt circuire mõtes ac ualles, & finitimos oẽs orare, ne desererẽt se uetere amicitia cõiũctos, sibi cõi cõsilio cõstitutũ fuisse pecuniã à ciuib⁹ repetere

Ad portam Brixianam pugnatura

Miserabilis Ciuitas.

Agricolæ concitant finitimos in Trid.

tere multos annos sibi iniquè extortam, se superba sceleratáq; diuitum Tridentinorum factione ex agris etiam pulsos cũ liberis suis uagari, & inultos perire, persequi ingratos ciues & pingues Sacerdotes uelle, ferrent opem, adiuuarentq̃; Tridentũ non diù obsidionem passurũ, aut ciues absente Principe, quem fama est metu effugisse, ultrò in deditionem uenturos, aut mœnibus ferro & ui dirutis, se urbem captam & diuitiarũ plenam populaturos: hæc mouerunt omniũ animos, repetenda esse à dominis tributa, summates uiros tyrãnica superbia dominantes ex suis arcibus in præceps dandos, Causidicos, & id genus alios bonorũ hominũ tortores euiscerandos, deponendos de solio plenos & opulentos Sacerdotes, & qui eos tuendos susceperint trucidandos minaciter fremunt, rectius exclamant gubernari ciuitates per populum, q̃ ꝑ Episcopos, quorum est curare templa, pulchrum esse cæsis libertatis usurpatoribus agricolas in ciuitatibus uirtute sua expugnatis regnare, & seipsos suis iura reddere, rusticis has belli faces per agros accendentibus nunciat Leuicum oppidũ Anauniiq; & Solis ualles præter paucos ab Episcopo defecisse, sub idem tempus agricolarum nomine indicit Marani cõuentus, ubi cùm de aliis multis ad communia eorum cõmoda spectantibus, tum præsertim de minuendis oneribus, quibus illi reclamabãt se iniustius grauari, & de popularibus ciuitatum administrationibus actum est: Dum uerò in concilio agrestes disceptando tempus terunt, criminaq; & accusationes in Principes struunt, Pontifex Tridẽtinus, quem diximus se Riuam recepisse, mandat Baptistæ Spaniolo tum Aui oppidi præfecto delectum habeat militum, ille autem, quoniam non ignorabat, quãti id interesset, summa celeritate centum quinquaginta militibus cõscriptis oppidum Riuæ iussus ingredi⁊ facturus Episcopi mandata, fuit quidẽ aduentus uiri militaris opportunus: Eodem tempore Veneti audita ruentis turbæ fæuitia suspicati totius Germaniæ agrestes homines in ciuitatem Tridentinam coniurasse, & propediem uno impetu, in Italiam descensuros, Principi Tridentino ultrò opem pollicentur, ut & illum tanquàm amicum aduersus tantam turbinis uim auxilio iuuent, & suos simul pariter tueantur, antequàm gliscat propius tumultus, & Italia laboret Germanica labe: his quoq; diebus Franciscus Sfortia Mediolanensium Dux, qui Gallis dominantibus olim regno eiectus ac profugus diù Tridenti uixerat, ubi fuerat à Clesio liberalissimè exceptus, recordatus Episcopum de se optimè meritum mittit, qui illi offerãt omnes reip. suæ uires, se nunquàm laboranti amico & tanquàm patri defuturum, quod quidem gratissimum contigit Tridentino, se in tanto rei suæ discrimine ab optimis Principibus non contemni, cùm tamen ipse nunquàm dubitauerit, se non posse suis uiribus à se malorum iniuriam depellere: pro uirili igitur rem curat, & absens suos ciues per literas hortatur, in fide permaneant, quam uiolari haud dubium summum est nefas, meminerintq̃; pro rep. mori in armis glorioſissimum, contrà uerò nefas

Conuentus rusticorum Maranì.

Baptista Spaniolus.

ingens esse egregios ciues rusticis superbè dominantibus seruire: dum hæc parantur Riuæ ab Episcopo: præfectorum consilio, quibus datum erat à Principe negociũ ciuitatem regere, præsidiarios milites in Iudicarias conscriptos dimittunt, uidebant̃.n. populares animi ciuili æstu anteà perturbati deferbuisse: conuocato insuper Senatu, qui frequens fuit, ab omnibus in eã sententiã itum est: orandum esse Principẽ ad reditum, sola eius p̃sentia posse discordias ciuiles eradicari, omniũ itaq; consensu Ioannes Andreas à Scutellis, Alexander Gelphus, Hieronymus Tonerus doctores, & Bonauentura Fanzinus iuris peritus, uiri probi ac docti Oratores ad Pontificẽ mittunt̃ rogatum, ut se in urbem q̃primũ conferat: & uotis populi satisfaciat, Tridentinos fideliter facturos imperata, suã nullis nec Ecclesiæ nec ciuitatis periculis fidẽ & operã defuturã: Riuã autẽ proficiscentibus in itinere nunciat̃ Episcopum Stenicũ oppidum diuertisse, & ea uia Tridentũ redire illi animum esse, præsul cognita suorum uoluntate: relictis qui Riuæ ea curarent, quæ sibi fuerant constituta, precibus reuocatus ad urbem reuertit̃: Viso Principe resipiscunt ciues, & q modò cupierant cuncta ímutari: collapsa sunt arma Episcopi præsentia, & quadã religione cõmoti incipiunt rusticos hostili animo odisse: tum uerò de oneribus agricolarum tractatũ est: ut cõmuni omnium cõmodo et saluti pariter cautum esset: interea audit̃ p quosdam seditiosos Anaunii homines, quibus, cũ se proditores & hostes induissent, placebat turbulentus rerum status, consilium initum esse aduersus Pontificem suũ Tridentinũ: quem ut iniquè deturbarẽt, mittũt qui publico nomine ad Ferdinandum Archiducem Austriæ eum deferant, illi, ubi multa conquesti sunt: Principem obsecrant obtestantur q; sibi & omnibus Naunum populis, quorum mandato se uenisse falsò asserebant, iniuria oppressis in tempore subueniat: Verùm Ferdinandus Sapientissimus Princeps, quẽ non latebat uulgi natura, ne quid temere statueretur, Baptistam Pelosum uirum prudentem tunc Bolgiani vicarium, & alios commissarios ad Naunes destinat: qui rogent inquirãtq; rem omnem ut acta est: illi diligenter explorata prouincialium uoluntate referunt falsum esse, quod supplicarum est aduersus Tridentinos, id dolo malo factum, id malorum consilio inuentum; quod ut apertius declararẽt Naunes ad Principem certos nuncios decernunt: qui perfideratos homines petita cõmuni Naunum nomine ut falsa reuocent: multos quoq; illis diebus cœpit nouæ administrationis libido: Leuici enim Solisq; & Anaunii uallium homines abolita antiquorum consuetudine nouum gubernãdi modũ instituunt, ut uetera omnia tanquàm subolerent amouenda censuerint: nihil uerò præter recentia cõcupiscerent: quibus cognitis, ut tot gliscentibus malis occurreret̃, conuocatum fuit in pontem Aeni, quam uocant Insprucham prouinciale concilium: cui Ferdinandus præfuit, eò præsules prouinciarũ, sacerdotũ collegia, cõmunitatesq; de more cõuenere: quò simulatq; introì est itũ, de motu rusticorũ diù disceptatũ est: tandem

Epi per legatos in urbem reuocatus.

Legati Naunũ ad Ferd. contra ep̃um.

Conuentus Insprucbæ.

tandem quantum per id tempus permissum fuit, eorum oneribus dignitatiq; Ecclesiasticæ, & Principum ac nobilium uirorum statibus pariter ac sapienter consultũ fuit, ut hi præessẽt, publicisq; muneribus fungerentur, & tanq̃ patres ciuitates & resp. pro sua prudẽtia regerẽt: &, qm̃ mortalis est mortalẽ iuuare, laborantes iniqua tẽporum cõditione agricolas pro opib⁹ nemo desereret: sapientius esse ultrò aliquid remittere, q̃ obstinatis animis inconsultæ & irruenti turbæ uioléter resistere, quod sine publico & incõmodo & dedecore uix fieri potest: illi uerò, quæ eorũ sunt, agros curarent, & diligenti cultura terrã inuerterent: et, licet cuncta non essent pro illorũ uoluntate decernẽda, perebant.n. seuelle omni onere uacuos esse in posterũ, tributa tñ leuiora dominis penderent: &, si qui aliàs urbanis oneribus iniquè premerentur, degrauati statim leuarentur, &, ne quid deinde in eos nouaretur, constitutũ est: sancitũ est præterea, ut populi qui ob defectionẽ priori iuramento erant soluti, ad nouũ fidei sacramentũ obligarent̃, quibus rebus exequẽdis præfecerunt uiros nobiles, quos cõmissarios uocarũt, uoluerunt tñ eos nõ impunè abire, qui ad seditionẽ & in uiscera clarorũ uirorum multitudinẽ solicitassent, cùm huiusce modi facinorosi hoïes in proditorũ numero habendi sint, & maiestatis crimine dãnandi: unde his, qui intercipi potuerint, capitis multa, his, qui agro excesserint, proscriptio, & exilium decernit̃, ne alii rursus illorũ uenia petulantiores facti ad grauiora delicta incendant̃, putabant eo cõsilio rebus cõpositis rusticos ueluti renouata concordia quieturos: uerũ, cùm ea essent præter expectationẽ uulgi cõstituta, maior Principes cœpit pauor, insolens.n. hominũ turba ad deteriores semper inclinata, quæ a Principe Ferdinãdo multa & inhonesta audacter petierat, repulsa grauius accensa uidebat̃, quod in conuentu nõ obtinuerat, ferro cõsecuturа: Cõmissarii interim, uti statutũ fuerat, in prouincias suas singuli abierunt: Ioãnes Gaudentius Madrucius ex Ausugio, Precino, & Leuico oppidis quod negociũ fuerat illi delegatũ, ubi se uiriliter gessit, ut eos ad sacramentum compelleret, re infecta reuersus est: Francisco uerò Castellalto Naunes & uallis Solis populos cõuocante, quæ prouincia fuerat illi demandata, pars tantũ plebis Volsanæ, sancti Zeni, ac Laurentii, omnes itẽ plebis Clesi ac Demi indigenæ non inuiti iurarunt: Cæteræ autẽ Naunũ gentes, &, qui uallem Solis incolunt, homines pertinaciter repugnarunt, reclamaruntq; iniquũ esse se ad nouũ sacramentum cogi: at Tridentini Carolo Troppo petente in uerba Clesii sui Episcopi frequentes iurauerunt, qui uerò reliqui erant in agro Tridentino conspirationẽ alebant, uociferabantq; se liberos esse, libertatẽ armis tuendã, atq; id unum anteq̃ moriant̃ effici oportere, ut oïa cõmunia essent: velim tñ id posteritati cognitum esse, si modò hæc nostra monumenta ad posteritatem peruenerint, Vezanum, Padrignonum, & partem Viculi Vatari, Riuã, Thenũ, Tramenũ, Iudicarias, uallẽ Flemmarum nunquàm defeciuisse: ex Naunibus item, qui citra Naunum fluuiũ sunt, & quos suprà diximus

Rustici ad iuramentũ vocati.

secundum iuramentum non recusasse,nec cum aliis licet solicitatos pau
cis exceptis unq̃ conspiralle:sed Cleſum præsert m in fide permansit,tu
dio Balthasaris Clesii uiri fortissimi ac prudentissimi,ut Bernardo Cardi
nale fratre suo animi uigore non inferior haberetur,qui,licet circũfreme
rent ruricolæ,& in uniuersos alios nobiles furerent,nunq̃ tamen ipse ex
Castello suo ullo metu discessit:id quoq; palàm est, quoldã secutos fuisse
coniuratorum partes,non q̃ ciuitati infesti essent,sed q̃ iudicium timerẽt
propter aliqua flagitiosa scelera:quæ illi anteà ppetrauerant: sub id tem
poris Petrus Busius ciuis egregius ægrè ferens Tridentinos, quos nul
la unq̃ alias uis externa deterruisset, nunc tantũ terroré inuasisse, ut ru
sticorum pauore intra muros tenerent, deliberat in Nomanũ egredi: si
ue q̃ uiri fortis animum cupido gloriæ incesserat,scisciti quenam in
tanta trepidatione res Tridẽtina esset uentura,siue q̃ de priuatis rebus,
quæ fuit frequens opinio,cum suis agricolis esset tractaturus : cognito
eius consilio amici eum deterrere conati sunt:laboraruntq̃; uehemenˉter,
ut ab itinere reuocarent,at ille constanti animo cum domesticis egressus
Nomum peruenit,circiter octo milliaria ab vrbe distans oppidum ad ci
teriores Athesis fluminis ripas positũ,quod ipse à parentibus suis tradi
tum tenebat: iubet illicò ad se eos uocari,quibus demandata erat com
munis cura,& primũ,uti ad id tantũ uenisset,de illis cœpta est fieri men
tio,qui ab Ecclesia Tridentina desciuerant,eos iure reprobandos, & inso
lentiæ arguendos esse ait,qui patriæ suæ bellum intulerint,Ecclesiãq; &
ciuitatẽ odio & armis prosecuti sint,in qua ipsi sæpenumerò uxores,libe
ros,seipsos,suaq̃; omnia seruarunt,contra uim & ĩpetũ Venetorũ,Helue
tiorũq̃;,& aliarum externarũ gentium,quæ diuersis temporibus in agrũ
Tridentinũ infesto exercitu irruerunt,quò ferant, nescire, eos tanti ice
leris daturos pœnas:ni statim ab armis ad religionem cõuertãt animos,
& ad clæmentissimum Episcopum redeant,suos itaq; hortat, admonetq̃;
caueãt,ne & ipsi à coniuratis rusticis præcipites trahant in pericula, sibi
tñ eorum animos cognitos esse in se amicos & beneuolos, pergãt modò,
faxintq̃;,ne ulla unq̃ ætate apud posteros legatur Nomanos fuisse rebel
les,& Ecclesiæ Tridentinæ iussis repugnantes: persuasum erat Busio ho
mines in nemoribus natos posse à dementia sua remoueri, & qui ode
runt ciuitatis mores ciuili oratione pacari:dum hęc diceret, animaduer
tit illos ad defectionem spectare: quare ex consulto ad priuata sermo
nem uertit,ne armorum memoria dubii eorum animi grauius irritaren
tur petit igitur de suis negociis,quæ relicta fuerant in controuersia:quid
tandẽ decreuerint,illi acerba & arrogãti uoce respõderunt, ea alio tẽpo
re tractãda esse,non decere illis diebus agricolas in forũ trahere:indigna
tus Busius sui agri colonos arrogãtius q̃ par esset rñdisse,aio excãdescit,
cũq̃; ex agrestibus unus ptinacius ipsum impugnaret:rustica supbia of
fensus eum manu percussũ à se reiecit:abeunt illi taciti ac fremebũdi,uo
catur concilium,acciti ex Castro Nouo oppido finitimo agrestes ruunt,

Petrus Busius vir egregius.

Petrus Busius ad agricolas orationem habet.

concurritur,

concurritur,ac uicatim clamatur,disceptaturq̃;,nec mora inter obstrepẽ
tem turbam lata est cateruatim contumelioſa sentẽtia:Petrum Busium,
qui se dominum agricolarum fecerat,perdendũ esse, q̃ Nomanos auarè
habuerit,q̃ ausus sit non impetratis induciis in commune rusticorum re
gnum progredi,uetitum esse rusticos ciuitatem adire, uetitum ciues in
agros exire:se in agris,illos in ciuitatibus dominari,rapiuntur rastris o
nerati,limen occupãt,postes infringunt,Busio insultant,dominũ uocant,
decimas attulisse mandato domini frequentes paruisse uociferant, pœni
tuisse se suæ rebellionis,uenisse ut suũ dominum salutent,colantq̃;,& ge
nua exosculentur,quid est quod nõ uocentur intrò de more ad dominũ:
inter hæc perfractis & ui summotis postibus cum ingenti clamore irrũ
punt:at Busius cùm uidisset se undiq̃ suorũ insidiis circumuentum ad cru
delissimum supplicium peti,nec posse se solum tantæ multitudinis impe
tum ferre,nec fuga saluti consulere,à famulis destitutus in columbariũ
refugit opus testudineum,fossaq̃; & aggeribus obseptum ,ubi inter duo
solaria concamerata structura multa arte confecta deformi latebra sed
pro tempore necessaria delituit:quò erat aditus uno tantũ hostio angu
sto & ore quidem cõpressiore,ut tandiù se tueret, dum sui, quos sperabat
tanto tumultu uel ab vrbe,uel ex finitimis locis posse exciri,subsidiũ fer
rent,atq̃ id existimabat futurum,rusticos non ultrà sæuituros,&, cũ illis
deessent bellicæ machinæ,munitum locum non aggressuros , sed omissa
re irrita suam quẽq̃ domum abituros:at siluicolæ,quò longius à spe ca
piendæ prędæ summouerentur, eò acrius exarsere,& pertinacius instite
re:iraq̃; acutiores facti parant,quod uidebat nulla alia ui uici posse, igni
bus demoliri,substructis igitur primũ aridis sarmentis fossas opplent, &
ingentem circa columbarium lignorum congeriem adstruũt, sulphureũ
deinde puluerem,& alia huiuscemodi nutrimenta subiiciunt,eoq̃; immit
tunt ignem,qui repentè concrepuit,& flamma fumo immixta sub cœlũ
debacchante concremantur tecta,&,quos nimius ardor excoxerat , la
bant muri,soluuntur fornices:incendia per feneſtras immissa populãtur
cameras,& cuncta replentur ardenti flãma & caligine:circũstabant im
placabilis vulgi agmina,& qui alios ad sęuitiem accendebant ipsarũ gen
tium Duces tantæ feritatis spectatores,infelix uerò Busius , qui uolue
rat se multitudini dedere,& salutem suam domesticis hostibus credere,à
facie eorum reiectus crudelissimè exustus est, Tridentini tam atroci cri
mine nunciato virum præstantissimum luxerunt , & multò maius morti
decus publica fuit mœstitia,q̃ qui ullus fieri potuisset funebris appara
tus:Cæterũ Dii,quãuis ad uindictam sæpè alias lento procedant gradu:
non passi sunt tñ illud impium facinus diù impunè , siquidẽ aliis laqueo
gulam fregere,alios in diuersas partes sectos, alios aliis tormẽtis excar
nificatos uariis supplitiis affecere,ut breui cognitum sit eos rusticos, qui
Busium concremauerunt,omnes ultima clade affectos funditus conci
disse,aut à patrio solo uagos perpetuò exulasse:constat autem Busiũ in

Sententia rusticorũ in Petrum Busium.

Rustici columbariũ oppugnãt.

Petrus Busius combustus.

cendio cõsumptum fuisse anno Christiano M. D. XXV. quinto nonas Iulias: Cùm aũt uideret Clesius Pontifex Tridentinus ciuitatis suæ statum domestico vulnere ictum suis ipsius uiribus confici: curã adhibendam in primis censuit, ut undiq; diuersa cõtraherent auxilia, quò Ecclesiam ab iniuriis seruaret: missi itaq; sunt nuncii ad Ferdinãdũ Marchionẽ Pischarię tum aduersus Gallorum Regem in agro Insubriũ pro Cæsare copiarum Impatorem, qui eum docerent, quo instatu esset res Tridentina, opem ferret, &, si cómodè per id temporis fieri posset, rogarent Corradinum Gloré mitteret eorum peditum Ducẽ, quos modò ipse in agro Venotum conscripserat: Indoluit Marchio cognita optimi Episcopi causa non posse Tridentinæ ciuitati succurrere: cũ nõ liceret exercitus sui uires eo tempore minuì: quo res cum potentissimo hoste gererẽt: Interim Bitempochus cũ quingentis hastatis vrbẽ ingredit: Mox Lodronus cum totidem militibus: Spaniolus cum trecentis peditibus ex Italia cõductis machinis bellicis ferreis pilis, sulphuratis funibus, ac uiuaci igne ꝓbè instructis mira celeritate iussi oẽs affuere, &, ne quid omninò omitterẽt, Gerardum Arci comitem & Franciscũ Preisacharũ Roboreti Prę fectũ in vrbem accersiri uoluit, uiros & fideles & disciplina militari instructos, qui & ipsi cum aliis Præfectis, ubi opus esset, rem curarent: tum etiã Andreas Burgus audita vrbis turba ex Hendena statim Tridentũ conuolat: Occupato Pontifice in his, quæ haud dubiè necessaria erant ad Ecclesiam & ciuitatem defendendam: Nomani rustici, ubi in Busium & in ciuium bona, siqua in eo agro inuẽta sunt, sæuitũ est, ab Episcopo Tridentino palã desciuere, & Ausuganis sibi ad oía facinora coniunctis in ciuitatem conspirant, Nam & Ausugani ab Ausugo oppido dicti, quod situm est inter Feltriam & Tridentum, *simili furore* perciti aliis etiam ad id sceleris secum inuitatis eodem tempore in suos dominos insurrexerant, & cùm alios uiros nobiles paulò antè crudelissimè necarant, tum maximè Georgium pullherum Iuani oppidi præfectum ex arce descendentem ex insidiis adorti funesto ictu machinæ equo deturbatum cõtrucidarant: quamuis sint, qui affirment eum conserta manu cum agrestibus pugnantem tormento bellico ictum cecidisse: id sane constat cæso præfecto Iuanum oppidum ui captum fuisse, & à rusticis hostili impetu direptum: Nomani igitur & Ausugani utriq; suorũ cædibus polluti, uidẽt se eousq; progressos, ut nullus esset relictus ueniæ locus, iccircò aut totum in agro Tridentino agricolarũ nomen aboleri, aut eos rustico opere attritos seruire perpetuò oportere, & hoc quidem posterius miserius esse illis, qui homines appellari uolunt: ineundum ergo consiliũ esse, ut aut honestè occumbant, aut cum laude uiuant: si tyrannos omnes una strage extinxerint, non modò uicturos agrestes, sed & agris & ciuitatibus summa cum gloria præfuturos: his furiis acti agricolæ per nuncios & literas eos solicitant, quos non ignorant dominis suis & ciuitatibus infestos: quantoq; in periculo sit rusticorum res monent, nisi pro salute

Laborat res Trid.

Epꝰ contra hit auxilia.

Georgius Pullherus cæsus.

Exhortatio rusticorũ in Principes.

salute dimicare necesse esse intelligant, cogitent, quo animo futuri sint in agrestes domini, quoties pristinæ in se contumeliæ, & quibus maiores sui affecti fuerint cladibus subibit recordatio: uiri modò sint, uti & impẽdentis mortis terrore, & turpi seruitute se liberent, &, ni uelint quotidiè per forum trahi, innitantur totis uiribus, ut amotis potentioribus pareant agricolis ciuitates, tempus esse cõmuni omnium saluti cõsulere, nõ gloria & dignitate, sed, cui cedunt omnia, urgeri ruricolas in bella necessitate, qui iam suum in nobiles odium cædibus declararunt: eiiciẽdã esse ex animis socordiã, ni malint seruire q̃ regere, pro cõperto .n. haberi regna ignauiã non pati: agite arma capiant, edant uirtutis suæ exempla, discantq; gloriosius esse tractare gladios q̃ rastra, utiliusq; esse in ciues ferrum acuere, q̃ in messes falcem immittere: non audere summates uiros cum rusticis cõgredi, sed honestam meticulosos latebrã quærere: posse uno impetu si exierint fundi ciuiles copias, capiq; & euerti mœnia: expugnatis autem oppidis, arcibus ac ciuitatibus, quæ sola palàm est æternæ agricolarum felicitati obstare, agrestes homines nihil ultrà ad summam beatitudinẽ dideraturos: his excìti undiq; agricolæ ex Precino siue Pergina, Leuico, Ausugio, Iuano, Nomo, Castro Nouo, &, quę cultoribus frequens est, ex valle Lagarina conueniunt, necnon qui utranq; Athesis fluminis ripã accolunt, & alii insuper complures turmatim ruunt, relictisq; aratris ad arma decurrunt, ad persequendosq; igni ac ferro Tridentinos ciues coniurant, Bolgianenses prætereà, Maranenses, Venotes, & qui populus Italiæ campos prospectant tanq̃ auxiliares euocant, illi aũt ueluti ad prædam inuitati, ad ruricolas Tridentinos, quorũ auspiciis res geri uidebat, signa transferunt, & se scelerũ socios addũt: ab Naunibus uerò & vallis Solis agrestibus ex fœdere cũ illis anteà inito auxilia expectant: ut id exploratum sit, seu inopia agri, seu prędę spe, seu regnandi desiderio, seu alia de causa magnam hominum uim in ciuitatem Tridentinã cõspirasse: congregati itaq; agrorum cultores Duces uicatim creant, suos singuli, qui uero non minus audacia, q̃ corporis robore præstantes ac diuites erant, & supra fortunæ & conditionis sortem prudẽtes, ut ciuiles potiusq; rustici uideri possent: hi totum agmen ducebant tumultuario suffragio electi, quos sequebantur pileatæ & securigeræ cateruæ sagis atro uellere intextis pro thoracibus indutæ: at, cùm opus esset multitudinem recensere, & de rebus cõmunibus consultius agere, in locũ vulgò Cere uocitatum excompositò omnes conueniunt, ea est inter Precinum oppidum & Ciuizanum uicum iacens planities: quò ubi deductæ sunt ex diuersis montibus turbæ, ut castrorum præberent speciem, consentiũt cuncti, & ritu suo fœdus percutiunt apud Deum, quem scelerum uindicem inuocant, iureiurando pacti fraudẽ inimicorum ulciscì: inde de bello cõmuni nomine gerendo agunt, & cũ primũ de Tridentina ciuitate euertenda mentio facta esset, cõclamatũ est undiq; infesto agmine ad eam oppugnandam eũdum esse, ea una uox circũferebatur: ex cõfuso itaq; om-

Rusticorũ cõiuratio in Trid.

Conueniũt rusticorum cateruæ.

Bellum Trid. indicitur.

nium uictoriam acclamantium consensu decernitur,ut Tridentinæ ciuitati bellum extemplò indicatur:Præfecti uerò urbis explorato ruricolarum aduentu nõ longe à mœnibus ostrepentiũ,& quid constituissent nõ ignari,ualidioribus præsidiis vrbẽ firmãt, machinas bellicas p muros disponi iubent,& cuncta ciuitatis loca diligentius muniunt,ut,si forte,ut erat nunciatũ,ciuitas obsidione cingeretur:oppidani hostilẽ ferrent impetum,& tormentis rusticos ex portis propellerent:verũ,quia sibi cõpertũ erat nondũ penitus resedisse intestina odia,ne quid detrimenti pateret resp.malorũ hoium improbitate,operæpreciũ existimarũt ciuiũ animos dictis cõfirmare,&,quãuis scirent nihil ex agricolis reip. metuendũ esse, utile tñ fore duxerunt,suadere extremũ patriæ occasum instare,ut deteriti metu impendentis foris periculi deponerent domi discordiã:conuocato itaq; in arcem populo,Gerardus Arci Comes paucis docet,in publico discrimine singulari uirtute & fide opus esse:obsideri vrbem rusticorũ cæteruis ciuilem sanguinẽ sitientibus,íminere ultimã cladẽ ciuibus,tempus esse amouendi ex animis socordiam,uidere ipsos imensam multitudinem magno in ciues odio adesse,nec procul à mœnibus ciuitatis aciẽ ostentare,rem cũ agrestibus manu decernendã,non pro dignitate,sed p libertate & cõmuni salute dimicaꝝ oportere,ignaui & meticulosi esse hominis,ubi res poscit,mortẽ formidare,& tutam sibi in tenebris uitã post uictoriam hostis sperare,cũ nihil sit ipsa natura munitum timidis tutum: audendũ itaq;,&,cùm nulla res sit uiro forti indomita,æquum esse confidere sibi prosperè pugnatum iri,& quæ cupiunt omnia sibi ex uoto successura,pro liberis, pro coniugibus,pro parentibus, pro patria seruanda adeunda esse omnia uitæ incõmoda,quod non ueretur eos sponte sua facturos,si modò meminerint Regiũ esse laboribus insudare, & mediis in periculis uersare,non spectari uirtutem nisi in rebus uehementer arduis difficultatisq; & laborum plenis,latronum tñ globos incertãq; & inermem turbã,quæ uim audet in ciues,facilè fundi posse,& ciuitatẽ defendi:si ita se gerere proposuerint, ut egregia eorum fides fortiter pugnãdo declaret,quod quidem facient,si succurrerit multa esse,quæ animos firment,habere Principem non minus fortem q̃ sapientem & in omnes beneficum,nullo in loco suis ciuibus defuturum, omniũ generum cõmeatus abundè suppeditari,machinas,fidelia præsidia per muros dispositа,p magnos & belli peritos Duces rem geri,fortissimos milites ex Germania & Italia stipendio conductos sub signis esse,contra quos hostes ipsi rem habeant non ignorare,eos hominum multitudine haud dubiè superiores, at uirtute,arte bellica,Ducibus,instrumẽtis & armis militaribus lõgè inferiores:ciues uicturos si uincere deliberauerint,ad uictoriam autẽ id super alia posse animos inflãmare,eos vrbis dignitatem semel ignominia amissam nunquàm recuperaturos,&, nisi libertatem dextra defenderint, superbissimo rusticorum imperio turpiter seruituros:quòd si modò certandum fuerit ancipiti fortuna concurrentibus agricolarum & ciuium

Munitur ciuitas.

Gerardi Co. Arci oratio ad ciues.

uium fatis,ita manum conserant,adeò uiriliter agant,ne uideant̃ nescisse,& glorioſè uiuere & pulchrè mori uirorũ fortiũ esse: maiorum igitur suoru exemplo,sic ferant aduersa,sic hostem petant,sic ferro decertent,ut constet posteris & facere & pati fortia Tridentinorum esse:rusticos, qui nunc superbia efferunt̃,aios ex euentu sumpturos. Videbantur sanè omnium animi sapientissimi & fortissimi uiri oratione ad tuendam ciuitatẽ accensi,secum enim considerabant,quantum mali allatura esset domestica seditio,quantum item miseriarum futurum,si paterentur remp. toties à maioribus suis defensam perditum iri,ex quo,si qui erat, qui anteà p̃ ualsent impios agrestium motus,mentem colligere cœperũt,seq; ad defensionem vrbis pararunt:habitus est deinde senatus, uocati in curiã ueniunt frequentes,uariæ dictę sunt sententiæ,& diuersis uoluntatibus disceptatum,sed id decretum est,satius esse rebelles rusticos manu ciuium deleri,q̃ ciuitatem & diuina Ecclesiarum ornamenta improborum hominum crudelitate dissipari. Intereà agricolæ,qui gentem omnem in campo recognouerant,conuocant milites sub signa & presso sonitu in ordinem coguntur turmæ,eo nanq; & monticolarum animi in cædem inflamm̃tur,& augetur furor, tolluntur uexilla Diis sacra tum ex templis ad bellicos usus auulsa, & pro militaribus insignibus sub auras explicata: præibant,qui ordines ducerent,sequebantur,qui postremum agmen cogerent,ibant uariis telis instructi,alii tormentis bellicis onerati ferreas glandes contorquent,sulphureq; igne & fumo cœlum obducunt, & ueluti tonitribus valles pulsant:alii hastilia manibus cõcutiunt,alii ueribus,alii bipennibus erant armati:pulchrum est uidere,quanta apud eos fuerit cura commeatus,qui, cùm sua militarent pecunia, decreuere, ut singuli secum tantum ferrent cibi, quantum ad se alendos in bellum satis esset,ex altero itaq; latere pendebat facculus pannarius,ex altero ansatus cantharus torno fabrefactus:his armis & sarcinulis impediti prodeunt modò bini,modò quini,modò turmatim,nec militari passu incedunt, sed citato gradu soluti feruntur per saxa,&,ne quem suorũ lateat tantæ expeditionis consilium,si quis forte uel ad parentes,uel ad uxores, uel potius in tabernas uinarias secessisset,iussus est corniger signum profectionis canere,ille bubulum inflat cornu, & de rupe edita rauco mugitu longè ex uallibus uocat agrestem pubem in funera: Cæterùm,cùm agricolarum agmina iam vrbi appropinquassent, quæ muris imminent, tecta occupant,Cognolæq; & Stradæ,qui in rupibus Tridento impendentibus uici sunt,castramentantur, & ingenti timpanorum strepitu & clamore oppidanos in se conuertunt: atq; ut Tridentini repentè aduẽtum hostis sentirent,re non minus salubri quàm necessaria agrestes ciuitatem priuarunt,alii enim aquæ cursum,quæ ex mõte in arcem deducitur,aliò diuertunt,alii riuum ex torrente, quem Fersinam uocant, ad communem usum in mœnia diffluentem obstruunt: uerùm, ut grauius vrbem premerent,mittũt extemplò qui eos solicitarent, qui Cunisper-

Rusticorũ exercitus ad ciuitatem conuenit.

gi ditioni parent conſpirationis ſuæ participes, Naunesq́; & vallem Solis illis finitimam aduerſus Tridentinos communes hoſtes uocant, ut cũ delecta agricolarum manu ſibi ex fœdere auxilio ſint: ſe dominis ſuis trucidatis Caſtella ui capta prædatos fuiſſe, ſe ſuis uiribus Tridentinos aggredi auſos intra mœnia clauſos obſidere, ſi cœptis in tempore affuerint, se haud dubitare cuncta ex animo ſucceſſura: his moti Naunes iam pubem ſub ſigna collegerant, & Tridentum uerſus iter arripuerant: verùm, cùm nunciatum eſſet Corradinũ ex agro Mediolanẽſium cũ magno pedítum numero adeſſe, ut eas valles ui ſubactas deuaſtaret, & Tridentino Epo obedientes redderet, reuocati ad Oſanam caſtellum celeri itinere reuertuntur, capiuntq́;, & Corradino, ut fama erat, ea parte uẽturo turbas omnes armatas opponunt, ut eum ab ingreſſu uallium ui arceant, quæ, ſi ex uoto, ut ſpes erat, confecta fuiſſent, animus erat in ciuitatem ſtatim impetum conuertere: Intereà qui ad vrbem ſederãt Agricolę muros ambiunt, obambulant, circumſpiciunt, oculos in turres uertunt: quidam exiſtimantes ſe ex eo non parum nominis apud poſteritatem adepturos, pilas æreas ex tormentis, quæ humeris geſtare mos eſt, ui ſulphurei fomitis eiectas longè ex alto in arcem Epiſcopalem ſedem iaculantur, & per feneſtras cum ſtrepitu immittunt in concamerata ſolaria, qui, ut uidere fumare tecta, trepidi per rupes in caſtra illicò refugiunt vulgò exclamantes Epiſcopum machina ictum ex vulnere breui interitu-
rum: nonnulli uerò, quo ſolent in triuiis armenta uertere, & boues aratorios mulcere, ſibilo uigiles nocte excitant, rati ciues pro ſe ſentire, ſe ingredi paratos dicunt, promiſſa ex fœdere ſeruaturos, nuncient ciuibus se in amicitia permanere: cuſtodes uerò, quibus cognita erat ruſticorũ perfidia, de induſtria reſpondent, ſe extemplò rem delaturos ad ſexdecim uiros, ſe tamen ſcire eos rei opportunitatem nactos egredi non recuſaturos, & cum illis, modò expectent, de deditione libenter collocuturos: dũ autem ſub muris commorantur agreſtes, nuncium à ciuibus expectantes, vigiles, qui in ſtatione erant, ad ultionem non inertes boardam patulo ore hiantem in eos conuertunt, & quæ ex cauo teretiq́; trunco cum impetu exilit pila ferrea percutiunt, & diſrumpunt pectora, addẽtes, hęc reſponſa à conſulibus ruſticorum oratoribus remittuntur, at illi ululantes ſubito ictu ad terram euiſcerati concidunt, rupes tundunt, per ſanguinem uolutantur, & indignantem animam ſub mœnibus emittunt: monticolæ grauius ira & odio ſuccenſi, q̃ ea infeliciter cecidiſſent, quęrunt in quos ſæuiant, agunt cuncta præcipiti animo, &, quamuis non habeant machinas ad ſubuertendos muros, ex montium tamen iugis minantur vrbi incẽdia, ut terror ciuitatem inuaderet, adeò ualida res tum agricolarum erat: magnumq́; eius motus nomen: verùm nec hoſtes modò, ſed ſuimetipſi ciues timebantur, nam, licet uideretur tota ciuitas pro rep. conſenſiſſe, ingens tamen formido erat, ne plebs uel metu perculſa, uel odio in diuites accenſa, receptis in vrbem clàm ruſticis iniqua conditione

Ruſtici ciuitatẽ oc-ſi dent.

Ruſtici à cuſtodibus vrbis deluſi.

tione pacem acciperet: quare annonæ in primis habita eſt cura, & multum laxamenti per id tempus plebi datum: qua indulgentia Pontifex diuiſam anteà ſtudiis coniunxit ciuitatem, & concordem tenuit: eam tamen firmis ſepſerat præſidiis, etſi alia lapideo ambitu, alia parte Atheſi flumine ſatis tuta eſſet, ſed, quod firmius erat munimentum, ea tempeſtate fortuna vrbis Tridentinæ et Epiſcopum ſapientem, & Caſtellaltum unum ex præfectis uirum habuit prudentem, qui prehenſãs ſingulos hortabatur, ut quacunq; ui poſſent impiorum hominum impetum excipe-
rent, & impigro animo Ducem ſuum, ſi opus fuerit, in pugnam etiam ſequerentur, erecti ſunt ciues præfecti oratione, ut execrarentur agreſtiũ ſuperbiam, qui ad id arrogantiæ animos extulerant, ut ſibi perſuaſiſſent æquum eſſe ciues terram uertere, agricolas vrbem regere: Confirmata ciuitate fortiſſimus Pontifex nunq̃ abſterritus, etſi cogноſceret potuiſſe prima ſtatim congreſſione fundi, & longè à muris per rupes palantem agi confuſam & inconſultam turbam, maluit tamen agreſtes, dum ira deferueret, tempus inter ſcopulos terere, milites uerò ad cuſtodiam vrbis paratos intra mœnia contineri, q̃ erumpere, & aggredi inopes conſilii homines, Eccleſiamq́; miſerorum cædibus maculari, cùm illi tamen quottidiè ſub mœnia progreſſi arrogantius inſultarent, & amaris clamoribus oppidanos prouocarẽt, Baptiſta Spaniolus, ut ſunt feroces militares animi, ignominioſam ruſticorum acclamationẽ uiris fortibus non ferendam arbitratus, cum paucis porta Aquilæ egreditur, qui in primo ſtatim agmine conſpectus obuerſis ad ineundum prælium armis metũ ruricolis incuſſit, & modò ſingulos criminabatur, modò omnes increpabat, alienam libertatem opugnatum ueniſſe, ſuam perdituros, illi & pudore ſummunt animos, & pugnæ copiam faciunt: in Spaniolũ tela omnes coniiciunt, uerùm ille obſtinato gradu locum pugnando obtinet, tũ milites, quos ipſe Dux acri oratione ad publica decora hortatus fuerat, ſublato clamore omnes ſimul cum alacritate pugnam ineuntes fundunt, uertuntq́; in fugam imperitum belli vulgus, & plũbeis glandibus in denſam turbam contortis ueluti pecora per ſaxa & iuga præcipites longè exagitant, qui, cùm ea die proſperè pugnaſſent, in vrbem læti reuertuntur: verùm nec ſegnius iiſdẽ diebus rem geſſere Ludouicus ac Gerardus, hic Arci ille Lodroni Comes, & Franciſcus Caſtellaltus viri bello prę-
ſtantiſſimi, cùm enim agreſtes ea quoq; parte uenieſſent vrbem obſeſſuri, qua Atheſis fluuius mœnia præterlabitur: & eas rupium fauces, p quas anguſtus ad ciuitatem aditus eſt, multitudine occupaſſent, quem locum vulgò Buſum vellæ nominant, ibi montibus anguſto tranſitu interruptis, ut uix ſingula meent plauſtra, unde per Scalam (ſic enim uia ſcopuloſa præcepsq́; & abrupta uocatur, per quam procliuus eſt ad citeriores fluminis ripas deſcenſus) ingenti animo Duces iniquè ferentes tantum licere monticolis, cum delecta militum manu facta eruptione temerariam multitudinem adoriuntur, & primo congreſſu ſoluunt, fu-

Spaniolus erumpit in agreſtes.

Ludouicus Lodronus. Gerardus Arci. Franciſcus Caſtellaltus.

Strages rusticorum.

gantq;,& per inuia palantes telis insequentes aut cædunt,aut in profundum torrentem,qui ad radices montis spumosus rapitur,ui detrudũt:at, quò speciosior esset uictoria,habuerunt Pontificem pugnæ ex arce spectatorem,& egregiæ uirtutis suę testẽ:attulisset ea pugna ultimum agricolis excidium, & quod erat rusticorum citra flumen reliquum eo die fuisset ferro absumptum,nisi Duces aut casu aut fato non temerè tamen receptui cecinissent:cùm enim ex Castello contorta esset tormento bellico sub auras pila ænea,quod factum fuerat ad deterrẽdos rusticos: suspicati sunt Duces aliquid turbæ excitatum esse in vrbe: seu populum indignatum rem ruricolarum infeliciter geri exiisse, ut Clesianos à tergo suaderent: seu agrestes, qui altera parte vrbem premebant,plebis fauore in ciuitatem porta irruisse, siue quid aliud grauius accidisse: eo signo se reuocari arbitrati sunt: reuertuntur itaq; & in prælio captos in ciuitatẽ ducunt, quos Episcopus benignè seruari uoluit: præter Philippum lapidum structorem,qui,cùm se sponte sua ad id iureiurando obstrinxisset,uelle se oculos amittere,nisi triduo Castellum Tridẽti ad terram deiecisset,ad supplicium tractus stante Castello oculis ex sententia erutis pœnas dedit: Ea clade consternatæ multitudini superuenerunt, qui nunciarunt omnia itinera consilio Episcopi, quem à principio putabãt vrbem metu reliquisse, deinde inconsultò rediisse, clausa ruricolis ab Italiæ finibus sibi (ut fama erat) subsidio uenturis: Riuenses itẽ comparata fortium uirorum manu ex constituto mouisse à tergo, iam agmen ad vrbem declinare, ipsum uerò Principis aduentum ciuitati animum addidisse, omnes in rusticos ferrum uertisse, & pro rep. per vulnera mortem cupere, se circumueniri, sibi plus periculi ab nouo exercitu impendere, quàm ab vrbe, quæ etsi incerto auctore diuulgarentur, metuebant tamen, & plura quàm afferentur ante oculos iniciebat formido, ut cogerentur grauiora etiam animis uersare: ubi autem mẽtem collegerunt, uident,qui se rerum omnium dominos paulò antè prædicabant, breui rerum omnium inopia laboraturos: hæc inter renunciatur cùm alios multos, tum præsertim Naunes, quos expectabant sibi opem laturos ex finibus suis egredi non posse: quæ quidem super recentem cladem vulgi animos uehementer perturbarunt, iam arguunt temerarios suos ausus, iam cognoscunt, quò dementia sua uentum sit: auersi arcem detestantur, quam ut euerterent rem suam ipsi omnem euertere: pœnitet in se tot iniuriis Pontificem suum irritasse, conqueruntur, quam minati fuerat ciuibus Tridentinis, ruinam in seipsos recidisse:plus potuisse fortunam rerum omnium dominam, quàm impios rusticorum conatus, se ipsos, uxores, liberos, suaq; omnia uecordi consilio perdidisse, coq; desperationis rem perductam, ut non pristinam modò libertatem, sed ne quidem reditum sub antiqua tecta liceat sperare, lamentãtur, & uitam deplorando efficiunt miseriorem; atque, ubi his querelis repletæ, sunt omnes agrestes cateruæ, id unum tandem cunctis placuit

ctis placuit consilium, abire, dum licet: præsidia itaq; ex iugis rupibus circumseptis deducũt, & soluto agmine ab vrbe tristes excedunt, non minus tamen solicitudinis præbuit Principibus illorum discessus, quàm paulò antè aduentus:timebant enim ciues ne illi fortiores reuerterentur: cùm multi adhuc in armis essent, & pertinaciter resisterent: quam ob rem expedire iudicant maiora auxilia parari, tum ut Anauni & Solis prouinciæ, aliæq; præterea gentes coniuratæ in potestatem & ad obedientiam reducerentur, tum quia non fidendum erat vulgo nuper fugato, qui incertus ac uarius est: nam si quid spei fortè oblatum fuerit, eò semper, quò blandientis fortunæ inuitat fauor, inclinatur: rudesq; homines, qui ad res agendas feruntur impetu, re aduersa plærunq; efferatiores facti uehementius excandescunt: atq; ex ira, qua accuuntur animi & augentur uires, maiorem uim suscipiunt: timendum erat præterea ne illi rerum præteritarum usu docti, rem suam consultius gererent, acerbiusq; publicum vulnus recrudesceret, nec nisi expugnatis vrbibus detectisq; templorum culminibus ab armis discederent, cum maximè se omni ope destitutos uiderent, nescit enim miseria, quæ Deos etiam contemnit, timere hominum imperia, in qua, cùm nihil sit præter uitam, quod eripi possit, uitam etiam ipsam,quam difficile tuetur, paruifaciendam existimat: ut ab his, qui ex omni spe dejecti sunt, atrociora timeri oporteat, quàm ab his qui ex alto superbè imperant, propterea iussu Ferdinandi Archiducis habito delectu conscripti sunt mille quingẽti Germani pedites, quibus præfecit Thomam Frunspergum, & uti commissarium addidit Sigismundum Brandesrum: Interea Gerardus,ac Ludouicus Comites, Franciscus Castellaltus,Carolus Troppus,Franciscus Preisacharus,præfectus Roboreti ad id potissimùm designati cum tribus cohortibus peditum profecti Nomum, Castelnouum, Castelcornu, & ad alia plura citra flumẽ loca omnes agricolas repentino aduentu oppressos nouo fidei sacramẽto obligarunt, coegeruntq; ordines in conuentu pontis Aeni statutos accipere, quibus omnibus ad obedientiam compulsis Clesius Episcopus Clæmenter parci uoluit: preter paucos, qui tãquàm Duces ad cõspirationem populos accenderant,& ad agenda incendia fomitem subministrarant: inde progressi Leuicum, Precinũ, Ausugium,Iuanum, & qui reliqui sunt earum uallium populi, raptim adeunt rebusq; feliciter expeditis in vrbem reuertuntur:quo tempore Thomas Frunspergus cũ Germanis peditibus superuenit,ut reprimeretur pernicios tumultus, & tandem componeretur res Tridentina: tum ab Episcopo datur negocium Præfectis, ut omnes ex utroq; fluminis latere agricolæ conuocentur: faciantq; ipsi quæ iudicent è rep. fieri oportere, illi extemplò per præcones ad concionem uocatos ex agris populos iubent repentè adesse, qui ultra Athesim habitant ad portam Sanctæ Crucis conuocantur, qui citra fluuium sunt in pratum abatiæ Diui Apolli-

Res rusticorum deplorata.

Germani pedites.

Rustici coguntur ad nouũ sacramẽtũ.

Thomas Frunsper-gus.

Rustici in cõcionem uocati.

naris conueniunt gladiis accincti, & hastis instructi: sed iussi illi cò deponunt arma, quos excompositò statim circundant milites: uerùm non tam ipsam turbam suorum scelerum memoria attonitam terrebant circumstantium militum tela, quàm tot clarorum uirorum præsentia: stabant enim in conspectu Duces omnes in equis sublimes, quandoquidem illis unà cum Andrea Regio data erat componendarum rerum cura, & puniendi reos potestas: rusticis autem primùm mandatum est, quæ ipsi ausi fuerant antiqua fidei fœdera uiolare, nouo sacramento confirmarent, quæ uerò contrà ipsi statuerant, abolerent, ea ubi feciſſet, tunc iusso silentio, ita infit Castellaltus. Si ullo unquàm in bello milites

Verba Castellalti cõtra rusticos.

fortissimi hæc ciuitas fuit ultimo periculo proxima, id fuit in nouissimo tumultu: dimicatum est enim foris cum infesta nostrorum ruricolarum turba: uidistis eos circunduci, montes præsidiis occupari, omnem ex agris in nos uim accendi, omnem multitudinem explicari: domi uerò cum ambiguis ciuium animis certatum, ut plærunq; auerterent à præsidio militum animos, qui in pugnam progressi timerent, ne urbani hostes nuda terga inuaderet: ea tamen culpa non omnium est Tridentinorum: sed eorum tantùm, quorum consilium erat eà uires declinare, quà fortuna rem daret: at Diis, & Pontificis nostri sapientia, uestraq; uirtute, adiuuantibus, quem nobis iniicere studuerunt terrorẽ ac fugam, in ipsos transiit, qui tantæ audaciæ & scelerum suorum pœnas dabunt: de his tantùm loquor, qui sibi temerè persuaserant mœnia nostra tanto Regum sumptu erecta agrestibus ferramentis excindi posse, & fortissimum Episcopum suorum agricolarum minis pauefactum fugiturum, ciuitatemq;, templa, aras, atq; arcem rudibus hominibus imperaturis uacuam relicturum: tum milites rusticos *circumsistunt*: illi inermes, cùm se ab armatis septos uident, & contrà nonnullos cum machinis bellicis sulphuratisq; funibus accensis stare expeditos, ueluti tum glandes æneas in pectora eorum ex fabrili opere extorquerent, trepidi circumuertunt ora, silentium tenent: tũ inquit pfectus: uos qui ex agris ad seditiones & turbulentos motus solicitati, & in spem prædæ nõ sponte uestra erecti malorũ consilia secuti estis, iubeo ab urbe, quã funditus deleri inter uota à Diis petiistis, abesse, & quantum potestis rus proficisci, qđ bonũ faustũ felixq; sit Pontifici & populo Tridentino, mihiq; ac uobis, impunè abite Bernardi Clesii principis nostri clemẽtia, & positis armis ad aratra, quod uestrũ est, redite, nec, nisi cũ opera ura opus fuerit ciuitati, ĩ mœnia uos recipite, rastros uestra arma capite, terrã pscindite, &, qm̃ in agris, quod uestrum erat, dominari nesciuistis, discite parere bonorum imperio, & audiẽtes esse scientibus dominari: idq; in aõ uobis semp fixũ sit, uos ad usum & commoda ciuitatum natos esse: At uos, quorum ingenia ad discordiã nata nulla disciplina possunt curari, qui imperitam plebem in remp. instigastis, qui ciuium status affectastis, qui arces hostiliter diripuistis, qui cædibus nobilium uirorum dextras cruentastis,

qui

qui tot mortales ira & odio armatos in bonos Principes infandis uocibus inflammastis, ut non modò totus ager Tridentinus, sed & alii extra fines nostros populi uestro flagrarint incendio: docebitis hodiè uestro supplicio posteros, quæ à uobis uiolata est fides, sanctam haberi oportere: His dictis iubet eos, quorum consilio & ductu tanta hominum turba in ciuitatem exarserat, tortoribus puniendos tradi: quorum alii in diuersas partes discerpti sunt, aliis manus, aliis digiti tantùm detruncati, aliis aures abscissæ, aliis preciosissima corporis pars oculi effossi sunt, quidã laqueo suspẽsi uitam finiere, multi per urbem circunducti deinde ad palum alligati flagris affecti sunt, plures publicatis bonis Trid. agro prohibiti: pauci pecunia multati: magnam præterea turbam uinclis inditis in carcerem rapi imperat, nec prius quempiam dimisit, quàm media fronte inustum, deformiq; & dedecorosa macula signatum, ut singuli uariis affecti fuerint notis, atq; hæc inuito Episcopo: qui ut est pietate insignis cunctis pepercerat, sed mandato Ferdinandi Principis maximè confecta sunt, ad coercendam rudium hominum temeritatem: cùm multi tamen alii uel capite, uel alio grauiori supplicio puniendi ipsius Clesii beneficio & benignitate fuerint seruati: cuius etiam consilio multis occidionibus, & aliis malis opportunè occursum est: quæ quoniam fuerunt præuisa, uel aliò declinarunt, uel minus nocuerunt. His, ut erat mandatum, confectis, accinguntur in Naunum prouinciam audacter Episcopo repugnante: cum quibus uallis Solis populi conspirauerant, constitutum fuit duabus partibus eos oppugnare: altera Lodronus, Castellaltusq;, & Bitempochus cum suis militibus Trilaco, Trauersara, Faio, Colurno (ea enim sunt uicorum & montium nomina) contendunt, & Sporum usq; Anauni oppidũ penetrant, ut eo latere pauorem hosti incutiant: altera uerò Thomas Frunspergus, Gerardus Arci Comes, Sigismundus Brandeser, & Frãciscus Preisacharus Roboreti præfectus cum mille quingentis peditibus traiecto Athesi flumine apud Mecium oppidum in uallem ascendunt: Naunes cognito Clesianorum Ducum consilio sublatis signis mittendos statim decernunt: qui Rochetam arcem celeriter occupent, ut primo statim in uallis limine illos ab ingressu prohibeant: uerùm quia in diuersa studia trahebantur: partim enim iam in nomen Clesi Episcopi iurauerant, partim obstinatius certare adhuc pergebant, dum tempus teritur contentionibus, Clesiani aditum superant, & in uallem irrumpũt, primosq; inuadunt, & Reuoũ oppidum capiunt: inde publico mandato & præconis uoce edicunt omnes seditiosos, qui in Ecclesiam Tridentinã arma cœpunt, dicta die adesse: Interim Lodronus, Castellaltusq;, & Bitẽpochus, qui altera parte urgebant Naunes, ui cõpellũt Sporẽses & Ruinæ oppidi agricolas sacramentum apud se dicere, mox uerò cũ Anaunii & Solis uallis accolæ statuta die, ut edictũ fuerat, Reuoũ cõueniſſẽt, iussi tradũt arma, cogũturq; ad nouũ sacramẽtũ: alii deinde capti Tridentũ

Supplicium de rusticis sumptum.

Expeditio in Naunes

mittuntur, alii, qui tanquàm omnium perturbationum fontes multitudinem in Tridentinam Ecclesiã mouerãt, ut pœnas subterfugerẽt, cedentes finibus ultrò solum uertunt: Expedita prouincia Naunibusq; & aliis, qui defciuerant, populis nomini Tridentino obedientibus restitutis: Clesiani re prosperè administrata, in vrbem omnes reuertuntur: mox Thomas Frunspergus Bolgianum uersus contendit: Itali, qui operam egregiam nauauerant, iam secura ciuitate dato illis abeundi commeatu in Italiam redeunt: quingentos uerò pedites, quibus præfectus fuerat Bitempochus, ob residuas seditionum iras, quæ uidebantur nondum satis deferbuisse, ad usum reip. si forte opus esset, Episcopus retinuit, & pacato agro Tridẽtino, sedatoq;, quo flagrabat, incẽdio, Deo optimo Max. & Vigilio tutelari Deo gratias primùm agit, iubet deinde eorum causas cognosci, qui in custodia tenebantur: demandatur munus Castellalto, & iisdem Præfectis, qui alios paulò antè conspiratorum Duces damnauerant, agant quod Ecclesiæ & reip. Tridentinæ utile esse existimẽt, illi autem uocatis in forum coniuratoribus comperto scelere iudicant in tales homines crudele fieri posse nihil: magnitudinem sceleris exuperare omnium ingenia, & omnes cruciatus minores esse q̃ illorũ facinora, eos dignos esse, qui atrocissimis omnium generum tormentis dilacerẽtur: verùm pro clæmentia Pontificis Tridentini mitius tractari cõstitutum esse, quam ob rem quigrauius deliquerant, capite, reliqui alii aliis sed leuioribus pœnis omnes afficiuntur: Liberata tãdem metu ciuitate, & Diis adiuuantibus composita rep. Clesius Põtifex multos uirtutis causa magnis muneribus donatos unũquenq; pro dignitate liberaliter prosecutus pro tribunali luculenta (ut solet) oratione publicè commendauit: sicq; honorata omnium uirtute, ad decora gesta fœminas etiam inflammauit: ruricolæ uerò, qui ciuitati suæ arma intulerant, ueluti amota ab oculis caligine, quottidiè magis execrabantur furorem suum, qui, ut in Principis sui gratiam redirent, legatos supra agrestem conditionem instructos, & multarum rerum usu non imprudentes ad eum mittũt: quos cultu vultuq; ad præsentem fortunam comparato, ubi se ad Principis pedes proiecissent, facta dicendi potestate, huiusce modi uerba fecisse accepimus. Præclara tua pietas re multis in periculis nobis spectata Pontifex clæmentissime magnam miseriis nostris fiduciam tribuit: iccirco uenimus ab agricolis tuis paulò antè ciuitatẽ tuam obsidentibus communi omnium nomine ueniam oratum, ne existimes nos ullam consilii nostri defensionem parasse: uoluimus tamẽ te scire, quod unum putauimus necessarium, nos nec rogatu cuiusq;, neq; quò Martini Lutheri gratiam nobis per hanc causam conciliari putaremus, neq; quò regna ulla periculis, aut adiumenta honoribus quæreremus, sed ruisse ad arma, multis prius iniuriis & cõtumeliis lacessitos, Deũ tñ & Diuũ Vigiliũ obtesta mur, nos neq; Ecclesiæ tuæ, neq; tibi bellũ unq; mouisse, nec gladios ullos eduxisse, quo periculũ alicui bono fieret, sed, cũ amissis fortunis miseri egentesq;

Ciuitas metu liberata

Damnãtur cõiuratorũ Duces.

Oratio rusticorũ ad Epũm.

egentesq; quottidiè traheremur in uincula ciuium crudelitate, nec esse habuimus extrema omnia adire, ut corpora nostra ab iniuriis tueremur, & perditis reliquis omnibus liceret saltem nobis liberum in agris corpus habere, nec propterea dignitatis tuæ ratio à nobis minus habita est, nihil.n. in te parari animus unq; fuit, contra eos tantùm arma tulimus, qui nos superbia isequuntur: consueuerũt maiores nostri laborantibus agrorum suorum cultoribns summo studio opitulari, uerùm isti impietate nos conculcant, quos illi pulcherrimis decretis iuuandos docuere, quo factũ est, ut pessum ierint ruris precia: quare, cũ in nos tãta uiolentia iretur, ad tela, quod unũ restabat salutis nostræ subsidiũ, coacti refugimus, non ut te exulante in ciuitate tua dominaremur, qđ sæpe alias ciues Tridentini in suos Principes coniurati, seu regnandi libidine pmoti, seu magistratuum superbia lacessiti fecere, ab Episcopis suis palã desciscentes: illis enim aut in custodiam uiolenter tractis, aut exulaꝝ coactis armati Episcopatum audacter occupauerunt, nos autẽ nec Pontificem nostrum eiicere studuimus, nec magistratus, nec prícipatus, nec diuitias, sed quæ nobis erepta est, libertatẽ tantũ petiuimus, quam nisi cum anima amittere uiri fortes solent, nec tamen sic liberos esse uolumus, ut tibi & legibus nos obnoxios esse recusemus, sed nefas sit in prouincia & ciuitate libera nos natos liberos auaris & rapacibus ciuibus seruire, furoris aũt sit credere, nos bellum Ecclesiæ Tridentinæ indixisse, quã bello alias defendimus: at potius, cùm à limine Ecclesiæ expulsi essemus, nulla alia re grauius indignati sumus, q̃ à solitis religionis nostræ ritibus prohiberi, unde quod malorum ciuium uoluntate non licebat, certo aío ꝓposueramus illis inuitis facere, & Diuo Vigilio agri Tridentini patrono, & frugum nostrarũ datori & liberatori sacra intermissa de more restituere, nullus certè labor, nullus dolor alius nos magis angebat, q̃ recordari nos ab his aris, quibus tura dare consueuimus, superbissimorum hominum iniquitate secluſos fuisse, qua de causa nobis in primis decretum erat omnia prius experiri ac pati, quàm antiquis Diui Vigilii cerimoniis carere, quæ quidem res nos potissimùm ad arma compulit, ut magis nos accenderit ciuium tuorum in nos superbia, quàm noua in nos decreta uina nostra in Germaniam conduci inhibentia: quidnam faciendum fuit, cùm nos alio modo factioni inimicorum resistere nequiremus? cùm nos assiduè falsis criminibus circumuentos uideremus? fortunæ cedendum fuit, cessimus, & plærique etiam nostrum ultrò in exilium ꝓfecti sunt, non quò ullius sceleris conscii essent, sed uti resp. illis exulantibus quieta foret, neue in ciuitate bonis ciuibus partes nostras tuendas suscipientibus aduersus improbos contentione nostra seditio maior oriretur, cæterùm nec in agris nos macerari permittebat ciuium sæuitia, à quibus in custodiam uiolenter trahebamur, ex quo ad amouendam tantam iniuriam necessariò rapienda erant arma, quod factum non modò vrbem nostram, sed & Germaniam & Italiam omnem

primùm concussit:verũ obsecro quid mali tulit Ecclesia Tridentina rusticorum motu? non faces in tecta iniecimus,non templa,nõ aras, quod alibi contigit,euertimus,armati tantũ in campum progressi sumus, nosq; ad uẽdicandam nobis libertatem paratos ostendimus,non ut Episcopalem dignitatem,quã nos,& maiores nostri semper uenerati sunt,uiolaremus,sed utĩ probos homines ĩ nos sæuos à crudelitate sua ꝺterreremus: ut tibi constet Põtifex optime nobis ciuium tuorum iniquitate ac pariter superbia pugnandi necessitudinem impositam fuisse, ut quęreremus; quonam modo ulti sanguinem nostrũ honestè periremus,mortem enim cupiebamus,quam erumnarum requiem,nõ cruciatũ esse putabamus, atq; id uelimus tibi pro comperto esse,nos ad tantũ dementiæ compulsos,quoniam nobis persuasum fuerat sublata omni uiuendi spe saluberrimum esse insanire,sicut.n.uos,qui in regno estis,iudicatis pulcherrimũ sapere,ita nos,cũ desint omnia,æquum esse putamus furere, tollit paupertas,quæ opibus adhibetur, existimatio,iccircò non regnant inter squalores consilia,qm̃ tamen à nobis iniuriam amouere tentauimus, ob eam unã rem ingẽti strage attriti sumus,& ad inopes nostros lares rediuimus, seu tuo,seu nostro fato repulsi,sed quò minus cõmodi nobis ex uecordia nostra,eò plus laudis tibi ex sapiẽtia tua accessit,ut putemus in fatis tuis esse tantum hominũ tumultum gloriæ tuæ promissum fuisse, quo tuum nomen & hæc tempora clade nostra fierent illustriora,quod tibi pace ulla nunq; contigisset, quãobrem te obtestamur Pontifex humanissimè, ut extremis in miseriis agricolis tuis,quorũ opera tua ciuitas alitur, opportunè consulas,ne inuadãt Barbari Tridentinã regionẽ desolatã, & suis cultoribus uacuã, & ut id cognitũ sit te pietate tua nobis restituisse,quæ malorum hominum improbitas eripuerat:at infandũ est, ꝙ cepistis arma contra remp. in patriã armati non uenimus,consilium fuit eos tantũ ex foro in præceps dare,qui nos uetabant uiuere,& agros rastris fodere, sed esto deliquimus dementia nostra,non tantum tñ iniuriæ nunc à nobis accepit resp.quantum alias honoris & cõmodi,cùm hostes urbẽ bello inuasissent,& trepidarent ciues intra muros clausi,tum nos arma cœpimus,& pro ciuitate liberãda egregia edidimus opera,propterea ne potius memineris,quod nuper per ignorantiam cõmissum est: q̃ quod alias à nobis ultrò & scienter præstitũ sit,& magis quod te dignum sit,q̃ quod in nos iurè fieri possit,considera,nec plus ualeat apud te agricolarum temeritas,q̃ sapientiæ & dignitatis tuæ ratio,ne uidearis iræ tuæ magis q̃ famæ cõsuluisse:optimi prætereà est Principis obliteratis iniuriis exclamentia ĩmortalitatem quærere,quam ob rem tu qui in excelso ætatẽ agis: quò altius Dii te leuarũt,eò mitius nos ad ima lapsos preme: quicquid.n.miseris datur (ut vulgare est apud nos adagium) fortunæ datur: ab armis decessimus,supplices uenimus,non arces,non Episcopatus,non impia quęrimus,ut nos falsò insimularũt,q̃ malè audiunt,sed satisfactionem non

nem non accipiunt:non urbes nobis administrari,ut olim ciues Tridentini, petimus:ea.n.non est miseris arrogãtia,nec eo ad te animo uenimus: audire Principibus didicimus,non præcipere:modò quod nostrũ est facere permissum sit:nos agros,alii ciuitates colant,nos atra tegetum culmina,alii magnificas ædes habeant,teneant,regantq;,peroptamus tantũ nostro ueluti exilio modicã domi fortunã:quò paruulos liberos ꝑ amplexus paternos recurrentes ad suggerendas magnis uiris delicias multis incõmodis educemus:quod abs te impetrare nõ diffidimus:cùm prius nouerimus ea te mãsuetudine & pietate semper fuisse:ut nemo unq̃ abs te frustrà uel auxilium uel misericordiam petierit.Clesius Pontifex audita rusticorum legatione,qui studuerunt se expurgare, & crimen in alios transferre:etsi sibi constarent eorum scelera,non ignarus tñ plebẽ instabilem esse & natura lubricam:atq; hominis esse hominem in tempestatem delatum iuuare: miseratus rudiũ hominũ calamitatem,respondet nulla esse supplicia tam atrocia,quæ non sint longè minora illorũ flagitiis:qm̃ tamen eos cepit facinorum suorũ pœnitentia se satisfactionem illorum accepturum, contumelias sibi illatas obliturum, summaq; scelera summa pietate compensaturum,nec laturũ suos agricolas ulla affici iniuria: ut intelligant quantũ differant Principum mores à rusticorũ ingenio, in patrios redeant mores rituq;,nec minus fidem posthac q̃ agros colant, talem eorum opera Principem factura,qualem optabunt:his dictis agricolas dimisit opt.Ep̃us,ut eos pœnę magis q̃ infamiæ exemerit: Talis fuit ea tempestate tumultus in agro Tridentino,& hunc habuit exitũ rusticorum bellũ:de quo pauca ex multis collecta memoriæ commendauimus:cũ haud dubium sit,plura tradi potuisse:verùm nos multa consultò ꝓteriuimus,ne uerbosior contexeret historia:his tamẽ addere uoluimus Ecclesiam Tridentinam ex furore rusticorũ minus incõmodi passã fuisse, q̃ quæ in Germania oppugnatæ sunt:ex quibus constat complures, Episcopis aut cęsis aut deiectis,fuisse uel solo æquatas,uel igni exustas:Quã ob rem Tridentini ꝙ uiuant in libera ciuitate incolumi rep. suo potissimùm Principi acceptũ referunt,qui consilio suo agricolarum audaciam fregit,& ciuitatẽ ab incendio seruauit, cuius etiam prouidentia factum est,ne agri Tridentini incolæ iunctis armis cum agresti Germanorũ pube,qui positis aratris circũstrepebant,frequentes in Italiã,quam iam nouus pauor incesserat,ferro & odio instructi transierint,&,quod decreuerant,in penates nostros irruperint, atq; aras pollutis Christianis ritibus fœdauerint.

Responsio principis ad rusticos.

LIBER

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerarium De Vitis Pont. Trid. Liber decimus.

Cæterùm non modò laboratum eſt his temporibus in regione Tridentina, ſed & alibi, ne tantum mireris Tridẽtinorum fatum: alibi aut trepidatum, aut ciuili odio in cædes concurſum, in Deosq; & homines grauius ſæuitũ eſt, &, quod rarò alias contigit, funeſtata ſunt magnorũ Regum coniugia, nam infinita penè ſub uario terrarum orbe inſignia ſtupra, ſacrilegia, ſeditiones, rapinæ, rerũ publicarũ mutationes, populorũ ſtrages, ciuitatũ calamitates, & innumerabilia alia ſcelera conſecuta ſũt: quorum illud grauiſſimũ arbitror, qp gliſcente Lutheranæ ſcolæ perfidia, Hæreticorũ uires indies magis reſurgãt, ac ſibilent hydræ ĩ Chriſtianos homines pernicioſiſſimæ q̃ ſuperioribus annis truculentius, atq; ita iã pcrebuit prauiſſimus mos, ut in confinibus etiã Italiæ multorũ animos labefecerit: Oecolompadius.n. (ut de multis hoc tãtũ attingã) & Vdalricus Zvvinglius homines quidẽ ĩpii, alter Auguſtæ Rauricorũ, quã noſtri Baſileam dicunt, alter in aliis Heluetiorũ regionibus, uel (ut ipſi loquũtur) pagis, tanq̃ è ſemine uiperino emerſerint, auſi ſunt à ſuis ſacrorum ritibus Euchariſtiæ ſacramẽtũ penitus excludere, qđ ſcelus, ut diutius perennet, credulæ iuuentuti *tradunt*, & literis inſuper mandant, quo etiã malè imbuta poſteritas inficiat: hac de cauſa inter Heluetios opinionum uarietate acerrimè conflictum eſt, de quibus mox plura dicturi ſumus: Afferẽ præterea inter Henricũ Britãnorum Regem & Catherinam Reginã eius uxorẽ uiolenta matrimonii ſeparatio: cõtempta Ro. Eccleſiæ auctoritate, Caroloq; Imperatore & Ferdinãdo Archiduce ſtrà reclamantibus, vnde ſecutæ ſunt Cardinalis Roffeñ. Thomæ Mori ſupremi cãcellarii (ſic.n. appellant Regi proximũ à ſecretis ſcribam & conſiliarium) & aliorũ multorũ nobiliũ uirorum diuina iura & ueritatem defendentium ſanguinariæ cædes, quos affirmant iniquè damnatos, & ſupplicio publicè affectos fuiſſe: qui qm̃ pro Deo omnes diros cruciatus inuicto aĩo tulere, crediderim ex his, quæ de glorioſiſſima illorũ morte traduntur, inter uiros ſãctos numerandos eſſe: ꝓtereo, qp idẽ Rex nouã nuptã, quã poſt Chatherinę diuortiũ ſibi matrimonio iũxerat, ĩ adulterio (ut aiũt) deprehenſam capite dãnauerit, &, qui tanti flagicii reperti ſũt conſcii, in forum tractos ſecuri percuti iuſſerit, ut duarum coniugum, alteram ex maritali toro ui eiecerit, alteram ſubire mortem coegerit, quæ credita eſt maxima horũ temporum infelicitas. Pacato uerò ruſticorum tumultu,

tumultu, Tridentinus tanq̃ eum natura tulerit ad expedienda Regia negocia domo octauo cal. Decembris M. D. XXV. Auguſtã profectus eſt, ubi Ferdinãdus Cæſaris fratris ſui uicẽ gerens in Germania edixerat concilium primarium haberi: verùm, cùm multa præter ſententiam ſuperueniſſent: quibus conſilium mutari neceſſe fuerat, prorogatus fuit conuentus ad Cal. Maias ſequentis anni, & in Spiram vrbem tranſlatus: quò conſtitutum eſt omnes Principes dicta die conuenire: Ferdinandus intereà cum Tridentino Tubingam peruenit, quo tẽpore audita eſt noua ruſticorum coniuratio in agro Archiepi Saltzburgenſis, quod malũ ſicut ſerius prodiit, ita atrocius ſæuit, tanq̃ in cauda reſediſſet totum, qđ reliquum erat ueneni: Quidam enim Guaſmar cognomine Germanus natione uir impudens, cũ uidiſſet agreſtes homines undiq; ira & ferro armatos erumpere, in partes illorum conceſſit, qui licet diù ſordidus, repẽte uerò elatus mutationem fortunæ malè tegeret, quia tamen erat inter tela uerſatus, cùm tumultuantium agricolarum occaſionem nactus eſſet, emiſſarium ſe in Principes & Ducem prębuit, ut breui magnam de ſe audaciæ opinionem dederit, quod omnibus Germanorum Principibus nouam formidinem iniecit, & quia ſciebant eum uirum eſſe rerum bellicarum non imperitum, & quia fama erat ad tria millia militum ueteranorum ſecum in aciem eduxiſſe: Guſmar igitur inito cum agricolis fœdere, aduerſus Archiepũm mouet, & uiros nobiles tanq̃ hoſtes aggreſſus ingenti animo oppugnat, ut eo duce multi uiri ſummo loco nati interfecti ſint, & magnæ clades ab aggreſtibus acceptæ, at, ſimulac ſedata ſũt tanti motus incendia, ille fortaſſe ueritus multos Principes, quos meritò infeſtos habuit, ſe Patauium nunc Paduam Venetiæ vrbem recepit, ubi tandem, cũ ſe ſatis tutum putaret, qp longè à patria abeſſet, miſſis (ut ſuſpicio eſt) percuſſoribus domi confoſſus ſceleratæ proditionis pœnas dedit. Sed iam aduenerat dies concilii conſtituta, Ferdinandus igitur & Tridentinus, qui à latere Principis nunq̃ diſcedebat, Spiram contendere: vbi frequens fuit conuentus: In eo conſultum eſt de auxilio Pannonibus contra Turcas mittendo: fama enim perlatum erat, Sulthanũ Salomonem Chriſtiano nomini infeſtiſſimum ingentes copias eduxiſſe, ut in Pannoniam traiiceret: Ludouicus autem Pannonum Rex qui ſe tantis apparatibus imparem uidebat, miſerat legatos, qui docerent Germanos Principes hoſtem cum numeroſo exercitu in conſpectu eſſe, peterentq; in tanto Chriſtianorum diſcrimine auxilia: Ferdinãdus certior factus quo in ſtatu eſſet Rex Pannonum, pro Rege, cui ſoror ſua nupſerat, ſolicitus conſulit cum Principibus, quidnam agendum ſit re adhuc integra, agitq; pro uirili, ut Pannoniarum Regis preces uideantur facilioré in conuentum Spiræ aditum habuiſſe, q̃ alias repudiatæ: monetq; concilii Principes Pannones propè certa foueri ſpe, Germanos armorum ſocios affore, & communem hoſtem ſimul inuaſuros, & iam ad eos delatũ eſſe omnes in Germania, qui per ætatem ferre arma poſſunt, ad id bel-

ſum cogi,cũm Rex Germanos hortaretur in Turcas arma capere, re in controuerſiam deducta,ſuffragiis deliberatio permittitur:ubi eo decurrerũt omnium ſententiæ,nullam eſſe auxilii ſpem:Dimiſſo cõuentu Ferdinandus uehementer cõmotus,q̃ uideret maximam ſtragem Chriſtianis impendere receſſit,incertus primùm quidnam in deliberatione adeò difficili conſilii caperet,ratus tamen affinem Regem tantis in periculis non deſerendum eſſe Tridentini conſilio Inſprucham uerſus celeri itinere rapitur,ut inde auxiliares copias cogeret: quas ipſemet ducere in Turcas animo conſtituerat,& pericula omnia obire, ut cognitum eſſet quantæ ſibi curæ foret & Regis & Chriſtianæ religionis dignitas & ſalus:cũ uerò ad oppidum uſq; Zierlum vulgo dictum,quod diſtat circiter decem millia paſſuum ab Inſprucha,peruenisſet unà cum Tridentino,qui inde in patriam cogitauerat,dum per pontem iam tranſiret,affertur Regem inito prælio cum Turcis fines regni ingreſſis infeliciter dimicaſſe,& in loco eorum lingua Emoatzo nominato quinto cal. Septẽbris acerrimè conflictum,Regem uerò ipſum egregiè pugnantem acie occubuiſſe:multos Epiſcopos,multos Principes pro ſua & Chriſtiana rep. in mediis hoſtibus uerſatos pulcherrimam mortem obiiſſe: toto Pannonũ exercitu profligato Budam alias Curtalim dictam regni Metropolim, Peſtumq; & alia multa oppida ui capta & combuſta,populos aut fœdè interfectos,aut ui in ſeruitutem tractos,ferro igniq; rem crudeliter geſtam,ſed multo tamen ſanguine uictoriam ſtetiſſe:Ferdinandus tantæ cladis nuncio perculſus,quid agat anceps Tridentinũ conſulit:eo aũt fideliter ſuadente in Auſtriam redeundum eſſe, Viennam ſtatim regreditur: quem Tridentinus,licet in patriam redire deliberaſſet,magnis tamẽ itineribus ſubſequitur: ratus publicũ cõmodum priuato anteferrendum: Sulthanus uerò audito Chriſtiani Prĩcipis aduentu,ueritus ne quid detrimenti pateretur,munito firmis pręſidiis regno exercitum reduxit: At Ferdinandus defleta & multis lachrymis decorata miſerabili ſuorũ clade:non ignarus Boemorum regnum iure uxorio ad ſe ſpectare,ſibi laborandum cenſet,ut in uacuas ſedes ſuccedat,cũ p̃ſertim ſibi cõpertũ eſſet, Federicum & Maximilianum Imperatores maiores ſuos olim cum Regibus Pannonũ,uaria de eorum regnis tractaſſe,atq; ita cõueniſſe,ut regnum Boemorum,quos aliqui in Germania ponunt,iure ad ſe pertinere conſtaret:his de cauſis agere cœpit ſummo ſtudio,ut id,quod quidẽ erat plurimi faciendũ,cõſequeretur:quæ dum magna contentione tractantur: Boemi ultrò ad Ferdinandũ declinant,eumq; iure ſuo in Regem eligũt, quod quidem mirum in modum gratum Ferdinando obtigit, id ſibi ſeu Tridentini & aliorum bonorum uirorum opera, ſeu quadam fortunæ indulgentia ſucceſſiſſe:in quo ſibi plus laboris impendendum eſſe dubitauerat:quam ob rem uocatus Pragam olim (ut quidam opinãtur) Caſurgim Boemiæ metropolim rectà contendit M. D. xxvii.quarto cal. Febr.Prodiere Prĩcipes Boemorũ uenienti,& in urbem populari plauſu exceptus

Lud. Rex Pánoniũ in acie cadit.

Strages Pánonii.

exceptus eſt:ſexto uerò cal.Martias Tridentinus Vratiſlauiẽſisq; & Brunenſis Epiſcopi eum ritè uinxerunt, & impoſito diademate caput euinxerunt,etſi exorta eſſet inter Principes,quos Barones uocant, controuerſia,ad quos potiſſimum ſpectaret in tam ſolenni pompa ferre regalia inſignia,ſed mox ſedati ſunt omnium animi,poſtero identidẽ die Anna Ferdinandi uxor ab iiſdem Epiſcopis augurato ungitur, & Regia corona inſignitur,quibus auſpicatius perfectis q̃ fuerat omniũ opinio, Tridentinus,cũ nihil omiſſum uideret, quod ad dignitatẽ & ornamẽtũ Auſtriacæ domus ſpectaret,ex multis periculis,quæ pro Rege adierat,per uias admodum difficiles domum receſſit:Rex uerò Brunam cõtendit Moraui ciuitatem,ille.n.eſt Marchionatus regno Boemiæ ſubiectus,ubi, ſimulac populi in nomen ipſius & Reginæ iurarunt,Viennam Auſtrię metropolim reuertitur:hoc in loco operæprecium uidet excedere paululũ ad narrandum,qua fortuna uſus ſit Ferdinandus in recuperãdo, qd amiſſum fuerat,Pannonum regno,hic,dum parat Turcarum præſidiũ ex Pannonia deiicere,ut illud quoq; regnum eodem iure,quo Boemiã ſibi uendicet,quidam ex primatiis uiris,qui nimiũ ſibi ſummebant,Ioannẽ Sceptiſienſem Vaiuodam nuncupatum Regem Pannoniarum arroganter eligunt,quod,cùm accepiſſet Ferdinandus,id præter iura ſua & maiorũ ſuorum pacta factum eſſe,acerbè paſſus eſt,quã ob rem habito delectu repentè exercitum conſcribit,& Pannoniam cum ingenti omniũ trepidatione ingreditur:ubi uerò clamor tumultusq; in caſtra hoſtium perlatus eſt Ferdinandum Regem aduentare, Vaiuoda dato ſigno ſuos educit,qui,cùm in cõſpectum Auſtrialium progreſſus eſſet, eos clamore & iurgio excipiunt:illi ira accenſi primam aciem inuadunt:dimicatur utrĩq; non minori odio,q̃ uiribus,facta autẽ ab Auſtrialibus impreſſione haud modicè turbati hoſtes coguntur pedem referre, inde ordines inclinata acie ſoluuntur,cæduntureq;: Vaiuoda deperdito exercitu fuga ſalutem quærit:Ferdinandus autem ſpecioſiſſimam adeptus uictoriam locũ obtinet,non ea tamen clade abſterritus eſt Vaiuoda,cupiens enim prioris incõmodi detrimentum ſarcire ,reparato exercitu prælium rurſus non detrectat:Cæterùm,ubi Auſtriales eruptionem fecere,uix conferta manu primo impetu funditur,qui nec adhuc ſe uictum putans, tertio prælio fortunam experiri auſus in hoſtem præceps ruit,unde abiit acie profligatus:poſtremò pertinaciori animo in pugnam reuerſus eſt: At furore ſanè irritò, cùm intentarit magis,q̃ inierit certamen,ut quater cum eo ſemper proſperè dimicatum ſit,ex quibus palàm fuit uires regni fractas ſuccubiſſe,hominis tamen uirtute nullis caſibus uinci unquàm potuiſſe: Vaiuoda igitur præſidiis ex urbibus eiectis,uidens omnia in poteſtatem hoſtis ueniſſe, Sulthani fiducia ſibi bellũ ſuſceptum eſſe,Sulthani ope ſe deſtitutum,amiſſis copiis,inſigni clade accepta,ſpem nullam eſſe reliquã ſuſtinendi belli in Poloniam Sarmatiæ partem aufugere cũ ſuis coactus eſt,expulſo aũt Vaiuoda ac profligato,& regno tyrãnide liberato ſingu-

Ferdinandus Rex Boemoriũ coronatur.

Anna Boemoriũ Regina coronatur.

Moraui in nomẽ Regis iurant.

Ioãnes Sceptiſienſis. Vaiuoda Rex Pannonum.

Vaiuoda ꝓlio victus.

Vaiuoda quater acie profligatus.

Ferdinandus Pannonũ Rex coronatur.

lari pompa Albam regalem ingressus ungitur,& corona sancti Stephani de more decoratur, & Rex Pannoniarũ declaratur M.D.xxvii. tertio nonas Nouembris: Anna item eius uxor postridie eius diei Regalia suscepit insignia: Pannoniarũ Regina appellata applaudente maiorum

Anna Pannonũ Regina coronatur.

procerum parte: Interea Tridentinus Viẽnam, quã alii Viliobonã, alii Vianã nominant, reuocatus concessit: ubi relictis impedimentis, couino celeriter uectus cum paucis Budam ad Regẽ se contulit, à quo benignè susceptus est, & tum supremus Cancellarius prona in eum aula creatus,

Trid. supremus Cancellarius.

quæ dignitas secunda à Rege munerat, Regium .n. esse non ignorabat Ferdinandus, cùm præsertim fuisset pluribus officiis à Tridentino prouocatus, eidem plurimùm tribuere: à quo sciret se plurimùm amari, nã, si nunq̃ dubitauit in eos, quos speraret sibi profuturos, beneficia conferre, qualis in eum esse debuit, qui iam profuerat: Contrà uerò Tridentinus, quem non latebat nullum esse officium in referenda gra magis necessarium q̃ prõptum & grauissimum animum, uidit id in primis suũ esse, quæ acceperat maiore mensura reddere, & multò plus, si modò posset, studio & opera Regi afferre, q̃ accepisset: Tum Ferdinãdus, ut res cõponeret, & regnum ordinaret stringonium rediit, & alia insuper loca multa p agrauit, ut ab aduentu Tridentini duos menses in lustrandis ciuitatibus absumpserit, sic Boemorum ac Pannonum res in Ferdinandum trãslatæ: Cõpositis uerò rebus, & expedito regno anno Christiano M. D. xxviii. quarto idus Martias in Boemiã reuertitur, ut eos populos, qui in ditionẽ

Conuẽtus in Boemia

suam recenter uenerant, præsentia sua in fide confirmaret: ubi cõuentum generalẽ haberi iussit frequenti hominum cõcursu celebratũ, in quo de his, diligenter tractatum est, quæ ad gubernandum regnũ pertinere uiderentur, ut omnibus rebus iure consultum esset, in quibus Tridentinus Regi nusq̃ defuit, qui id studii in conciliandis populis, exhibuit, ut non minori curę sibi fuisse ꝓceres & cuiuscũq; gñris hoies, q̃ ipsum Regẽ cõstaret, nõ. n. ita alterã partẽ fouebat, ut alterã deseri ęquũ putaret: phumanè uenientes accipiebat: seq; adeuntibus facilem tribuebat, ita oĩbus ordinibus gratus, ut, simulac discessisset, absentis desiderio tenerent, ícertumq; esset Regi an populis esset charior: arbitratus autem Ferdinãdus regna sua satis pro tempore composita, Viennam cõtendit, ubi, quod ab optimo quoq; Principe maximè expetendum est, ea curat singulari studio, quæ ad regẽdas prouincias expedire existimat, sed id præcipuæ fuit curæ, eos, quos his temporibus Anabaptistas uocant, extinguere: quorũ secta, ipso Rege foris occupato, ita inualuerat, ut nisi opportunè obuiã itũ esset, multũ Chrianæ religioni detractũ fuisset: cũ itẽ præuideret magnam belli molẽ Austriæ & Pãnoniæ impendere, ꝑ multas ꝓuincias iter faciens Inspruchã puenit anno M. D. xxix. quinto idus Ianuarias, & undiq; auxilia in Turcas cogit: ad qd bellũ, cũ intelligeret magno opus

Conuẽtus Spiræ.

esse apparatu, cõuentũ impialem Spiræ indixit, quo ꝓfectus docuit Principes, qui frequẽtes cõuenerãt, quãto in discrimine esset Germanorũ res,

si in Austriam Turcarum Impator mouerit, qui uetus odium in Chrianũ nomen exercet, ualidas copias parari oportere, ad sustinendũ hostis impetum, eum ꝓfectò si Christianorum fines ingressus fuerit, cuncta ferro igniq; desolaturũ, q̃ nisi celeriter Austrianis sociis fuerit subuẽtum, frustrà spectabimus miseri prouincias perire, funditusq; ante oculos euerti, Turcarum ut ne tectum quidẽ, quò illi se recipiant, à scelere ĩsidiisq; reliquum futurum sit: superbissimum tyrannum ex finibus arcẽdum esse: ad eum autem debellandum requiri solam Germanorum uirtutem: His moti Prícipes, animaduerterãt. n. quãti eẽt pati Austriã armis Barbaro-

Auxilium cõtra Turcas.

rum occupari, opẽ pollicent, seq; ad oẽs casus paratos pro cõi salute fore recipiũt: Cũ uerò Ferdinãdus, quod unũ illis temporibus erat maximè necessarium, obtinuisset, Linciũ oppidum repetit: ubi ꝺcimo octauo cal. Iulias filiũ ex Anna uxore natum ultra mortale gaudiũ accepit, quẽ Tridentinus p oĩa itinera Regẽ secutus saluberrimo Christi lauacro ritu Romano abluit: puero aũt Ferdinandus à patre nomen est inditũ: Cũ aũt de aduentu Turcarũ solicitus esset, paucis ex senioribus secũ ascitis,

Ferdinandus Regis filius.

inter quos Tridentinũ haberi uoluit, quẽ ut publicis negociis diù uersatum plurimi faciebat: Ratisponã, olim Artobrigam, ꝓfectus est, ut ibi de auertendis à finibus Austriæ Turcis cõmodius cõsiliũ caperet: iam. n. certi nuncii afferebãt Sulthanũ maximas copias cõtraxisse, & toto Regnorum robore in Austriã infestissimo aĩo ruere, de quo simulac, quantũ licuit, consultũ est: Linciũ ruertit: uerũ cũ iam exploratius esset, Turcas Pãnoniã traiecisse, ut Vaiuodã paulò antè eiectum Regno restitueret, relicta pro tempore ea Pãnoniarũ parte, quæ non sine ingenti exercitu defendi poterat, loca tantũ, quæ uisa sunt ad ꝓhibendũ hostẽ, & ad rem gerendã magis opportuna, Viennãq; Austriæ metropolim firmis præsidiis muniuit, inde, cùm opus esset ualidiori manu ad tuendas poruícias, ipse cũ Tridentino, quẽ ullis in periculis à se discedere nunq̃ passus est, & paucis aliis: quos secum adiunxerat secretorũ comites, in Boemiã ꝓperè contendit: unde mira celeritate superata locorũ omniũ difficultate, florentes copias deduxit, ut incredibile uideatur, si quis modò, nihil ante aduentũ Regis expeditum fuisse ad bellicũ apparatũ: & lõginquos ẽt recessus consideret: unde ex latis confinibus uenerant milites, potuisse ex ultima ẽt Regni solitudine tã breui tempore tãtũ exercitũ in bella cõflari: Boemos igit ac Morauos secũ ducens ad Austriæ oppidum uulgò Crempsum uocitatũ secundũ ripã Danubii positũ, quod abest à Vienna urbe bidui itinere, puenit: quo etiã tẽpore Federicus Comes Palatinus p Danubiũ secũdo flumine cũ auxiliari Germanorũ manu ferebat: Turcarum aũt Impator, qui iam in conspectu urbis Viẽnæ castra posuerat, per exploratores certior factus Ferdinãdum cum potẽtissimo exercitu, & Comitẽ Palatinũ cum Germanorũ auxiliaribus oppidanis suppetias uenire, & iam Christianos Duces ꝓpè esse, de discessu deliberat, ueritus ne, si diutius ĩmoraretur, sibi obstruerentur à tergo aditus montiũ mini-

Turcarũ aduẽtus in Pãnoniam

Boemorũ exercitus ĩ Turcas.

Turcarũ discessus ex Pánonia.

bus,& ipse à regnis suis secluderet,si uerò milites intra castra sub pellibus habere cõstituerit,dum uerò adolescat,posse eos sęua hyeme & obducta glacie adustos exanimari,aut intercluſis itineribus graui annona conflictari,quod maximè timebat,iccircò canere receptui iubet, &,anteq̃ uideret hostem,ex Pãnonia digredit,recedens uicos incendit, multos contrucidat,plures more pecudum in captiuitatẽ trahit,ꝺlecti equites tergum tuebant,nouiſſimũ tñ agmen,quod eorũ impetu, qui de ſæuitie in ſe illata aĩam desponderant,p̃mebat,non ſine clade euasit,nã,qui cernebant coniuges liberosq̃; in ſeruitutẽ trahi,ſuorum cadauera putrescere ante oculos inhumata,tecta adhuc incendio flagare, oppida interruinas iacere,uicos passim fumare,ad ultionẽ doloꝝ inflãmati,facta multis ex partibus eruptione abeuntes Barbaros aggressi sunt,alii cõminus, & palã pugnaꝝ,alii alios ex occulto à ſignis digressos & p̃dam auertẽtes inuadere,ut hostem malè haberent,& carperent:nã,cũ illi non auderent redire in pugnã,ueriti Germanos instantes,fugiẽtes eos cædũt,&,quantum possunt,cohibẽt à populatione agri militem: Ferdinãdus uerò cognita Turcarum potius fuga q̃ discessu,quem parauerat Boemorũ exercitũ, & auxiliares milites retrò domum remisit,hoste utpote p ſe uicto, fuit autem ex Pãnoniis Sulthani discessus anno Chriano M. D. xxix. idibus Octobris.Austria tanto pauore & periculo liberata, Tridentinus, qui pro Rege & cõmuni salute oĩa adiuit discrimina,nec ullo unq̃ deterritus est labore,quẽ arbitratus sit Regi p̃futurum,cùm tot tantisq̃; rebus urgeret,& animum curis fatigatum tot casus, tot itinera, tot rerum difficultates obeundo parumper leuaret,in sinum patriæ expectatus reuersus est,ut placatus ueteribus amicis idem libris ſuis familiariter uteretur,cũ quibus in gr̃am redire cupiebat, diu.n.absentem reuocarant in priſtinã consuetudinem,quorum usum non iccircò dimiserat,q̃ illis succenseret,sed quòd eorũ ſuppuderet in res turbulentas demiſſum:Cęterũ illi tantum ad quadragesimam usq; sequentem concessum fuit Ferdinãdi beneficio à publicis oneribus uacare:His diebus Aliprandus Clesius Card. nepos ex septem fratribus unicus Annã de vvolchẽstain (utar inuitus barbara dictione) nobiliſſima familia mulierem pudicam & p̃bam uxorẽ duxit,patruo auctore:nuptiæ magnis opibus,& ingenti omnium alacritate in arce Epali celebratæ sunt,& id tẽpus exhilarãdis animis datum est: Dũ aũt existimat Tridentinus ſe iam functũ laboribus: extẽplò nunciat̃ Bononiã eundum esse:Carolus.n.Romanorũ Rex ingenti armorũ apparatu tum ex Hiſpania claſſe in Italiã trãsgressus Bononiã puenerat,ut,ſicuti erat constitutũ,coronã Impatoriã accipet:nam eò Clemens.vii.sũmus Ro.Pont.quo tẽpore Sulthanus Turcarũ Tyrãnus cũ exercitu ĩ Pãnoniã irrupit,ea ꝺ causa excõpositò ſe ab vrbe cõtulerat cũ frequẽti Cardinaliũ põpa:certarunt ſiquidẽ oẽs diuersarũ nationũ Principes in tã celebri cõuentu opes suas ostẽtare: ex quo Tridẽtinus à Ferdinãdo Rege Orator ad Pont.Max.& Cæsarẽ uẽturus nobi-

Trid. post multos labores ĩ patriã redit.

Aliprãdus Clesius vxorẽ ducit

Trid. pro Rege Bononiã proficiscitur.

lium

lium uirorum delectum in Episcopatu suo,sed in primis in comitatu Tirolensi,quem ſibi multis officiis deuinxerat,haberi uoluit,quos, quanto tum excogitari potuit ornatu,magnificè constat fuiſſe instructos: erant illi ferè omnes illustri loco nati,& Equestri dignitate ĩsignes, torquibus Aureis exculti,&,quod maximè curauit,rerum gestarum gloria nõ obscuri:singula autem eorũ insignia longo posteà ordine in parte palacii depicta sunt,quod apud Arcem Tridentinam erectum est, ut ea peregrinationis Bononiensis apparatum testarent̃ posteritati:ex quibus alii scientia militari egregii iam docuerãt præclaris exemplis,quid de ſe expectari liceret,alii in re lr̃ia diù uersati absolutæ doctrinæ nomen adepti fuerant,ut sunt multi his diebus in Germania apprimè docti, & emunctæ naris uiri:vnde in publicum usum exiere luculenta uolumina, & diuersorũ studiorum referta,ut illi benefaciẽdo,hi scribẽdo apud mortales ĩmortalem famã inueniſſent: inter quos eminens Tridentinus ex Alpibus descendens per regionem transpadanã Bononiã puenit: æquũ sit,ſi qui sunt,qui nobis fidem negant,citare Veronẽses,Mantuanos, Ferrarienses,& alios cõplures Italiæ populos tãti spectaculi testes: qui lõgum uirorũ agmen uidere,& Tridentinũ Principem p ciuitates & oppida transeuntem obuiã exeuntes plausu excepere:admiratiq̃; sunt decorum & grauẽ Epum,ſublimia q̃; illa uirorũ ora,& expolitos hominũ cultus:fuit omniũ ſententia nullum omninò Prícipẽ eo tempore tali comitatu,tali ornatu,tali uirorum delectu constipatum Bononiã ad Pontificẽ intrãſſe:appropinquanti prodiere obuiã officii causa multi & præsules & Principes:quibus circũseptus vrbem ingrediens populo conſpicuus omniũ oculos in ſe conuertit,ubi à sũmo Pontifice & Carolo Imperatore perhumanè ſuſceptus est:ipse autem,quod Pontificis erat sũma reuerentia præstitit,quod Cæſari debuit,nulla in parte neglexit:ut constet in utrunq; ab optimo præsule profecta fuiſſe officia & fidei & sapientiæ plena,qui mox Carolum de more coronari Imperatorẽ in tanta hominum celebritate præsens uidit die constituto:qui fuit sexto cal.Martias, festo Diui Matthiæ anno M. D. xxx. cùm uero Max. Pontifex iam cognitum haberet Tridentinum tot & tãta pericula pro Eccleſia Dei forti animo tuliſſe,eum honore Cardinalatus nõ indignũ arbitratus est:vnde ob ſpectatã eius fidem & singulare ĩ religionẽ pietatem,& uti de uniuersa Chr̃ianorum rep.benemeritũ ultrò ad tr̃n dignitatis promouit:ex purpurato senatorũ collegio nemine prorsus aduersante,uel quouis alio in frequentiſſimo Principum concilio reclamante: vñ tantum glorię reportauit,ut, quãuis cæteri oẽs,q & dignitate & gloria illustres uariis ex partibus eò cõuenerant,,pceres nõ sint ullo tẽpore obliterãdi, Tridentinus tñ p̃sertim in ore oĩum recẽs semp ac frequẽs sit,& ꝺ eo p̃clara multa ubicũq; p̃dicent̃,qui,qñ sibi cõpertũ erat Cæsarẽ pbreui in Germaniã p̃fecturũ,,pperè in patriã rediit,ut illi p Tridẽtinas alpes trãsituro officii gr̃a obuiã in tẽpore occurreret,& p facultatibus seruitutẽ suam de-

Viri doctiſsimi in Germania

Trid. magno apparatu Bononiã ingreſſus.

Carolus Bononiæ coronatur.

Trid. Cardinalis creatus.

Pacata Italia.

Florentia vrbs.

Imperator Carolus Mantuam venit,

Cæsar à Trid. hospitio susceptus.

Ferdinandus Rex Cæsari ex tempore apparuit.

Cõgressus duorũ Regũ fratriũ.

Cæsar cũ Rege Inspruchã uenit.

Conuentus Augustanus.

clararet, quod suum esse lõgè præuiderat, uisa est eo tempore quieti re-
stituta tota Italia: sola ex oĩbus ciuitate Florentinorũ laborante, quæ, tã
quàm ea una extra ius fœderis esset, graui obsidione premebatur: Cæsar
aũt Imperatoria insignia adeptus Mantuã uenit: vbi à Federico Gonsaga
primo suæ vrbis Duce honorificè ꝓ opibus hospitio exceptus est: mox
in alpes iter conuertit: Tridentinus, cũ nunciatũ esset Cęsarem aduẽ-
tare, ad confinia usq; cũ numeroso comitatu progressus, oratione quidẽ
sũmissa, sed suauitatis & lætitiæ plena, ut, licet explicare uerbis nõ pos-
set quod cupiebat, gaudentis tamen animi alacritatem testaretur, uenien-
tem Imperatorẽ suscepit, & in vrbem deduxit oĩbus ordinibus eũ plau-
su prosequentibus, quem octo dies ibi commoratũ apparatu quantum
sibi licuit magnificè extructo, comiq; ac liberali animo fouit, ac uenera-
tus est, arbitratus se tanti hospitis aduentu ĩmortalem factũ, quicquid
omninò opũ habuit toto pectore ad usum Regium profudit: ut appa-
reret nil uirium, nil neruorũ, nil sanguinis sibi reliquũ esse: adeò se cũ a-
liis in multis, tum in hoc præsertim se patefecit Cæsari: At, cũ multa essẽt
in Germania, quæ publicæ dignitatis intererant, expedienda: eò Impe-
rator accingitur sequente Tridentino, qui erat illi admodum charus, qđ
cũ Ferdinando allatum fuisset, qui paulò antè ex Praga primaria Boe-
miæ ciuitate Lincium uenerat, usus ueredariis equis per uias dispositis
ad fratrem rapit, &, licet asperitate itinerũ adempta equorũ pernicitate
nõnunq; temperaret cursus, cõtinuato tn & nocte & die itinere, atq; mu-
tatis ad celeritatẽ iumentis Cæsari ex tempore apparuit, & uiginti qnq;
milliaria citra Inspruchã inter uicum Stanachũ vulgo dictũ, & diuerso-
rium quoddã Luochũ nominatũ in ꝓfunda valle positũ, quæ & ipsa an-
gustissima est, et altissimis undiq; montiũ iugis clausa, quo in loco postea
procurante Tridentino affixa est tabula ænea de memorabili duorum
inuictissimorũ fratrũ congressu fidem posteritati factura: maximi igitur
Chrianorũ Principes se inuicẽ cõplexi incredibili afficiunt gaudio, q ꝓ-
gredientes mutuo fruunt sermone: dũ uenere, ubi mensis Regio luxu i-
structis discubuere, & de magnis rebus tractauere, id autem Cæsari ma-
ximę fuit iucunditati, q cùm fratris sui Ferdinãdi filios ad se ductos Re-
giam & pulcherrimã prolem primũ aspexisset, fert eos deosculatus prę
gaudio collachrymasse: verũ iam mense cõsumpto aduenerat dies: qua
habendus erat conuentus anteà à Cæsare Augustæ indictus: quò maxi-
mi Principes profecturi nauibus uecti secundo amne Monachiam pri-
mi Principes profecturi nauibus uecti secundo amne Monachiam pri-
sco nomine Abudiacum deuenere, ubi à Ducibus Bauarorũ, q in Vin-
delitia sunt, oppulentissimis conuiuiis excepti sunt, &, ut magis animos à
publico onere leuarent: venatum exiere more Regio uehementer ob-
lectati: inde uerò Augustam peruenere: ubi celebratũ é duodecimo cal.
Iulias concilium, in quo primùm aduersus Lutheranorum hæresim ma-
ioribus animorum ardoribus, quàm unquàm anteà disceptatum est: sed
ex tantis contentionibus eò tantùm uentum est, ut de opinione Lu-
therana

De hæresi Lutherana disputatio.

Datur Ferdinando prouinciarum possessio.

Spectaculũ equestre

Trid. oratio pro Ferdi. Rege Ro. eligendo.

Conuentus Colonien.

therana ad generale concilium breui habendum referat disputatio, ni-
hil interim in Christianam fidẽ inouaretur, quod malè obseruatũ fuit, in
Turcas tamen, quod secundo loco propositũ fuit, se exhibuere præter
opinionem prõptiores, ibi præterea multi Prícipes pheuda (ut & hic,
sicut alibi, sequar legislatorũ dicendi morem) & honoraria imperii mu-
nera acceperunt, nonis uerò Septembris Cæsar Ferdinando Regi fratri
suo earum prouinciarum & locorũ omniũ, quæ in diuisionibus illi de-
cesserant, prẽsens possessionem dedit, & in eũ ius omne ex lege transtulit,
quod solenni more factum est, in oppido eorũ idiomate Belẽburgo uo
citato, is.n. locus est non longè ab Augusta, sed ditioni Austrialium su-
biectus, ut illud omnibus pro comperto esset, non licere ex uetustissimo
Austrialis familiæ instituto cuipiam eius principatus sceptrũ alibi au-
gurato capere: q in loco ditioni Austriæ obediẽti, quæ ubi de more fue
runt ingenti alacritate expedita: edita sunt uarii generis spectacula, eqs
phaleratis concurrere primates Regiis apparatibus instructi, equestrẽ
cursum pugnãq; multis modis lusere, prouinciæ aũt, quę Ferdinãdo ob-
tigerant, singulæ suos habuerunt uexillarios, atq; omnes uiros sũmo lo-
co natos: quòd sicut alii alia deferebant, Aliprandus Clesius Cardinalis
Tridentini nepos in campum progressus Tirolensis comitatus uexil-
lum extulit, postremò tractatũ est de Ferdinando in Regem Romano-
rum eligẽdo, quod quia ex uoto ibi confici nõ potuit, in coloniam A-
grippinã itum est, amplam & opulentam ad Rhenum ciuitatẽ, ubi deci-
mo sexto cal. Ianuarias M. D. XXX. à partu Virginis anno uehemẽ-
tiori studio res acta est: Cæsar. n. pro fratris dignitate maximè solicitus:
nam sua esse non ignorabat fratrem habere ab Impatoria dignitate pri-
mum, & qui proximus Cæsarem sederet, cũ fluctuarent Principum ani-
mi, iubet in re ancipiti per illos, quibus ea potissimũ cura fuerat deman-
data, Ferdinãdi iura uiriliter defendi, ne aucta Augustę dignitatis ampli-
tudo in alios desidia sua transeat, in quo quia magno molimine certandũ
erat, cũ alii plures magnopere laborarunt, tum præcipuè Tridentinus
singulare suã uirtutẽ ostẽdit, q tanto aĩo ꝓuinciã aggressus est, ut metum
etiã adiecerit cõtraria suadentibus, multorũq; opinione Ferdinãdus oc-
cupatis iã aliquorũ uolũtatibus uictoriã nõ assecutus fuisset, nisi oppor-
tuna Tridẽtini oratio labentẽ ordinẽ cõfirmasset, qcqd. n. in se fuit studii,
cõsilii, laboris, ingenii, quicquid auctoritate, fide, cõstantia potuit, id om-
ne ad hãc unã rem conficiendã solicitus detulit, ꝓ quo multas simultates
partim obscuras, partim aptas suscepit, tãta hercle animi uehemẽtia eos
dehortabat, ac multis modis deterrebat, quos obstinatos ad resistendũ
cõcurrisse cernebat, ut aduersarii omni & spe & actiõe ꝺposita uicti ces-
serint re ad Ferdinandum inclinata, qui quidem extra Federicum Saxo-
num Ducem & pręterea neminem cæterorum omnium suffragiis, quod
in cõuentu Augustano obtineri nõ potuit, M. D. xxxi. Chrianorũ an-
no nonis Ianũ. Rex Romanorum eligit Tridentino Austrialium partes

pertinacissimè adiuuante, cui nec consilium, nec industria, nec celeritas dicitur defuisse: sicut nec alibi in negociis labor, nec ĩ periculis fortitudo eum unq̃ deterruerit, reliquũ erat, ut Ferdinãdus Rex Romanorum declaratus ex lege coronaret: quam ob rem Cæsar cũ Tridentino & aliis multis Principibus in Aquisgranũ ex constituto cõueniunt, ibiq; cærimoniis ritè obseruatis Ferdinandus, qui maximo æquorũ rerumq; oĩum apparatu in campum processerat fratre Carolo Impatore Regiã pompã ducente, Tridentinoq; & aliis Germanorũ Principibus circumastantibus, tertio idus Ianuarias Regio Caroli magni diademate, quod eo in loco diligenter custodit, capiti impositio ex consuetudine coronatur: His uerò, quæ tanti erant, feliciter expeditis, Cæsar in Flandriam ad Oceanum ꝓuinciam, Rex in prouincias suas, alii aliò diuertere: Tridẽtinus Episcopatũ suũ petiit, ubi per aliquot dies aduersa ualetudine ex uariis incõmodis cõtracta ægrè laborauit: qui ubi conualuit, etsi requirebat corporis constitutio adhuc infirma quietẽ potius q̃ itinera & longas peregrinationes: qa tñ ęstuabat quodam fidei ardore, quã penè ꝓlapsam cupiebat stabiliri, maluit cõmuni Christianorũ saluti, q̃ suæ consultum esse, ut nulla prorsus habita cõmodi sui ratione difficilem peregrinationẽ in Boemiam ad Ferdinãdum susceperit, uixq; Pragã urbẽ attigerat, cũ Cæsar, qui tum Bruxellis erat, quæ urbs est Flãdriæ, iussit Principes Spiram in conciliũ conuenire die exaltationis Sanctæ Crucis cõstituta: interea dũ adesset dietæ tempus, sic .n. uocant Germani publicũ conuentũ, Rex constituerat in Boemia cõmorari, ut regnũ componeret: uerùm tanta pestilentiæ uis ciuitatẽ repentè inuasit, ut deterritus Budbicium oppidum distans ab urbe bidui itinere extemplò petierit: quò et se contulit Tridentinus: cũ iam unus ex suis familiaribus morbo correptus concidisset, ubi habito conuentu, quod Pragæ per pestẽ non licuit, cõmodè confectum est: mox Lincium concessere, ut ea quoq; prouincia expediretur: Adueniente uerò Spirensis cõuentus die per ducatũ uuirtembergien. iter facientes Stutgardiam eius regionis metropolim conueniunt, ubi Rex immorandũ parumper cõstituit, tum ut nonnullis eius loci necessitatibus ꝓsens caueret, à quo diù absuerat, tum ut à Cęsare, qui nondũ Bruxellis discesserat, certior fieret: At cũ iam præteriisset statutum dietæ tempus: ueritus ne absentia Cæsaris concilium solueretur: Spiram progressus literas à Cæsare de eius aduentu expectari conciliĩ Principibus significat, post duodecim tandem dies Cæsar Regem admonet, se ualetudine & aliis occupationibus præpeditum non potuisse in tempore concilio adesse: propterea ad festum trium Regum anno M. D. XXXii. differri constituisse conuentum Ratisponæ habendum, quo audito conuentus dimittitur: Sub id temporis adeo ĩualuit Lutheranorũ morbus, & aliorũ multorum licẽtia, qui Chr̃um undiq; oppugnabãt ĩ Germania, ut uiri religiosi cogerent, aut ab Ecclesia dei desciscere, aut exulare, tum quoq; Heluetios eadem cõfecit labes,

Ferdinandus Rex Ro. coronatur.

Trid. communẽ salutẽ suæ ꝓponit.

Trid. peregrinatio in Boemiam.

Cõuentus Baemiæ,

Concilium Ratisponę

labes, qui inter se tumultuosius egerunt, & Zvvinglio duce totq; scelerum apud eam gentem inuentore in factiones diuisi domesticos gladios hostili animo in se ipsos uerterunt, cũ .n. tota ea gens ĩ tredecim tm̃ pagos, quos ipsi cantones uocant, diuisi sint, octo à religione Romana defecerunt, ausi Zvvingliani impietatẽ fateri, & sacramentum Chr̃i de gremio Ecclesiæ, tanq̃ uanum tollere, totq; sanctorũ uirorum institutis stabilitum religionis nostræ ritum dehonestare, qui reliqui uerò erant quinq; pagi, cũ aspernarent nouos & infandos sacrorum ritus, & cõstanter ꝓgerent more Romano rem diuinã facere, nec ullo modo amoueri possent à uero Dei cultu, ꝓuocabant quottidiè, & à Zvvinglianis uariis afficiebant contumeliis, nam & itinera occuparunt, & cõmeatus bonis uiris & rectè uiuentibus intercluserunt: quo Chr̃iani iniuriis & rerũ penuria uicti expugnata tandẽ aĩorum ptinacia ad Zvvinglium cõuerterent, quòd si id parùm processisset, ꝓposuerant cõmuni cõsilio illis mortiferum bellum indicere: eosq; aut delere, aut in partes suas ui cõpellere: iamq; erat habitus uirorum delectus, ut parùm omninò esset, qđ iras differret: Chr̃iani cùm tot malis affligerent, nec ultrà rerum necessitatẽ ferre possent, in concilium publicè indictum cõueniunt, cõsultãtq;, quid in tanto suo discrimine agendum esset, Zuuinglianos & hominum multitudine & opibus supiores esse, eo modo rem suam diù stare non posse: aut inedia miserrimè mori, aut uicis tectisq; oĩbus, ut quondam, incensis patriũ solum deserere sibi necesse esse: turpe certè haberi Heluetiorum gentem ueluti inertia pecora corporibus fame contabescentibus intra septa concidere, turpissimum metu natali solo expulsos fugere, licet & uiri fortes, qui olim patrias sedes aut ui, aut sponte reliquerunt, alibi cũ dignitate ꝛgnauerint, si uelint armis uitã tueri, se exiguos esse & inopes: Zvvinglianos, qui potentissimi sunt, Chr̃ianos primo cõgressu debellaturos, relinquendos penates, abeundum esse, cedendum tempori, non defuturum uiris Chr̃ianis in Italia locum, quibus uerò erãt spiritus ardentiores contendunt, domi manendum esse, & quicquid acciderit ingenti animo ferendum, nec deserenda tecta, nec cõburenda ad cõseruandam uitam longis laboribus extructa, posteaq̃ eò uentũ est, ut nihil spei reliquum sit uitæ suæ: malle se armis, quod Heluetiorum est, decernere, & dextra uxores, liberos, parentes, ac se ipsos ferro defendere, q̃ ex antiquis laribus cum dedecore abire, se numero non uirtute Zvvinglianis inferiores, se Christum colere ac sequi, illos hominem improbum, qui se & suos in perditionem trahet, si ipsi prælio superiores fuerint, speciosissimam fore uictoriam, q, parua manu ingentem multitudinẽ fuderint, si fortiter pugnando impiorum hominum crudelitate in acie occubuerint, fore gloriosam pro Deo mortẽ, tollendũ Crucis uexillũ, & Xp̃o rerum suarum auspice, pro quo certaturi sunt, prælium audacter ineundum esse: Zvvingliani audita firma Christianorum constantia, cum exercitu fines ingressi agros populantur, & cuncta hostiliter diri-

Zvvinglius hæreticus.

Heluetij in factiones diuisi.

Heluetij Xp̃iani.

Heluetij Zvvinglia ni.

piunt,Christiani uerò implorata Christi & Apostolorũ ope ꝑlato Cru-
cis signo forti aĩo in pugnam ferunt:& collatis signis hostẽ aggressi ur-
gent:certatũ est utrinq; atrocissimè, tandẽ Zuuingliani accepta insigni
clade pedem referunt,qui rursus renouato exercitu nefandis sui Ducis
auspiciis in prælium redeunt, sed uix conserta manu uicti in fugã uer-
tuntur:tum Zuuinglius,cũ uidisset bis à suis infeliciter pugnatum, ère
sua arbitratus est oratione eorũ aĩos inflãmare, quam ob rem ex annosa
quercu,in quã ascenderat,multo animi calore concionat, suosq; in cer-
tamen ꝓgrediẽtes ad uictoriã uehemẽtius accẽdit,illi inflammati fero-
ciori aĩo obstinatiusq; totis conatibus in aciẽ ruũt,sed à Christianis ter-
tio prælio superati,grauiusq; attriti profligant:ipse uerò execrandę mi-
litiæ præfectus,qui longè proclamans Deum testabat suos ꝓ uera fide
dimicare,nescio qua ui,sed Dei crediderim uoluntate confectus ex ar-
bore in uulnus concidit,eius corpus inter alia cadauera reptũ ac cogni-
tum,tanq; indignũ esset ea terra quiescere, quã ipse intestinis discordiis
uexasset,& tot stragibus cruentasset, datũ est hæretica labe, atq; oĩbus
sceleribus pollutũ ignibus cremãdũ,quo exẽplo moniti sint reliq Chri-
stum reip.suę Seruatorẽ nõ defuturum pro Ecclesia sua uiriliter pugna-
turis:Zuuingliani,ubi uident uires suas multis cladibus ꝓfractas, impe
trata pace conditiones quãuis iniquas non minori dedecore q̃ iactura à
uictoribus datas accipe coacti sunt:Dum autẽ pugnat inter Heluetios,
iam Rex Tridentinusq; & alii Prĩcipes Inspruchã uenerant, ubi,habito
concilio, multa tractata sunt, sed id ꝑtim cõi consilio sancitum est, ad
coercendã Barbarorum rabiem,ut oẽs inferioris Austriæ populi ex eo
tenerent aduersus Turcas:si quando in fines Regios ruerint:iunctis ar-
mis & se ipsos & prouincias inuicem defendere, ubi uerò sunt expedita,
quæ uisa fuerant ꝓtinere ad regiones ditionis Regiæ tuendas, Triden-
tinus instructa diuiti apparatu mensa,eos,qui ad concilium uocati fue-
rant,Principes ac nobiles oẽs opulentissimo conuiuio more suo excepit:
in quo nihil prorsus defuisse traditur,quod ad sublimẽ generosi animi na-
turam declarandam desiderari potuisset,ut, etsi multis aliis in rebus cõ-
stiterit Tridentini munificentia, in eo tamen maximè spectata est singu-
laris quædam eius Principis magnitudo,ad quod celebrandum non sa-
tis esset,quod nobis supereſt ocii,ex quo ad rẽ institutã reuertamur: Etsi
rursus prorogatus fuisset Ratisponensis conuentus ad decimum quin-
tum cal. Maias, constituit tamen Rex, quod idem sentiebat Triden-
tinus, præuenire, & ante concilii diem eò petere: quò circiter prin-
cipium mensis Martii uentum est: Postero item die Imperator, cui Rex
uenienti occurrit, superuenit: Audito Cæsaris aduentu plurimi ac di-
uersi generis Principes illuc breui confluxerunt, &, cùm iam adesset
statuta dies,Cæsar duo in primis petiit,& auxilium contra Turcas, quos
pro certo habebat Viennam redituros, & in Lutheranismum, si quod
afferri poterat,remedium:aduersus quos summa ui nitẽdum proposuit,
ut ad

Zuuingliani ter ꝓlio victi.

Zuuinglius confossus moritur.

Consilium Inspruchę

Trid. cõuium Inspruchę.

Conuentus Ratisponæ.

ut ad Christianam religionem reuocaret tota Germania:scelerata enim
Lutheranorum factio obĩmanem supioribus diebus ĩ bonos ueros ꝑse-
quutionẽ iam licẽtius dominabat,statim,facta religionis mentione,Prĩ-
cipes eò animum & oculos uertere parati sentẽtiam dicere: verùm,quia
Rex eandem ob causãm ex tempore in Boemiam fuerat reuocatus, su-
spensi rem distulere:relicto igitur Tridentino: qui interim Regias uices
gereret, eo enim habuit opportuniorẽ neminem,cui dignitatẽ suam cre-
deret, & quem existimaret rem sapientius administraturum:cũ esset usu
& senecta domum moresq; & ingenia Prĩcipum edoctus: Rex Pragam
profectus,habito Boemorum cõuentu,& ex uoto summa celeritate ex-
pedito,Ratisponam reuertitur:tum Tridentinus, qd & paulò antè In-
spruchæ fecerat,omnem eũ celeberrimum Principum & nobiliũ virorũ
consessum,qui longè ex diuersis partibus ad conuentum uocati fuerãt,
munificentiam suam professus suscepit conuiuio magnis opibus instru
cto:ut habitum sit non solùm tantis conuictoribus non indignũ, sed Re-
gia etiam præsentia non contemnendum, existimans accubationẽ epu-
larum habere ex maiorum opinione ueram uitæ coniunctionem, eo in-
super ꝟultu,ea animi alacritate singulos complexus est, ut non minoris
facta sit comis & benigna Principis natura,q̃ ea, quam in mensam pro-
fuderat,pecunia:quo uno constitit illum ipsum esse Tridẽtinum, qui ob
multas & præclaras uirtutes & singulares animi dotes esset Germanis,
Boemis,Pannonibus,Dalmatis,Austrialibus,Italis,atq; omnibus cuius-
cunq; generis hominibus gratissimus, quodq; illi peculiare est, quos in
omnibus conuentibus acerbissimis orationibus publicè semper infecta-
tus est,Lutheranis etiam desideratus,ut non modò ab his, quos ipse di-
ligit,sed uel ab his,quos uehementer odit, amari manifestum sit diuino
quodam naturæ beneficio:nam id quidem mirũ est, ꝙ uix sine adulatio-
nis suspicione scribi poteſt,cùm tam diuersi sint hominum mores, ut alii
scientiæ cupidi puram ipsius animæ uoluptatem expetãt, alii tantũ cor-
poris oblectamenta sequantur,alii rei militaris desiderio flagrent, alii a-
liis delectentur,Tridẽtinum tot studiis tot negotiis occupatum, diuer-
sorum (ut euenit) consuetudine usum, in media magnorum Principũ
aula uersatum,ubi obtrectatio & liuor solẽt pronis auribus accipi, mul-
tos Regis causa oppugnasse, multorũ licentiã (ut suũ erat) grauiter
coercuisse,nihil alicui prẽter ordinẽ indulsisse,neminẽ tamen unq̃ in tam
uaria multiplicíq; rerum negociatione offendisse,imò, quod uix credi-
bile est,his potissimũ diebus,quod est uirtutũ sterile sæculum, ab oĩbus
quottidiè magis optatum uenerari,ut accommodatiorem facilioremq̃;
hominum moribus in nullo unq̃ naturam fuisse fateri conueniat, libero
est stomaco & in omnes purgato,quod sentit,aut laudat, aut uituperat,ut
nunq̃ auditũ sit eũ apud Reges secretis criminatiõibus quẽpiã ĩfamasse
ignarũ,&,quo incautius decipet, palã laudatũ, vñ id plerisq; creditũ est:
tantũ grãe ex eo maximè ꝓficisci,ꝙ in his,circa quæ ipse uersatur, uirtu-

Cõuiuium Trid. Ratisponæ.

Trid. omnibus gratissimus.

Trid. ab oĩbus diligitur.

Faciles & benigni mores Tr.

tem ſuapte natura amabilem, & ueritatem ipſam liberè tueatur: ex eo præterea contendunt Tridentinum præſertim amari, q̄ ſicut pulchritudo corporis apta membrorum compoſitione, qualem in ipſo cernimus, mouet oculos ac delectat, q̄ omnes inter ſe partes quodam lepore conſentiant: ſic uitę ordo conſtantia q̄; & dictorum omnium atq; factorum moderatio, quæ in hoc Principe elucent, mouet eorum approbationem, quibus cum uiuitur: Poſtq̄ autem excepti blandè ac benignè Principes conuiuium comiter celebrarunt, in concilium reditum eſt: ubi, dum longis contentionibus dies teritur, nunciatur Sulthanum Turcarũ Imperatorem in armis eſſe, & iam ex Conſtantinopolitana ciuitate cum magno exercitu in Pannoniam diſceſſiſſe, q̄d cõſtat fuiſſe M. D. XXXII. ſalutis anno, feſto diui Georgii, quoties enim ille eſt aliquam expeditionem ſuſcepturus ex antiqua maiorum ſuorum obſeruatione, ſemper ea die tanq̄ rebus agendis cõmoda, in bellum egreditur: ex quo tanq̄ adeſſet dies cunctis Chriſtianis formidabilis & funeſta in concilio ſtatim eſt decretum, ut auxiliares copiæ, quas tenetur Germania conferre, ad id belli mittantur, eas autem placuit Cæſar ad Viennam tuendã repentè deſtinare: tum maximi Principes, qui magnos ſpiritus ī re militari ſumpſerat, etſi uideretur alios omnes pauor occupaſſe: nullo periculo deterriti parant forti animo uim potentiſſimi hoſtis ſuſtinere: Cæſar ex Hiſpaniis, Italia, ac tota Germania, R ex cũ aliis multis ex prouinciis tum maximè ex Boemorum regno & partim Pãnonia ualidas copias contrahũt, ut pbreui conflatus ſit ingens exercitus: fuerunt complures, qui ſuis etiam pecuniis milites alerent, gratuitosq̄; commeatus pręberent, & ſpõte ſua armati pro fide pericula omnia obirent: ex quibus Tridentinus ſuum id munus eſſe potiſſimùm ratus præter ſubſidia, quæ ipſe, ut Imperii Princeps Cæſari attulit, ducentos inſuper equos ære ſuo uario armorum genere probè inſtructos ſecum in prælium duxit, eosq̄; ad belli exitũ uſq; in armis ſua pecunia tenuit, ut nemini probabile uideatur potuiſſe Tridentinum eum uirorum fortium numerum alere, & tantos ſumptus ferre, cùm præterea à in Danubio flumine nauem habuerit onerariam plano alueo fabricatam, diuerſorũq̄; generum commeatibus refertã, quę, cùm ipſe in bellum progrederetur, tantum nauigationis ſecundo amne indies conficiebat, quantum equites terreſtris itineris perſequebantur: in qua quidem ſanctiſſima expeditione eo animo tulit diuerſa incommoda, ut nihil unquàm libentius atq; ardentius: tanto enim diuini cultus calore præſtò erat adire diſcrimina, ut nec ætatis ſuæ, quæ iã in ſenium uergebat, nec ſalutis, nec ullius periculi rationem duceret, ut, ſi confligendum eſſet, in mediam etiã hoſtiũ aciẽ irruere ſibi certũ fuerit, & aut Dei partes pro uirili defendere, aut pro Deo ipſo & Regibus ſuis p mille uulnera ſpecioſiſſimã mortem petere, nõ eũ decere, aiebat, qui ſępe alias in Auſtriã & alias plures prouincias periculorum plenas expeditiones ſuſcepiſſet: Ferdinando eius operam exigente, tum domi ſedere,

Nunciatur Turcarũ aduẽtus.

Belli apparatus contra Turcas.

Trid. adiſſe multa pericula pro fide.

& cõmunes

& cõmunes ruinas ex tuto proſpicere Dei ciuitate hoſtili rabie circũuenta, & ab his præſertim, quos ipſa gremio aluiſſet, opem longè imploranteꝫ quam ob rem ſua eſſe exiſtimauit, quod deberet toto animo, totis conatibus reddere, cũ eã uideret exanguem undiq; oppugnari, & ad id iam periculi inclinatam, ut, niſi totis uiribus dimicaretur, ſuſtentari non poſſet, nam licet Sulthanus Turcarum Imperator proximis tẽporibus ter Pãnonibus, quos hodiè vngaros uocant, bellũ intulerit, quæ omnia Tridentinus adire non recuſauit, ubi pro fide uiriliter egit: hoc tamen, quod ultimũ fuit, grauiori cum periculo geſtum eſt, & maiori, q̄ unq̄ anteà & hominum & Equitum multitudine Chriſtianos inuaſit, ad quingenta .n. millia armatorum eo tempore eum in exercitu habuiſſe cõſtans fuit omnium opinio, ut cunctos Chriſtiani nominis populos pauor ſimul ac trepidatio non parua inceſſerit: iam enim crudeliſſimus Tyrãnus, qui uiolatis per ſcelus induciis hoſtilia reſumpſerat, ſuperatis omnium locorũ difficultatibus in Pannoniã maximis itineribus penetrauerat, &, quoniã nulla legatio ad fines illi præſtò fuit, ut res Chriſtianas malè afflictaret, prædatum in agros miſit: ipſe uerò oía igni ferroq̄; deſolat, ut terram ex omni parte flagrantem cerneres, Imbrainumo uer & domi ſapientem, & in caſtris egregium Ducem ad Ginziũ vulgo uocatum, ad quadraginta millia paſſuum à Vienna diſtans oppidum, cũ parte copiarũ præmittit, iubetq̄; illud, quod putabat primo impetu excindi poſſe, captum ſolo adæquari, ut eius ruinis reliqua eius tractus oppida perterrefacta in deditionem ueniant, intellexerat.n. eũ locũ tumultuaria foſſa tantũ, & vulgari aggere munitũ infirmo p̃ſidio teneri, portas paucis militibus cuſtodiri, necnon imperita ruſticorum turba, qui ex finitimis vallibus eò (ut fit) bellico terrore cum liberis & uxoribus confugerant, vallum defendi, verùm Turcæ pluſq̄ duodecies adorti ſummaq̄; ui conati aggerẽ ſuperare, ſemp magna cũ clade repulſi ſunt, cũ.n. ſub ictũ darent, nec tela ulla ex ſuperiori loco miſſa fruſtrà accideren t, cõplures tum ſaxis repcuſſi, tum ſudibus deturbati recidebant, ut foſſa cadaueribus repleret: qua de re Imbrainus non ſuum eſſe abuti tempore arbitratus, re infecta oppidũ uiginti diebus nequicq̄ oppugnatũ obſidione exemit, & fracto animi impetu ídignatus receſſit, q̄ & illi ad res maximas deſperationem, & noſtris animum addidit ad victoriam: Eodẽ tempore Tridentinus in aĩum Regis ex intimis officiis aſſumptus cũ paucis familiaribus expeditis eius iuſſu in pontem Oeni ad Annam vxorem Regiam celeri itinere contendit: ut illi non parui oneris mandata exponeret: Interea à Chriſtianorum Imp. Carolus & Ferdinandus fratres Linciũ oppidum proficiſcuntur, ut, qui ſecundo Danubii flumine ferebantur, milites in ordinem redigerent, & aliunde auxilia cõmodius cõtraherẽt, quęq̄; in cõuẽtu fuerant conſtituta facilius cõficerent: His diebus Tridẽtinus, qui iam oratotio munere pro Regia uoluntate ſapiẽter functus fuerat, Lincium regreditur: Turcarum autem Imperator, qui nõdum ſatis co-

Trid. pro Xſiana rep. multa egiſſe.

Turcę Pãnoniã bello ĩuadũt.

Ginzium opp. oppugnatur.

gnitam habebat Christianorum uirtutem,sibi æquum esse ꝑsuaserat sperare Austriam in ditionem suam uenturam,&,qui oppidum non cepisset à rusticis defensum,posse Viennam vrbem firmis militum præsidiis,& muris munitam expugnare:iubet itaq; firmissimã equitatus partem, quẽ ex toto exercitu delegerat,hostium agros more eius gentis ĩcursionibus infestare, atq; oĩa cædibus immiscere:quamuis fuerint,qui tum iudicarunt eum iam desperata uictoria,ob id tantũ misisse equitatum longè in agros prædatum,ut ipse interim occupato hoste tutius cum impedimentis & reliquo exercitu refugeret,illi igitur temerè angustos etiam montium aditus superant,& in oras remotiores longius irrumpũt, ut ad amnem usq; Ensum vulgo appellatum,qui rapido alueo hostis licentiã cohibuit non procul à Lincio,ubi erant maximi Christianorum Principes, populabundi magis q̃ iusti more belli penetrauerint,quibus prædæ intentis Imperator,ut illi incautius populantes interciperẽtur, mãdat Federicum Comitem Palatinum earum copiarum præfectũ,quibus à Germanis dabatur stipendium,à tergo fauces rupium occupare, & Turcas redeuntes ab aditu prohibere,tum ille delecta suorum iuuentute & Ferdinandi Regis Equitatu uias statim armatis obstruit, & itinera omnia præcludit: Turcæ à populatione reuertentes, cùm ad syluam ultra nouam ciuitatem progressi essent,cernunt loca,quibus transierant,hostibus circũsepta,sibiq; omnem reditus spem ademptam: vnde aut miserrimè cadendum,aut uiam per hostes ferro faciendam sibi necessarium esse intelligunt:serò enim uident temeritate sua in insidias præcipitatos,quonam se uertant ancipites,loco iniquo pugnandum esse,ubi peditum potius uirtus petitur q̃ Equitum,nec ui parari uiam posse,nec Turcas, qui ob crudelissimas suas rapinas Christianorum odia in se meritò contraxerant,intercluſis sibi cõmeatibus,in regno hostili omni ope destitutos, manu armatorum circũuentos,diù durare:quare cùm omninò moriendum esset,malunt dimicando cadere,&,dum licet,uitam gladiis tueri, q̃ sese dedere:& Christianis,quos sibi fecerant infestos, ueluti iumenta ꝑpetuò seruire,at,ne in manus hostium ueniant equi omnium pulcherrimi,quibus quandoq; in perniciem Turcarum uterentur, ad quorũ usũ parari erant,decernunt eos secum mori:ad pedes itaq; desiliunt, &, licet acerbè doleant eo desperationis uentum esse, ut necesse sit florentes equos,quos ipsimet summo studio in bella aluerant, manu sua concidere, pergunt tamen forti animo,& alios gladiis iugulant,alios succisis poplitibus solo prosternunt,alios adacto ferro per ilia transfigunt, ut ad unũ omnes perdiderint:Cæso autem Equitatu, & relicta quæ reliqua erat præda,se ad pugnam & mortem parant,pedibus per rupes iter quærunt locorum & hominum ignari, sed quocunq; penetrant in insidias prolabuntur,nonnulli in agmen Germanum,nonnulli in Equites Regios incidunt,in quos audacter conuertunt tela,& conserta manu pertinaci animo eos inuadunt,Christiani,qui faucibus montium insederant, Turcas,ubi

Turcæ agros incursionibus infestant.

Equitatus intercluſus

cas,ubi diù resistentes sustinuere,densis tandem armis ex omnibus partibus circũuentos trucidant,&,quò obstinatius illi in ferrum irruũt, ut pereant,eò cupidius Christiani eos telis excipiunt,cõfodiuntq;,quo breui repleti sunt scopuli Turcarum cadaueribus ferarũ prędæ relictis:ceciderunt in eo prælio hominum millia circiter sexdecim, etsi qd amplius: multorum uerò capita in vrbem per legionarios inter signa deportata, & muro extrinsecus affixa horrorem pariter & miserabilem intuentibus præbebant speciem: At Carolus & Ferdinandus Reges, & qui eos in omnia discrimina sequebatur Tridentinus,iam comparatis rebus ad grauissimum bellum necessariis,ex Lincio Viennam discesserãt,ut hosti occurrerent,&,si tempus posceret,collatis signis toto regnorum robore decertarent,quibus,dum uehuntur per Danubium,nunciatur Turcarũ Equitatum trucidatum fuisse,& rem pro tempore satis feliciter gestam:lęti ea re Christiani Reges Viennam pergunt,parati,si data fuerit potestas, ꝑlio rem committere:Cæterũ Sulthanus cognita miserabili suorum cæde perturbatus,sibi nihil prosperè cessisse,quid agendum sit incertus est: uidet Viennam vrbem fossa & muris cinctam fideli præsidio custodiri, à Christianis fortissimum exercitum præter spem comparatum: Carolum eorum Imperatorem & Ferdinandum Regem ex castris copias eduxisse,& ad uictoriam inflammatos prælium petere:quorum alterũ sperauerat sub aduentum statim suum in Hispaniam, alterum in Boemiam fugiturum,rem secus,ac ipse fore acceperat, euenisse, amisso Equitatu cum dedecore redire in Thraciam oportere,quod etiam an sibi per Christianos licuerit,non satis tutum est:his itaq; ira accensus,& suapte natura in sæuitiem propensus,ad rapinas & crudelitatem animũ conuertit, &,cũ iam appropinquante Christianorum Equitatu audisset in castris suis trepidari:edicit repentè auelli signa,& per Stiriam,quæ (ut plærique sentiunt) in Norico est,Gratium ducit eius gentis metropolim: Consilium erat ex itinere oppidum expugnare,sed,cùm per exploratores accepisset Christianos Principes cum parte exercitus aduentare, triduo postq̃ uenit recessit,qui,ut equites dolo interceptos ulciscatur, quacunq; fertur,agros depopulatur,incendioq; & funeribus replet cuncta, omne scelus perpetrari fas habet: virgines stupro uiolari,matronarũ pudicitiam contrectari,infantes ab uberibus mrum raptos ad saxa collidi, multos deniq;,qui maluissent in solo patrio telis cõfodi, in captiuitatem abducit,& præda graue agmen trahens in Hellespontum sese recipit: Imperatoriæ autem & Regiæ legiones grauiter pertulere per hostẽ stetisse quò minus conflixissent,quæ,etsi bellorum exitus sint incerti,sibi tamẽ æquum esse censuerunt multis de causis uictoriam sperare:ubi cognouere Turcas certamen non expectasse,sed incomposito agmine finibus excessisse,sibiq; omnem prælii spem subreptam esse, atrocius confremuere: Hispanos,Italos,Germanos,Boemos & alias insuper fortissimas gentes eò uenisse, ut & Cæsari Regiq; uoluntatem suam ipsi declararẽt,& chri-

Eqtes Turcarũ trucidati.

Turcarũ discessus ex Pannonia.

stianorum uirtus in acie aduersus Turcas spectaretur, modò sine ulla pugnæ gloria, nullo facto de fide sua periculo deponenda arma, & sub tecta redeundũ esse, nihil unq̃ sibi optatius fuisse, q̃ cũ Turcis congredi, ꝓpè euenisse optata, sed spem fortunę iniqtate sublatam, se fortè apud posteros, nisi scriptores suorum temporũ gesta memoriæ fideliter tradiderint, fama laboraturos: qui fortè crediderint huius ætatis homines ad luxuriam conuersos propter desidiã præliũ detractasse, maluisse se contra infidam gentẽ ꝓ Christianorũ dignitate pugnando trucidatos concidẽ, q̃ sic uictores domum redire: Cæsar interim inito cum Rege consilio, Tridentino quoq; & aliis Prícipibus ad id uocatis, decernit exercitus dimittendos esse: posteaq̃ Sulthanus, qui paulò antè superbo belli apparatu totum penè orbem terruerat, hoste nondum uiso, uictus terga dederit: facta itaq; secessione permissu Regum Germani, Boemiq̃;, & alii prætereà reliqui, unde uenerant, domum reuertuntur, solos Hispanos atq; Italos ꝓ Stiriam Carinthiamq̃; Noricorum regionem, & per Venetorum prouincias in Italiam rediens Cæsar secum ducit: Tridentinus autem, quẽ creditum est tantũ sapientia sua & liberalitate Christianorum partes iuuisse, quantum quiuis alius militaribus operibus, non prius castra deseruit, q̃ uiderit Turcarum copias cõmunibus Cæsaris & Regis auspiciis dispalatas, & à signis digressas incolumi Christianorum exercitu in Pontũ infigni clade accepta refugisse: vnde multa ornatus laude per Austriam & comitatum Tirolensem Insprucham peruenit: quò mox etiam Rex, qui Imperatorem comitatus usq; ad fines Carinthiæ progressus fuerat, reuertitur, ubi cũ Tridentino & aliis, quorũ opa in magnis rebus uti solitus erat, consultat, quidnã facto opus sit, ut tandem sæuissimæ gentis improbitas reprimat̃, & ne semper cum periculo certetur: ex quo Rex prouinciis suis diù iactatis, ut ad aliquas tandẽ pacis conditiones deueniret̃, demittendo ad Turcarum Impatorem oratorem decernit, ad quod munus dum idoneus aliquis quæritur, Hieronymus Zara à Tridentino ꝓpositus, tum ob diuersarum linguarum idiomata, tum ob earũ regionũ peritiam, quas ille alias peragrasset, à Rege cum mandatis ad Sulthanũ delegatur, cùm autem res Chriana maximo periculo & metu exonerata uideretur mentem collegisse, Tridentinus, cũ iam tranquilitatem expetaret, uelletq̃; ad ocium perfugere, in patriam mense Nouembris tanquàm in secessum exoptatus se recepit, & mentem suam per literas statim Regi significauit: se satis rerump. causa peruagatum, &, dum licuit, libenter adiisse omnia pericula, ut mandata sibi suscepta cõstanter perficeret, modò ingrauescente ætate cupere se domi esse: ut Ecclesiam & rem suam familiarem curet, &, quod potissimùm suum esse intelligebat, ad sacras literas, quibus mens alitur, diù propter assiduas occupationes intermissas, redeat, Regem itaq; impensè obsecrat, ęquo animo patiatur, se posthac à Regia abesse, & publicis curis leuari, uel saltem Tridenti tãdiù imorari, quoad se reficiat, nam & uires & corpus penè amiserat, quę spe-

Virtus Xpianorũ.

Cæsar in Italiã reuertitur.

Trid. fides & cõstantia.

Hieronymus Zara orator.

Trid. cupit ad ociũ ꝓfugere.

rabat,

rabat, si domi apud suos liberius aliquot dies uiueret, se recuperaturum, robustiorem q̃; ad labores, si modò necesse esset, reuersurum, quod si eius cõmodo & sine ulla molestia fieri potuerit, existimabit se ímortale ab eo beneficium accepisse, &, cũ multis aliis illi magnope debeat, se fore hoc uno maximè obnoxium: Rex de uoluntate Tridentini certior factus: cũ iam expertus esset parua esse foris arma, nisi sit consilium domi: Tridentinũ autem usquequaq; sapere, sibiq̃; ad remp. administrandam sapientibus uiris opus esse, respondet ab his præsertim adipiscendos esse magistratus, qui habent à natura rerum gerendarum adiumenta, nec aliter Regi ciuitates, nec declarari animi magnitudinem posse, sibi pergratum fore, si ipse, qui sæpenumerò experimento docuit, quid opis afferat operibus castrensibus togatum consilium, ut dubia sit palma, utrum an quod domi, an quod foris geriẽ sit præponendum, pergat in rebus publicis administrandis, qua cœpit integritate, laudabilius esse uersari inter Principes, q̃ senescere inter parietes, futurum tempus literariis vigiliis cõmodius, nec defuturos interim, qui rem priuatam curent: Tridentinus, qui solebat nõ modò Regum, sed bonorum omnium hominum etiã sibi amicitias quaslibet impensa adiungere: haud inscius omnes Principum dicto audiẽtes esse oportere: his literis uehementer commotus, mutata illicò sui consilii ratione, operæprecium duxit Regis desiderio morem gerere, à quo sciebat se unicè diligi: cùm maximè recordaretur fructuosiorem esse hominum generi, & ad claritatem aptiorem eorum uitã: qui se ad magnas res gerendas accommodauerunt, ut causa profectionis fuerit officiũ illius erga Principem: quam ob rem, ut ex hoc quoq; posteris aliquam sui memoriam proderet, cũ uix à Regiis negociis uiginti dies uacasset: quò erat destinatus, ire necesse fuit, Clæmens enim septimus Pont. Max. & Carolus quintus Imperator de religione Christiana multa tractaturi, cùm Bononiam rursus statuta die conuenissent, Ferdinandus Rex uidens quantum communis rei interesset, Pontificem & Cæsarem cognoscere manifestum sibi & Romanæ religioni impendere exitium, placuit Tridentinum hominem in omni iudicio elegantissimum Bononiam delegare: quem planè intelligebat in cæteris omnibus expeditionibus, nõ modò studio, sed etiam amore usum, propterea eo commodiorem iudicauit neminem, qui hoc munus sapientius gereret, qui oratione uehementius animos permoueret, qui efficatius rem exponeret: Pannoniam Austriamq̃; & alias insuper prouincias Turcarum faucibus expositas diù defendi non posse, repentino auxilio ad sustinendum potentissimi hostis furorem opus esse, dum licet Sulthani licentiam cohibeant, ni uelint fortasse rem omnem Christianorum ultimo incendio exustam in miseriam concidere: ad ducatum item vvirtembergiensem conseruandum non parum curæ exhibendum esse: cùm non difficile sit præuidere ex his, quæ quottidiè tractantur inter Gallorum Regem & nonnullos Germaniæ Principes, illum diù in fide non permansurum: Cum his & aliis

Trid. pro Rege orator.

mandatis Tridentinus,cum quo inferioris etiam Austriæ Oratores uenerant,Bononiam quantum potuit incognitus pergit,& diligenter omnia exequitur,quamuis de ducatu,quæ fuerant sibi exposita credita non sint,Pontifex enim ac Cæsar asserebãt rem aliter,ęqueac ille sentiret,successuram:verùm ex his,quæ non multò pòst euenere, cognitum est non uanam fuisse Tridentini sententiam:Expedita legatione,cùm iam ad reditum accingeretur:noua animum incessit cura: cùm enim à promotione Cardinalatus ĩ collegium nunq̃ prodiisset,quod uidebatur multis de causis maximè necessarium, amicis consulentibus M. D. XXXIII. Christianorum anno,mense Iañ. publicum consistorium primùm ĩgressus est:Eodem tempore à Dauide supioris & inferioris AEthiopiæ Rege maximo,cuius nomini sexdecim Reges dicuntur esse subiecti, uenerunt oratores,à quibus Clæmenti septimo Pont. Max. redditæ sunt literæ:quibus publicè lectis auditum est ipsum Regem se summo Ro. Pont.uti ĩ terris Christi Vicario subiectum, & uti filium obediẽtem profiteri,quod oĩbus ingenti animorum alacritate acceptum est fidem nostram propagari,& Romanæ Ecclesiæ auctoritatem in tam longinquos fines Imperium & famam nr̃a tempestate extendisse.His Bononiæ confectis,Tridentinus biduo pòst in patriam reuertitur:quem uix reparatis uiribus in Austriam peregrinari oportuit,quò sexto idus Martias applicuit:Sub id temporis Sulthani orator cum Vespasiano Zara Hieronymi Oratoris Regii filio Viennam ad Regem peruenit, intellecturus num quæ per eius Oratorem de pace proposita fuerant suo Imperatori de uoluntate ipsius Regis profecta essent: qui conito Ferdinandi animo,pro quo uno uenerat,Constantinopolim illicò reuertitur: quẽ mox Cornelius Duplicius Sceperus à secretis Cæsaris consiliarius homo in publicis rebus agendis peritus subsecutus Hieronymo Zaræ in munere Oratorio collega apud Sulthanum datur:Dum hæc cum Turcis tractantur,duo Oratores,alter à Pontifice,alter à Cæsare superueniunt: ut Regis Ferdinãdi mandato,sed Tridentini potissimùm cura & opa in singulis Germaniæ conuentibus concilium generale uehemẽter expectatum Pontificis & Cæsaris nomine publicaretur Mantuæ indictum, qua in re exequenda Tridentinus multum studii cõtulit, nec labori ulli pepercit,ut cognita esset sua in Christianam religionem pietas:Intereà redeunt ex Thracia Regii oratores,qui nunciant pacata esse omnia: inter Regem & Sulthanum ritè ictum fuisse pacis fœdus,de regni uerò Pannoniarum inter ipsum Regem & Ioannẽ Vaiuodã cõtrouersia ad Aloysium Grittum in castris Sulthani militũ præfectum ueluti arbitrũ rem omnem reiectam:quæ,cùm in uulgus exiissent,lætis clamoribus fuerũt accepta.

Oratores à Dauide Aethiopiæ Rege.

Sulthani orator ad Regẽ Fer.

Ictũ pacis fœdus iter Regem et Sulthanũ.

Re igitur

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Clesium equitem, & Ferd. Sereniss. Ro. Regis camerariũ De Vitis Pont. Trid. Liber undecimus.

Re igitur cum Sulthano cõstituta, & in ciuitate Viennæ Austrię metropolis quarto cal. Octobris M. D. xxxiii. pace solẽni ritu promulgata, Ferdinandus Romanorũ Rex expeditis,quæ reliqua erant negocia,Pragam primariam Boemorum vrbem contendit, ubi multis eius Regni necessitatibus ꝓuidendum erat,Tridentino homine ad omnia fido & opportuno eum comitante,ubi, posteaq̃ multa Regis p̃sentia sunt composita,habitum est concilium,ĩ quo de vvirtẽbergiẽsi Ducatu exorta est disputatio:iam enim (ut tum ipsi aiebãt) flores,qui diù latuerãt, cœperunt palàm erumpere ex iacto Gallorum semine: Vdalricus enim Dux vvirtembergiensis olim à Sueuis ex antiqua dignitate & dominãdi potestate expulsus, ꝙ Reitlingam unam ex ciuitatibus, quas Francas uocant,antiquo fœdere illis iunctam iniuria expugnasset,ad Gallos profugerat, ubi perhumanè exceptus multis annis degerat: Rex illi opem pollicitus egit tandem de eo restituendo, quia id sua interesse ꝓspexerat,quod ut facilius fieret,Lantgrauium Assiæ & alios Germaniæ Principes in partes Ducis solicitauit,& largitionibus multorum animos inuasit:quod cũ Romanorum Rex intelligeret, quæ aduersus se molirentur Galli,ne vvirtembergiensium Ducatus, quem Sueui sibi ex pacto cesserant,ꝓ insidias occuparet, operæprecium iudicauit exercitum conscribere,ex quo habito concilio re ꝓposita Boemorum animos tentauit,illi uerò frequenti assensu Regem audiuerunt,& ꝓ eo tuendo auxilium summa alacritate obtulerunt:Dum hæc in Boemia gerunt, Lantgrauius & alii Germanorum Principes,qui cum eo cõsentiebant, copias uariis ex locis contrahunt,& auctore Gallorũ Rege educunt:tum primùm multorũ fuit iudicium eos ea de causa mouisse,ut Monostariẽsi ciuitati illis diebus ui à suis occupatæ opem ferrent, Anabaptistæ .n. qui à suo Principe defecerãt,Rege sibi suo iure creato noua lege, nouoq̃; dominandi genere delectati Episcopum suum de solio deturbauerãt,at,ubi in ducatũ vvirtembergiensem iter conuertere cœperũt, palã factum est eorum consilium:Tum Ferdinandus suos statim Duces in uarias partes ad contrahendum copias dimittit:licet enim multa hominum millia cõscripsissent,plura tamen ad iustum exercitum deerant:Dum autem res lentius traheret:fama affert fines vvirtembergiensium pacato exerci-

Pax iam Turcis.

Cõuentus in Boemia

Certatur pro ducatu vvirtemb.

tu hostem iniisse:integros à populatione agros seruasse, oppidanos nec pro mœnibus pugnasse,nec in vrbe obsidioné,nec in agris populationē expectasse,nec mortem inclusos aut ferro aut fame pati uoluisse,sed,cū uix in conspectum se recepisset hostis,uolūtate i deditionē uenisse, Regium p̄sidiū nullis machinis oppugnatū, ex oībus arcibus,quarū quatuor erant situ inter paucas munitæ,ultrò abiisse,ut nulla ex parte facta eruptione intra octo dies hostis totū vvirtēbergiensium agrum sine ullo periculo cepit,vnde aūt tam facilis uictoria sine sanguine ullo parta ad Ducē uenerit,nemo est,qui nō suspicet:Ferdinādus audito acceptæ iacturæ nuncio uehementi dolore p̄citus, secum iniquè actū fuisse, iubet delectum q̄ acerrimū extēplo haberi: p̄ficiscíq; ex Boemia constituit, & ducatū insidiis occupatū armis uendicare,quod cū Germanorū Prīcipes aīaduerterent, Regē ira cōmotū ingens bellū moliri,&, si quos habebat feroces eius regiōis uiros ex finibus Boemorū p Germaniā duceret, excitari posse diuisis in factiones Principum animis bella ciuilia,publicò Germaniæ cōmodo cōsulendum duxerunt, cū maximè eos non lateret vvirtēbergiensem Ducē & Gallorū studio & regnādi cupidine incensum cōflare ad resistendum maiorē exercitum:quā ob rē Albertus Cardinalis Moguntinus elector imperii & Georgius Saxoniæ Dux catholicus, quibus deprecatoribus Dux utebat̄, p̄ eo interc̄sserunt apud Regem, atq; ita egerunt,ut ille eorum p̄cibus motus Cadanū usq; Boemiæ oppidum haud p̄cul à confinibus Saxoniæ p̄gressus sic M. D. xxxiiii. salutis anno circiter tertiū idus Iulias,quò Ioānes Federicus Saxonū Dux elector Imperii uti Lantgrauii & vvirtēbergiensis gn̄alis procurator & alii Prīcipes uenere,& pii intercessores affuere,quibus ad conciliū referrent p̄missum fuit,quæ è re cōmuni censerēt,ubi uerò de Duce vvirtemberḡiensi loqui cœptum est,magna Prīcipes de ea re disceptatio tenuit, alii, qui cōsueuerāt in cōuentibus audacter ac fortiter sentētiā dicere,Ducatum dolo malo ereptum Regi ultrò restituendū esse contendunt; non posse illum p̄ dignitate sua eā iniuriā ferre:Regē à Sueuis eā ditionem accepisse,Sueuos Ducē,q; Reitlingā sibi fœderatā ui cepisset, expulisse: & rerum summa potitos,quē iurē belli occuparāt,Regi,ut inter eos cōuenit,du catū dedisse:eundēq; in diuisionibus fraternis ad Ferdinādū p̄uenisse,Ducē aūt Gallorū factione,à quibus auxilia īplorauit,aduersus Regē usum multorum in se aīos irritasse,Regi ad res suas tuēdas nec uires nec animū deesse,si sua interesse putauerat Dux,nō ui, nō fraude, sed (quod hoīs est) disceptatione agendum esse, rē prius repetendam, iura belli seruāda,nō debere quēpiam p̄dire in aciē nisi oīa ritè pegerit, geri enim bella,ut sine iniuria uiuat̄ in pace, p̄ptereà oīa prius experiri cōsilio q̄ armis sapientē decere,Regē Duci se expurgādi copiā facturum, & quæ eius sunt uoluntate daturum,eum p̄bè didicisse nō minus sibi q̄ aliis impare,illū plura p̄cibus,q̄ bello cōsecuturū,& positis armis ad Regis grām,atq; amicitiam receptum habiturum: Contrà alii, qui causam

Dux vvirtemb. ducatū recuperat.

Cadani cōuentus.

Disceptatur pro ducatu vvirtemb.

Variæ dictæ sententiæ.

Ducis susceperant defendendam, reclamāt,Ducem ui eiectum diù exulasse,diù apud Gallos profugium fuisse,Ducem ipsum sibi ad sceptra uiā armis fecisse,quod suum erat repetisse,iniuriam nemini illatā,licēr cuiq; quouis modo rem suam recuperare,cùm maximè oblata sit rei gerendę opportunitas,quam dementis fuisset negligere: Ad hæc alii studebant Regis animum precibus lenire, Ducis factum expurgare,& sicubi erratum esset,erroris ueniam petere,illumq;,pro quo omnia pollicebātur, Regi conciliare:deponenda esse arma, Ducē fore Regi amicum, si eius clæmentia sibi dominari permissum fuerit:cauendum ne,dum inter se digladientur,noua inter Principes seditione exorta,tota Germania labefactetur,& suo ipsa ardeat incendio:maximam communis salutis rōnem habendam:alii alia ad sedandos animos in medium attulere, magno utrinq; animorum ardore res gesta est, ut diù ancipiti euentu certatū sit: apparebat iam tum ex utraq; parte creuisse animos,& ad sustinēdā omnem inuidiam paratos inclinari ad discordiam,periculūq; esse, ne Turcæ,qui assiduis incursionibus imperii fines infestāt,audito ciuili & atroci certamine,ac,si esset Germanorum Principum dignitas seditionibus proiecta,licentius in Christianos sæuiant:tum maximè Tridentinū timor incessit, cū uiderit non sententiis magis q̄ strepitu consuli, & clamoribus accendi seditionem,non sedari,ne,si dimissus foret conuentus, desperato ad eam rem remedio,exulceratis odio animis cōuersus in patriam impetus esset,quotidiana (ut fit) multitudine ad Principes cōfluente,& utriq; parti incendiorum fomitem afferrente:quā ob rem ipse uti interpres & concordiæ arbiter oībus mirè gratus rixa eius interuentu sedata,docuit discordiam grauissimum morbum esse in rep. atq; eā,cùm inualuerit,difficile curari,ut ea tabe conciderint maximarū urbium corpora,sanabilem esse,dum recens est: certari domi ueluti foris quieta oīa bello essent,non obuersari ante oculos,quod impendet periculum,si,dum ipsi ancipiti consilio distracti de ducatu dimicant, Turcæ, qui de toto imperio certant,in regna Christianorum irruant, atq; ipsis domi certantibus fiat undiq; in fines impetus: q̄ incōmodo bello uexarentur,Regem miti ingenio esse,certari pro opibus,sed apud Regē pluris esse dignitatem,positis animis experturos Regis clæmentiam, plura illum ultrò concessurum q̄ expectant̄ se Principes diligere, Regē obseruare,pluris pacem facere: absistant modò à contentionibus,ne, dum curantur membra,deserat̄ corpus,& tandem membra ipsa & totū corpus ad extremam tabem ueniat:quid ipse pro Rege,quid pro Duce facere æquum censeat,luculenter & breuiter exponit: His & aliis rationibus,Tridentinus,ut est homo opportuno ingenio,& multarum rerum cognitione doctus,flexit hominū animos:ita enim diseruit, ut omnibus constiterit eum multa uenustate, maiore lepore,plurima suauitate conditum,ac rerum publicarum usu probatum: erat enim illi uarium pro tempore orandi genus,modò suaue ac temperatum, modò ad implen-

Trid. oratio pro ducatu vvirtemb.

Trid. oratione in cōcordiā utilis est.

das populi aures latum & ſonans: propterea eo dicente quieuerunt Principes, ueluti tum reſipiſſent: quare cum reſediſſent iræ poſitis odiis in medium ordine conſuli cœptum eſt: & de concordia uehementius agi: ea facere, quæ ſuaſerit Tridentinus, æquum ducunt, cuius & uoluntatem & ſententiam omnes laudarunt, ac magnoperè comprobarunt: vnde in conditiones pacis conceſſum eſt, ut ferebant ea tempora, non iniquas, id præter reliqua ſancitum eſt omnium uoluntate, ut totus deinceps ducatus vvirtembergienſis pheudum eſſet Archiducum Auſtriæ perpetuum: vnde non multò poſt Ferdinandus ut Archidux Auſtriæ cùm Viennæ eſſet, Vdalrico, ut fuerat in Cadani conuentu conſtitutum, vvirtembergienſem principatum in pheudum ſolenniter tradidit: Vdalricus autem, ut pheudatarius, quòd eam ditionem teneret, Ferdinando acceptum rettulit, ex quibus apparuit, quantum profecerit Tridentinus uir ſingulari prudentia ad tollendum publicam ſeditionem in tanta animorum turbatione, qui omni uita pariter Regi ac Principibus charus, poſt initam concordiam utriſq; charior factus eſt: vbi autem uiſa ſunt ſatis quieta domi eſſe omnia, dimiſſo conuentu Rex cum Tridentino, quo uno ſe ſatis ſeptum putabat, retrò, vnde uenerat, Pragam repetit: paucos autem poſt dies Tridentinus cũ permiſſu Regis domum repeteret, & iam confecta magna itineris parte ad uicum Lambochum vulgo nominatum pueniſſet, atq; in patriã mane recederet, redditæ ſunt à Rege literæ: quæ ſignificabant Aloyſium Grittũ in Pannoniã adueniſſe, qui cũ erat tractandum de regno Pannoniarum componendo: ad id Tridentini opera & ſtudio opus eſſe, quã ob rẽ Viẽnam rediret neceſſe eſſe: quò & Rex ipſe, uti indicabant literæ, breui erat uenturus: quam ob rem Tridentinus ab itinere reuocatus, quantum id Regis intereſſet haud ignarus, cum expedito comitatu regrediens poſtero die Lincium peruenit, ubi de induſtria triduum moratus eſt, ſi quid fortè certius afferretur de Gritto: quod cũ nulla ex parte quidpiam nunciaret, nauẽ conſcendit, & p̃ Danubium ſecũdo amne Viennã delatus eſt, ibi aliquot diebus fruſtrà abſumptis, cũ & Regis aduentus eſſet incertus, & fama eſſet Grittum in Tranſiluania inferioris Pãnoniæ regione occupatum alio cogitare, ne diutius tempus terreret, ad decimum ſextum cal. Septembris Viẽna profectus cõtinentibus itineribus, & nihil uia digreſſus patriã repetit, ſed uix limen ſalutauerat: cũ nouã profectionẽ ſibi parari cognouit, ut negociis curiſq; publicis nunq̃ uacuus eſſet: propterea id erat in ore eius frequẽs, quod à Stoicis ſcriptum eſt, homines hominum cauſa eſſe generatos: ut ipſi inter ſe alii aliis prodeſſent: cùm illis igitur diebus allatum eſſet Clæmentem ſeptimum Pont. Max. morbo angi incurabili, placitum eſt Regi Tridentinum Romam proficiſci, & cum eo Matthæum Cardinalem Salzburgienſem: Digreſſi Tridento haud citato gradu, ſed uix quindecim millium

itinere

Ducatus vvirtemb. pheudum Archiducum Auſtriæ.

Trid. domum reuerſus.

Trid. Romã profectus.

itinere toto die perfecto, in uia de Pontifice nuncium expectantes Ferrariam perueniunt, vbi biduum morati, dum de reditu cogitant, quòd nihil ex vrbe audirent: per Alphonſum Ducem Ferrariæ ſtatim moniti ſunt, pro certo haberi Pontificem ſeptimo cal. Octobris uita deceſſiſſe, tum Cardinales maximis itineribus per Picenum in vrbem feruntur: vbi autem Pontifex funeſta pompa tumulatus eſt: facta re diuina, & de more implorato cœlitus auxilio, Cardinales, qui frequẽtes Romam uenerant, M. D. xxxiiii. anno, quinto idus Octobris conclaue ingrediuntur: timor omnium animos tum maximè inceſſit, ne ex diuerſis factionibus (ut fit) exoriretur diſcordia Chriſtianam fidem turbatura: verùm Tridentini Saltzburgienſisq; Cardinalium ſtudio & egregia opera in ea re nauata, quibus conſtitutum erat pro uirili cõmuni tranquilitati prouidere, factum eſt, ut Paulus tertius omniũ ſuffragiis Pontifex creatus ſit, quod mirum fuit ea tam celeriter ac pacificè potuiſſe confici in tam frequenti collegio, intra enim biduum negocium in cõclaui actum eſt, & expeditum, cùm anteà ad creationem alicuius Pontificis nunquàm confluxerit tantus Cardinalium numerus, præſertim ex Gallia, ex quo re præter omnium expectationem proſperè geſta, &, ut creditum eſt, è rep. Chriſtiana confecta, Tridentinus & Saltzburgienſis Cardinales p̃ Hetruriam ſuperato Appenino Tridentum redeũt: vbi aliquot dies dati ſunt rei familiari curandæ: verùm aſſiduis & Cæſaris & Regis literis defatigatus Tridentinus Viennam proficiſcitur, ubi cum Vaiuodæ cõmiſſarius de pace agendum erat, Grittus enim cui ea prouincia prius uti arbitro fuerat demandata, paulò antè in Tranſiluania armis circũuentus crudeliter interfectus obierat, &, quoniam de regno tractãdum erat, mandat Rex ſuis commiſſariis ad id delectis negocium ſuum diligenter curari: quibus Tridentinum præfecit, ſine quo nihil proſperè fieri poſſe exiſtimabat, iccirco quia per eum libentius res ſuas geri cupiebat, & hic & alibi ſæpe alias in conuentibus Principem locum obtinere uoluit, uentum eſt igitur excompoſitò ad Tridentinum, apud quem diſceptatur, &, licet de ea cauſa ſæpius actum eſſet, nihil tamen deliberatum fuit, quam ob rem re ad calen. Auguſti contentionibus diſtracta, datæ ſunt induciæ uſq; ad calen. Februarias anni M. D. XXXVI. Negociis autẽ Regiis ſic eo conuentu tractatis Tridẽtinus multis de cauſis adductus domum repetit, qui, ubi quæ ad rem familiarem ſuſtinendam, quæue ad fabricas perficiendas deſiderabantur, ſtudioſè curauit, &, ne ſalutis ſuæ oblitus uideretur, cùm ægro eſſet corpore, Patauium vrbem Anthenoris peruetuſtam, pperè contendit, ubi medicos conſuluit peritiſſimos, atq; his intra biduum cõfectis domum reuertitur: tanto ſtudio, tãto animi uigore gerebat cuncta: nulla tñ habita ſui ipſius ratione aliã peregrinationẽ Viennam prius Viliobonam repentè ſuſcepit, ne Regi & Chriſtianæ religioni uſquàm deeſſet: de belli enim Pannonici periculo ſemper cruciabatur: eodem

Paulus iij. Põt. Max. creatus.

Agitur de regno Pãnoniæ.

Trid. viẽnam petit.

tempore Carolus Imperator, qui bellum Barbaricum profligauerat, ab Africana expeditiõe í Sicilią,& inde, quò breuis eſt traiectus, Neapolim felici uſus nauigatione uictor redierat:cùm.n. Ariadenus Barbaruſſa,ut alios barbararum gentium piratas omittam, conuerſus í latrocinia claſſe ex ſpoliis Chriſtianorum parata totum mare infeſtaret, deprehenſoſq; mercatores quoquò uerſus tendentes exciperet, & modò nauibus in ſtatione diſpoſitis inſidiaret noſtris cõmeatibus, modò í terram egreſſus non omnẽ modò Italiæ oram,ſed in fretũ uſq; Gaditanum prouectus Hiſpaniæ regna cædibus rapinisq; uaſtaret, atq; vrbes etiam maritimas bellicis tormentis expugnaret,eò uentum erat, ut nemo per Pontum nauigaret,cõmeatibus ac mercatoribus omnibus clauſum, niſi quis ſe morti ultrò obiicere propoſuiſſet:Cæterùm ea deflenda erat in primis iactura,q; prædones & mare & terras depopulantes Chriſtianos uariis excurſionibus captos in ſeruitutem traherent, eosq; aut ad remũ datos,aut in modum iumentorum ad aratra deſtinatos in uinculis tenerent,ut non ſolùm Turcarum & Libyæ regnũ claſſes, ſed & omnes Barbarorum ciuitates captiuis repletæ Chriſtianorũ ſeruitio in nosmetipſos uterentur,quam ob rem Barbaruſſa ex maritima prẽda tãtum opum adeptus fuerat,ut eum ex latrone & homine teterrimo Cirthæ Regem noſtra tempeſtate uiderimus,quo uno regno non contentus Tunisſam Libyæ metropolim adortus inſidiis captam Muleaſſe Rege eiecto occupauit,nec à Regio nomine abſtinuit,quæ quidem uotis etiam deteſtanda ſcelera non tulit fortiſſimus Imperator Carolus: publicam enim miſeratus noſtrorum hominum calamitatem, totus & mente & animo in bellum Africanum inſiſtit,ſed,antequàm rem adeò arduam aggrediatur,ſecum putat magnitudinem Barbaram,uidet Turcas nationem ualidam ac conterminam uetuſto odio in Chriſtianum nomen magno equitatu in littore ſtatim occurſuros,& egredientes ab arena prohibituros,poſſe rerum penuria in locis longinquis afflictari milites, minimè par fore prælii certamen,Chriſtianis pulſis, neq; terra, neq; mari effugium dari uictis, omniaq; uictoribus futura in incerto, Barbaros,ſi ſuperauerint, omnia occupaturos, ſi inferiores fuerint, reliquam tamen fortunam periclitaturos, periculoſam prouinciam,& nouam belli molem ſubeundam, quem, dũ ambigit, certi inſuper nuncii ad gloriam extimulant:duobus fratribus de regno concertantibus populos in factiones diuiſos, minorem natui in poſſeſſionem deductum, pulſo ſimul fratre Muleaſſe eodem patre genito: cui per ætatem rerum ſummа conceſſerat, non difficile fore adnitente Muleaſſe fratrem exturbari, Chriſtianos cathenis, mare latronibus liberari: His commotus Cæſar uidet hoc bello omnem nauigiorum excurſum, & repentina Barbararum gentium latrocinia ſublatum iri, & pariter recordatur in ſumma fortuna ualidius eſſe quod æquius, ſua retinere, & de alienis procul certare Regiam laudem eſſe,nullũ periculum ignauiã ſubire,non

Bellũ periculoſum

re,non ignauia contineri,nec augeri magna imperia,uim & gloriam ſibi in integro eſſe,addita pietatis fama,quæ neq; ſummis mortalium ſpernenda eſt,& à Diis eſtimatur: Cùm hæc uerſaret & ſimul perdoleret Chriſtianorum fortitudinem irriſui fore apud Barbaros:ibo, inquit,&,ſi cunctatione deliqui,uirtute corrigam: ſpretum igitur Ro. Imperatorum faſtigium ultũ ire uolens omni ſtudio ad res bellicas parandas incubuit: Vnde conſcripto multis ex partibus milite,contractisq; ad trãſmittendum exercitum nauibus,& re frumentaria prouiſa, Deo ipſo immortali tam iuſti belli auſpice, cui maximè proſpiciendum exiſtimabat, ubi pandi uiam & mare proſperum accepit,puppim aſcendit:edicto tamen prius promulgato,ut miles in itinere ab iniuriis Chriſtianorum temperaret, id ni faciſſet certò capitis periculo futurum:poſtq; uerò conſpexit claſſem uentis paratam dato ſigno ſublatisq; anchoris, omnibus nauibus ad unam incolumibus in Africã traiecit:quò primus noſtra memoria Chriſti uexilla intulit, ut captiuos potiſſimùm ſæuiſſimè tractatos exſolueret,qui,etſi prohiberetur littus capere,copiis tamen expoſitis fuſoq; Turcarum equitatu, qui noſtrum exercitum anxium habuit, arcem primùm & natura & hominum manu penè inſuperabilem,quam uulgus Guletam nominat, multo ingenio ac labore tormentis & aggeribus circumuallatam ſumma ui aggreditur: Tũ Itali pedites,qui in re bellica ingentes ſummunt ſpiritus, incenſi uirtute atq; incitati magnas acceſſiones fecerunt in operibus hoſtium expugnandis,ut eo die magnã de ſe fortitudinis opinionem dederint,Hiſpani item gens aſarum ꝓdiga, qui & corporum agilitate & belli peritia nulli cedunt peditatui, cũ uidiſſent Italos,cum quibus de gloria ſemper concertarunt,ire in pericula pro Cæſare, ſublato clamore concurrunt,& arcem petunt, ut hac Hiſpani, illac Itali certatim anhelarent,& pari uirtute ſub muros tenderent:Oppidani ueriti ne admotis ſcalis hoſtes ad ſummũ euaderent,tormentis aduerſos infeſtant,quæ ad disrumpendos cuneos crebris ictibus exonerabantur,fumus autem ex aduſto pilarum ſulphure coactus, ira cœlum obduxerat,ut uix proximum quis cognoſceret, cuius rei incommodum ad uictoriam noſtris occaſionem præbuit,qui fortuitæ caliginis beneficio uſi per medios machinarum tonitrus elapſi, ſuperata munitæ molis difficultate primi ſpectante Cæſare Latini nominis uexilla muris intulere,nec id prius Guletani ſenſere quàm rareſcente nebula hoſtem intra mœnia conſpexerint:Cæſo itaq; præſidio uidit Cæſar, quod unum habebatur cunctis gẽtibus opus inexpugnabile duarum ꝑcipuè nationũ uirtute uno impetu captũ: Tuniſſã deinde,quã alii Tunẽ,alii Tunetũ uocãt vrbẽ munitã,& opulentã,nobiliſſimũq; Africę Emporiũ,ubi brachia circũduxit machinis acerrimè oppugnauit, ſuaq; & militũ uirtute captã Regi Muleaſſi ꝓfugo reſtituit,acceptis tñ annui tributi conditionibus,&, quod unũ exoptabat,Chriſianos cathenis eripuit, q̃ ad unũ oẽs gratuitæ miſſiõis ꝑmiũ Cęſaris uictoria tulere,cõſtat aũt q̃ í ciuitate erãt fuiſſe ſu-

Carolus fortiss. Imp.

Carolus exercitũ cõſcribit

Tuniſſa Africæ metropolis ui capta.

pra quindecim millia hoſum: ex quo Barbaruſſa & aliis p̄donibus, amiſſa magna claſſis parte terraq; & mari p̄fligatis, tm̄ met⁹ oībus: q Lybiā ícolūt, gētib⁹ iniectū é, ut, quas ét nō adierit oras, quasq; nunq̄ uel laceſſé das bello, uel tētādas putauit, Romani Impatoris noíe p̄cuſſæ eius impio pareāt: tā grauis. n. & uehemés d̄ Cæſar̄ erat opinio, quę p aios gētiū Barbararū p̄uaſerat, ut, quē nunq̄ uidiſſent, formidarēt, colerēt q̄; ac Regem poſcerent: Carolus itaq; deuicta Africa primùm Ro. Pont. & alios Chriſianorum Principes de re p̄ſperè geſta actuario nauigio certiores facit: inde habita de his p̄cipua cura, qui erāt ex vulneribus ægri, diuina re facta uictor in Italiā ſoluit, quā ob rē, cū ex oíbus partibus Príncipes ac legationes frequentes ad Cæſarē conſluerent, ut illi de reditu tā glorioſo gratularent̄: Ferdinādus Rex ſuū eſſe in primis cognouit eo tēpore fratrē adire, ut p̄ſs gratulatiōis officio fungeret̄: uerū, quia nō licebat ſibi à regnis ſuis longius abeſſe per ea, quę impēdebant, maxima pericula: id munus delegauit Tridētino: qui ſuo noíe ad Cæſarē iret gratulatum, eum ex tot incōmodis & belli periculis, deuicto hoſte, p tot maris tēpeſtates incolumē ac uictorē rediſſe, ſeq; & Auguſtā Impii maieſtatē inſigni & imortali gloria decoraſſe, Romanāq; religionē penè exāguē noua uictoria excitaſſe: cū alia p̄terea mandata dedit Rex exequēda, tum maximè quæ ad Pānonicū regnū cōponēdū ſpectabāt, quò ét eadē d̄ re à Ioāne Vaiuoda legatio miſſa eſt ad Cæſarē ueluti arbitrū: qui diiudicaret, qd̄ ęquū eſſe exiſtimaret, illi uni regni cauſam integrā ſeruatā fuiſſe, Vaiuodā paratum facere, quod Imperator ſtatuiſſet, quocirca, cū hęc ea eſſent, ut Regē nō parum ſolicitum tenerent, cōmittit Tridētino p̄uinciam extēplò capeſſere: ille autē, qui p̄petuis occupationibus ſentiebat iā uires frangi, tēpusq; eſſet potius leuari animū, q̄ diuturnioribus curis premi, cupiebat ad lr̄as p̄fugere, quę ī ſecūdis rebus delectationē aſferunt, in aduerſis mētem reſtituūt, mouit tñ Tridētinū eadem cauſa laborē nō recuſare, quæ ſalutē ſuā ſæpe alias in diſcrimen adduxit, Regis iuuandi gr̄a in oēs caſus eundū eſſe, cui uoluit ſemp re potius uoluntatem ſuā q̄ oſone declarari, ſperare tñ nec Regē in tantis moleſtiis, nec ſe in tantis incōmodis diutius futurū, diem ipſam, &, quæ cōmutant̄ hominū opiniones, inuictāq; duorū fratrū uirtutē facturā res quottidiè mitiores, quocirca, dū hæc ſecū agitat, tertio decimo cal. Ian. M. D. xxxv. anno Viēna decedit: perq; hyemē & aſperas glacies intentiſſima frigorū ui hoſum ét corpora tū adurente celeri itinere Tridentū uenit: Vñ cōſtituta re familiari pulcherrimo equitū comitatu p̄fectus p̄git citato gradu, ut fatigatus nō tñ fractus Romā īgreſſus ſit ab amicis honorificè exceptus, de quo Romani tā p̄clarè ſentiebāt: ut palā teſtarent̄ Tridētinū de bonis omnibus benemeritū p̄bos uiros humaniſſimis officiis ſibi deuincire, & ſuauiſſimis moribus comiq; & benefica natura in amorem ſui attrahere: Cùm uerò Cæſar Romam uenturus quottidiè expectaretur, per aliquot dies in vrbe immoratus eſt: his temporibus cùm per alios multos

Trid. ad Cæſarem p̄ator Romam p̄rgit.

multos, tum maximè per legatos Imperatoris, qui id in primis cupiebat deliberari, Romæ in conſiſtorium de habenda ſynodo delatum eſt, nam, licet perſæpe alias ingenti animorum contentione de hoc diſceptatum fuiſſet, nihil tamen unquam ſancitum fuit: Cæterū nūc in frequenti Cardinalium conſeſſu, cui præſedit Paulus tertius Pont. Max. ſingulari omnium ſtudio res acta eſt: Duo erant in diſputatione poſita: unum, habendum ne eſſet concilium, alterum, ubinam loci celebrandum eſſet, quæ, quoniam oportebat maturo decerni cōſilio, diſputatum eſt acriter: multi enim in eo ſenatu uiri ſapientiſſimi luculenter diſſeruere, qui, cùm eloquentiæ lumen dicendo oſtenderent, in utranq; partem affectus permouebant: vnde exorta ingenti concertatione diuerſæ erant uoluntates, ut uideretur anceps deliberationis exitus: Tum uerò, ubi utríq; ueluti inſtructæ ad pugnam acies conſtitiſſent: Tridentinus, qui nōnūquàm alias in Germanorum conuentibus Lutheranorum hæreſim aſperrimè inſectatus fuerat, non inſcius quantum uirium in Romanam Eccleſiam aduerſariis adderetur, concilium tam diù exoptatum indies protrahendo, cauſam magno animi ardore aggreditur, multisq; rationibus breuiter docet ex uſu eſſe Chriſtianæ reip. & penè neceſſarium ſynodum haberi, & Mantuę commodius q̄ alibi, ubi etiam ſuperioribus tēporibus, laborante re Romana, per Pont. Max. habita eſt, qui quidem cùm in eos, qui à Chriſto paulò antè defecere, acri oratione inueheretur: attentos maximè tenuit auditorum animos, &, quò uoluit, duxit: nec mirum quidem, cùm de his rebus, quę ad Deorum immortaliū religionem, quæ ad pietatem, quæ ad eos ipſos, qui audiebant, pertinerent, uerba faceret, ut tū refutando tum confirmando finem impleuerit: quam ob rem auditis & penſiculatius conſideratis, quæ dicta fuerant, cùm ab aliis, tum ab ipſo Tridentino, qui metuebat Eccleſiam hæretica factione periclitari: Cardinales in unum omnes uenere, & Paulo tertio Sūmo Pontifice auctore factum eſt ex ſententia Tridentini, & eorum, qui cum illo ſentiebant, pulcherrimum decretum, quod iuſſum eſt per omnes terras promulgari: vñ paulò poſt dimiſſæ ſunt quoquòuerſus legationes: quæ nūciarent gētibus generale conciliū ſaluberrimo Ro. Pont. Max. & Cardinalium decreto M. D. xxxvii. menſe Maii ad tollendam hęreſim, & confirmandam fidem Chriſtianam maxima Principum frequentia Mantuę celebrā dum, quibus ex Deorum uoluntate ſanctiſſimè expeditis, cū dubius de Cæſare afferetur nuncius, tertio cal. Martias Tridētinus ex vrbe Neapolim deceſſit: in qua profectione multis affectus eſt incommodis ob rerū maximè penuriam: Audito Tridentini aduentu, Imperator iuſſit eum vrbem ingredientem publica pompa excipi: quem exquiſitiſſimis dignū honoribus palā p̄dicabat, tū ob ea, quę p̄ rep. Xp̄i geſſerat, & cōſtanti aío tulerat: tū ob fidelē & aſſiduā, quā poſt iam tempus, quo in regiam uocatus eſt, per omnia temporum curricula ſibi & fratri ſuo operam præſtiterat nullis laboribus, nullis periculis à negociis publicis

Diſceptatur pro habenda ſynodo.

Trid. cōſtituū habendū eſſe uehemēter diſputat.

Cōcilium Mātuę indictum.

unquàm deterritus: At Tridentinus certior factus de Cæſaris uolun-
tate pertinaciter tenuit tam ſolennem apparatum non decere inquiẽs
in ſe uti ſereniſſimæ Auſtrialis domus ſeruum tantum honoris ab Impe-
ratoria maieſtate conferri: ex quo ſuo tantum comitatu contentus ingre
di uoluit, ne uel de ambitu accuſaretur, uel inuidiam in ſe excitaret: Po-
ſtero autem die, q̃ intrauit, Cæſarẽ adiuit, à quo hilari vultu & alacri aĩo
ſuſceptus eſt: cui mandata à Rege expoſuit oratione tam prudenti & op
portuna, ut ab eo rettulerit omnia ex Regis uoluntate, vbi autẽ ſingula
diligenter acta ſunt cũ Cæſare, Tridẽtinus Romam receſſit, itinere qnq;
diebus perfecto: vbi extemplò cũ ſummo Põtifice & ſacro Cardinalium
collegio egit, quo apparatu pro Impatoria maieſtate ſuſcipiendus eſſet
Cæſar mox in vrbem uenturus, quæ poſteaq̃ honorificè decreta fuerãt,
nunciatum eſt Impatorem iam maiorem itineris partem confeciſſe: mã
datum enim fuerat certis nunciis, qui, ubi exploratum habuiſſent Cæſa-
ris aduentum, in vrbem extemplò excurrerent: vt illi in tempore prodi-
ri poſſet, tum Tranenſis ac Sanſeuerinus Cardinales in conſiſtorio ad id
munus deſignati ad fines uſq; Romani agri progreſſi uenienti Cæſari ex
conſtituto occurrunt, eumq; ſanctiſſimi Põtificis & Cardinalium omniũ
nomine ſumma reuerentia ſuſcipiunt, & ad templum Diui Pauli, quod
in ſuburbio eſt, pro opibus honoratum deducunt, ubi excompoſitò per-
noctauit, ut interim quæ ad eum excipiendum in vrbe parabantur, com-
modius perficerentur: feſtini enim ardebant Romani, feruebantq; ope-
ra ad diuerſa ſpectacula excogitata: At multi, quibus moleſta erat expe-
ctatio, etſi allatum eſſet Cæſarem prope diem affuturum, portis tamen
pfunduntur tanto eius uidendi deſiderio tenebantur: putauit vrbs Ro-
mana ſe ſuſcepto Carolo antiquam maieſtatem & rerum opulentiã re-
cepturã, poſtero die Cæſar iiſdem legatis comitatus circiter horã deci-
mam ſextam ad templum Diui Sebaſtiani pgreſſus eſt, quò reliqui om-
nes Cardinales obuiàm pdierant, quatuor dũraxat exceptis, qui apud
Pont. Max. remanſerant, ex hoc loco Imperator inter duos Cardinales
Senenſem & Tranenſem medius exceptus eſt aliis omnibus ordine ſub-
ſequentibus: præcedebat ingens militum multitudo armis & ueſtibus
probè inſtructa, prodibant deinde Principis familiares præcipua &
mirabili ornamentorum magnificentia culti, inter hos Cæſar ſublimi E-
quo uectus uti triumphans Sancti Sebaſtiani vrbem ingreditur: Ad
primum autem portæ aditum totius ciuitatis ſacerdotes ſacris omni-
bus prolatis conuenerant: vbi Capiſuccus Nicaſtri Epiſcopus Impera-
tori vrbem intranti Chriſtianã crucẽ obtulit, qua religioſè exoſculata, &
reliquis cærimonis de more ſeruatis continuato itinere ſua triũphalibus
Conſtantini Veſpaſianiq; & Septimii Imperatorum arcubus Capitoliũ
& Diui Marci palatium præteruectus, in campũ Floræ, & inde per pon-
tem Sancti Angeli rectà in forum Diui Petri progreditur: erat po-
pulus adeò per uicos effuſus, ut uix aditum præſtaret tranſeunti,

uiri

Quo apparatu ſuſcipiendus ſit Cæſar.

Aduentus Cæs. in vrbem.

uiri præcipuè militares admirabantur Cæſarem, qui bellorum per eum
confectorum magnitudines cognouerant, aliorum imperitiam Ducum
& ignauiam experti, quacunq; iret plauſu & felicibus acclamationibus
omnes proſequebãtur, eum de omnibus Chriſtianis benemeritum, eum
ſalutis datorem, eum prædonum euerſorem, ſolum eum dignum Ro.
Principem appellari, multa modò ſæcula imperio potiretur, eiusq; filii
&, quæ ex illis naſcitura erat, progenies inexpugnabilem principatum te
neret, per has acclamationes fertur Impator ad Paulum tertium Pont.
Max. qui in primo templi limine quatuor purpuratis Cardinalibus eius
latera munientibus ex alto ſuggeſto pro tempore extructo Pontificali
maieſtate conſpiciendus eminebat: quò, cùm Cæſar deflexiſſet, memo-
rabile in ſedem Apoſtolicam obedientiæ exemplum daturus equo de-
ſilit, ut ſe ad pedum oſcula inclinaret, Cæterùm non tulit ſapientiſſimus
Pontifex ſpecioſiſſimum uictorem ad pedes Eccleſiæ iacere, qui iacentẽ
Eccleſiam ſua uirtute erexerat, eum itaq; exoſculatus in amplexus uti pa
ternos humaniſſimè recipit: arbitratus Chriſtianiſſimum Imperatorem,
qui præclaris operibus ſuam in Romanam religionem uoluntatẽ abun
dè teſtatus fuerat, dignum eſſe, qui Eccleſiæ gremio ſuſciperetur: inde in
Diui Petri templum, unde ueri emanant religionis ritus, manu aprehen-
ſum ſecum ducit: vbi precibus per uota ſolennia conceptis, habitaq; an
te aram oratione pro ſalute Imperatoria & dignitate Romanæ Eccleſiæ
conſeruanda Diis ſuperis meritos honores reddit, quiq; intererant, uni-
uerſis benè dixit, quod uocabulum apud ſacros ſcriptores frequens eſt:
His ſolenniter peractis Pontifex & Cęſar ſimul in palatium digreſſi ſunt:
quos arduis de rebus longa tenuit ſequentibus diebus diſceptatio: Tri-
dentinus uerò iam mandata executus, quæ ad Pontificem Cæſarẽq; de-
tulerat, Ferdinando Romanorum Rege eius reditum expectante, Ro-
ma receſſit: ſtatuerat enim, cùm eſſet tantis honoribus præditus, tantis q;
beneficiis à Rege affectus, eius uoluntatem reip. q; dignitatẽ, & ſalutem
prouinciarũ ſuis omnibus cõmodis & rationibus præferre, qui, ut emẽ-
ſa celeriter Flaminia in patriam properaret, & inde in Auſtriam ad Re-
gem contenderet, homo ad continuos labores natus, utpote bona cor-
poris conſtitutio ppetuo motu vegetaret: veredariis primũ uſus eſt, ue-
rùm, cũ ad locũ, quẽ Roſarũ montẽ vulgus appellat, q abeſt ab vrbe cir-
citer ſexdecim milliaria, inſolito eqtandi genere agitatus, ętate ipſa pſer
tim iã ingraueſcẽte, coactus eſt, qđ reliquũ fuit diei & ſequẽtẽ noctẽ qeti
dare: mane pfectus cũ exiguo comitatu remiſſiori itinere Tridentũ pue-
nit: Iam agebat annus eius Epatus vigeſimus, qđ tẽpus modò apud Cę-
ſarẽ, modò apud Regẽ, ab eo die, quo primũ in Aulã uocatus uenerat, du
ris in negociis ſemp uerſatus totũ cõſumpſit, laboris nunq̃, qetis ſemp im
patiens, &, qđ mirabere, nullo unq̃ tẽpore, q̃uis lõgè abeſſet, rei domeſti-
cæ curam neglexit, nec ulla unq̃ in parte ceſſatum eſt aliquid fabrica-
re, uel noua ædificia erigere, uel uetera reſtituere, quod idem æquum

Trid. ab vrbe ad Regẽ digreſſus.

Trid. fides et cõſtantia in Regem.

Franciſcus Sfortia Dux med. moritur.

Franciſcus Rex Gallorũ i Taurinos mouet.

eſt ab eo dum uixerit expectare. Sub id tempus, dum Romæ triumphat Imperator, Franciſcus Galliarum Rex mortuo Franciſco Sfortia Inſubrium Duce, quæ res Gallo ſpem auxit occupandi Mediolanẽſiũ remp. utpote belli materiam nactus, copias parat, &, cùm ſe Cæſari haud imparem futurum armis putaret, ſi fortè ille pro Mediolanenſibus bellum ſuſciperet, in Taurinos primùm mouet: At Carolus Taurinorum Dux nunciato hoſtili Gallorum aduentu oppida cõmunit, & pręſſidiariis militibus firmat, quibus Ioannẽ Iacobũ Medicen. præponit: hi, cùm vrbes cĩgerent exercitu, ut ſe obſidione eximerent, plęrunq; in aduerſariũ uiriliter eruperunt, ſed pauci à multis malè accepti cogebantur ſe ad ſua prędidia conferre: vnde Rex Taurinos, qui erant uiribus longè impares, breuiter ſubegit: ex quibus alios ſe tradentes recepit, alios uim parantes occidit, paucisq; exceptis, quæ auxilio Imperatoris defenſa ſunt, vrbibus & caſtris eius regionis perbreui expugnatis, & Carolo duce eorum electo uictor principatum occupauit, ut inde, quæ erat fama, Inſubrium ducatum (hoc enim uocabulo utitur noſtra ætas) quem antiquo iure ad ſe ſpectare contendebat, cõmodius inuaderet, ab ea cura nullo tempore omiſſa nunq; abſterritus, etſi res fuerit toties infeliciter tentata, animi enim magnitudo aſtrorum uim cladem minantium ſuperabat: Cæſar autem cui conſtitutum fuerat iterũ in Africã traducere exercitum ad debellandas cæteras Barbarorum gentes, quibus cœperat auſpiciis, cognito Gallorum conſilio ab ea prouincia & ſanctiſſima expedi-

Cæſar in Gallos reducit.

tione animum ſtatim reuocauit, & in Regem impetum conuertit, ut Inſubres, quos bello peti uidebat, defenderet, haud dubius, niſi orientẽ illum ignem in tempore oppreſſiſſet, omnes Italos ingenti mox incendio arſuros, ex quibus facilè erat intelligere, *illud* fore magni motus principium, quæ cùm haud ignoraret Tridentinus, qui permultum ante præuiderat futurum diſcordiæ exitum, ſecum animo lugebat iniquam noſtrorum dierum conditionem multorumq; locorum uaſtitatem, & quæ fecerit Ro. Eccleſia diſſenſione Chriſtianorum naufragia, cũ item de cõmunibus miſeriis cogitaret, quibus tot annos in Italia uerſamur, ſibiq; in mentem ueniret ſuperiorum temporum recordatio, deteſtabatur lugubres acies, quibus concidiſſent innumeræ gentes, quibus uiderit noſtra ætas tot vrbium & populorum excidia, tot Principum Regumq; funera nondum ſatis defleta, ut Italiæ ſolum, alia ut prætereã loca, factum ſit & ſuorum & externorum miſerrimum ſepulchrũ: his de cauſis ſibi laborandum duxit, ut à re tam perniciosa Imperatorem, quamuis ſciret eum non temerè indignatum, quantum ſibi liceret, conſilio remoueret, quem etiam coràm precibus anteà defatigauerat, quam ob rem tanq; ipſe uictoriã deſperaret, cœpit illi pacem ſuadere, cuius ſemper fuerat auctor: à qua ſi modò abhorreret, bellum ſaltem duceret, dum daretur tempus ad rem commodius tentandam, &, licet cognoſceret Cæſarem multum animi cœpiſſe ex Africana uictoria, ſuaq; & militum uirtuti confidere, eũ tamen

Trid. pacis cupidus.

tamen impenſè obteſtatus eſt, ad amicitiam ſocietatemq; cum Rege Gallorum iungendam, oſtendens illud futurum utriq; ſaluberrimũ, pacem rerum omnium nutricem legibus etiam minus æquis funeſto bello anteferendam: contrà uerò ſi duo potentiſſimi Chriſtianorum Principes ferro & odiis certare inter ſe perſeuerauerint, breui conflagraturũ totum terrarum orbem bellorum incendiis: ad diuerſos inſuper Principes ſolicito animo literas dedit, ut eorum interceſſione rogatuq; res magnorum Regum componerentur, &, quæ indies gliſcebant, ſedarentur diſcordiæ.

IANI PYRRHI PINCII MANT. AD ALIprandum Cleſium equitem, & Ferd. Sereniſſ. Ro. Regis camerariũ De Vitis Pont. Trid. Liber duodecimus.

Tum Cæſar quem maximè ſolicitum habebat difficilis belli cogitatio, & communia pericula cõmouebant, cũ mallet quantum in ſe eſſet bonorum iudicio uincere q̃ gladio, & Chriſtianorũ gloria potius q̃ calamitate triũphare: non inuitus audiuit, quæ fuerant tractata, ſibiq; ex diuerſis partibus propoſita, cæterùm, ubi ſibi cõſtitit iniquas eſſe conditiones, nec ſuæ dignitatis eſſe in eas leges cum Gallo ſanciri pacis fœdera: ingemuit inuitum rapi in bella contra Chriſtianos, quos libentius tueri uellet, ſibiq; neceſſarium eſſe deſperata concordia, quam ipſe uidebatur mirum in modũ cupere, armis certare, cũ uerbis fruſtrà diſceptatum eſſet, manifeſtum enim eſſe, niſi ipſe opem ferat Taurinis, Regem in campos circũpadanos deſcenſurum: uictis autẽ Mediolanẽſibus iam circũſeſſis, quod reliquũ eſt Italiæ in ditionem Galli conceſſurum, ſuum autem eſſe Italiam & omnes Latini iuris vrbes ſibi fœderatas & Romani Imperii ſocias uiriliter defendere, qui, cùm præterita meminiſſet, reliqua ſperare felicia uidebatur: cùm præſertim ſubeſſent iuſtæ bellorum cauſæ, & ubi Imperii gloria eſſet propoſita, non.n. erat certamen uter eſſet, ſed uter imperaret, propterea minus acerbè bellum gerendũ eſſe, q̃ ſi de capite dimicaret, ſe pericula innocentia ſua tectũ ppulſurũ: honorẽ ex laborioſiſſima militia conſecuturum: quicquid.n. in hac cauſa ſibi ſuſceptum fuit, publicæ ſalutis cauſa ſuſcepiſſe confirmabat, quam ob rem in Italia miles celeriter conſcribitur: ex Hiſpania item deportati claſſe in Liguriam egrediũtur, haſtati milites ex Germania mittunt Cęſaris literis euocati: Burgundi olim Sequani fortiſſimum equitatum ex primoribus delectum, Italia fortiſſimos & pedites expeditos & equites præbuit, Duces habuit egregios Italos, Hiſpanosq; ac Germanos magni nominis Principes: Alphonſum Hiſconii Marchionẽ, quod eſt Italię

Cæſar inuitus in Gallos rapitur.

opp.ĩ regiõe Ferẽtana,nũc Guaſtũ uocãt (ut nõnunq̃ recipiant̃ pegrina uocabula ĩter Ro.claſſes locũ quærẽtia)peditib⁹ p̃fecit,Ferdinãdus Gõ ſaga eqtatus rector deſtinatus:ſũma expeditiõis Antonio Leiuæ p̃miſſa, qué magnũ habere uſũ ĩ re militari ſciebat,curã nauiũ Andreas Auria re tinebat:Cęterũ Rex,cui iãdudũ cognitus fuerat Impatoris aĩus,q̃ Gallorũ oppida p̃pediẽ inuaſurus habebat̃, ex toto r̃gno delectum habet, Duces præterea mittit in Italiã magna pecunia ad conducenda auxilia, Heluetios ſibi amicos facit,& in partes ſuas trahit:ex Britãnorum Rege,cum quo hoſpitiũ uetuſtũ renouauit,peditatũ florentẽ accipit: multos Germanos utrãq̃ Rheni ripam incolentes ſub ſignis habuit, à compluribus itẽ Principibus,quos ipſe uel in p̃iculis iuuerat, uel electos ſu ſceperat,auxiliares milites mutuatus eſt:Interim Cæſar magnis (ut dictum eſt) copiis p̃ nouũ delectũ cõparatis, Alpiũ difficultatẽ ſuperat,p anguſtas.n. præcipitesq̃; Taurinorũ fauces,ubi iter lubricũ ac difficile, uix quà ſinguli equi ducerent̃,in Narbonenſem p̃uinciã deſcẽdit hoſtilia indutus,& firmus ab equitatu quoquouerſus incurſat,& Gallorũ orã uaſtat,Galli autem hoſtis aduentu p̃terrefacti in mœnia p̃fugiunt, & ſe muris tuentur:Rex uerò ciuitatibus & oppidis ualido primũ præſidio munitis toto robore ad Rhodanũ Cæſari occurrit,nõ tantũ ut illũ à flumine arceret,q̃nquidẽ ſciebat,ſi ille in ulterioré ripã trãsiſſet,& rei frumentariæ inopia intercludi,& ferro facilè profligari poſſe,cũ ipſe à p̃cipio ex oĩbus agris conuehi in urbes cõmeatus iuſſiſſet: uerũ ut omnẽ Galliã in armis oſtẽtaret,ipſũq̃; ad regnũ ſuum defendendũ paratũ eſſe hoſtis intelligeret, & quoniã exploratũ habebat Cæſarianos eo animo bellum ĩ Gallos ſuſcepiſſe,ut rem ferro ſtatim decernerent,ne uel fame, uel aeris inclæmentia,quod p̃uiderant,ſi diutius ĩmorarentur, irent perditum,ut ipſe ſine periculo bellum gereret,& hoſtis ſpem fruſtaret̃;uetuit ſuos exire in certamen:exiſtimauit .n. ſapientius eſſe pro mœnibus pugnare,q̃ belli exitũ,qui anceps eſt,collatis ſignis experiri, & totum regnum uno p̃lio temerè periclitari:cũ ſæpenumerò fortuna res potiſſimùm militares ſuo arbitratu uerſare cõſueuerit:cuius impio uirtus fracta nonnunq̃ paret,iccircò conſilio potius q̃ uiribus ad uictoriam tendendum eſſe:hoſtem neceſſitatibus uictũ ſua ſponte regno exceſſurum: dum uerò Galli ulteriorem ripã defendunt,amnem tranſire edicto prohibiti, Cæſariani nõnulla prouinciæ oppida uno impetu expugnãt,alia præſidiis uacua,& quibus etiã magna oppidanorũ pars metu exceſſerat, ſpõte in deditionẽ ueniũt,alia uerò & ſitu locorũ & manu hoĩum munita & pariter militibus cuſtodita,qa uidebant̃ ſine ſuorũ ſtrage capi non poſſe,circuibãt ualido eqtatu:cui (ut diximus) Impator Ferdinandum Gõſagã Ducé bello egregiũ p̃fecerat,ex eqtibus erãt,q̃, ut Gallos ĩ pugnã traherẽt,uoces ignominiæ plenas iactarent:dedecus eſſe uiros fortes ueluti pecora ſeptis clauſa uallo defẽdi,ſpectari uirtutẽ in apto cãpo oportere,cominus pugnandũ eſſe,clypeũ non murũ obiici bellatoribus cõuenire;

Cæſar in Narbonenſem Galliã deſcendit.

Gallus Cæſari ad Rhodanũ occurrit.

Cæſarianorũ uirtus.

cõuenire:exirent modò,&,ſi uiri ſint,manũ cõſerant,dirimendũ eſſe bellũ armata dextra,recordentur tamen conſulantq̃; prius Regem ſuum alias apud Ticinũ urbẽ in acie captũ,quales ſint Caroli Impatoris milites:trã ſiſſe ex Italia p̃ ſũmas Alpes in Galliã Cæſaré, ut p̃lio piculũ faceret,tãta ne ſit Gallorũ ferocitas,quãtã ipſi,cũ domi ſint,præ ſe ferunt,ſed ut cõtra cuius copias cõtendãt,etſi anteà expti ſint,nunc p̃cipuè cognoſcãt:eligãt ex ſuis cohortẽ,quã putẽt firmiſſimã,ſe ex ſuis alterã delecturos,& cõtrà cõſtituturos,tunc illi ex uirtute Cæſarianorũ intelligẽt,qd ex ſuis copiis ſperare debeãt,nullis deniq̃ uerborũ cõtumeliis parcebãt,ut hoſtẽ ĩ aciẽ laceſſerẽt:At Galli licet rei ĩdignatione cõmoti cuperẽt portis erũpere,edicto tñ Regio prohibiti abſtinere à pugna,& bellũ cõſultò protrahere,diẽq̃; ex die ducere,dũ hoſtis fame cõtabeſceret,ad quẽ oĩbus ex partibus ĩtercluſa erãt cõmeatibus itinera,& una tñ p̃ mare patebat uia, qua uehebant̃ cibaria,ſed tãto exercitui minus ſufficiẽtia,vñ frumẽtum exigue habebãt,quapropter nautico pane & eo qdẽ p̃modicè,& arborũ fœtibus ueſcebant̃, quo fames paulò lõgius tolerari poterat uel parcendo:Cæſariani cũ uiderent neminẽ ad eruptionẽ paratũ,ſilere oĩa ĩtra muros clauſis portis,nouitate & miraculo attoniti redibãt deſperata rei gerẽdæ occaſione,nõ ceſſarunt tñ ét ſæpe alias oſtendere ſe pugnę cupidos, plerũq̃ exercitum de loco mouere,ut cõgrederent̃, plerũq̃ è caſtris eqtatum eduxere,& agrum incurſauere,oppidanis pro mœnibus calamitatem ſuã deplorãtibus,plerũq̃ ſtetere in armis cohortes cãpo, qui caſtra p̃iacebat,à mane diei ieiunæ ac defatigatæ,ut quotidiè daret̃ hoſti dimicãdi cõmoditas,ubi aũt hæc parum ſucceſſiſſent,ad Rhodanum cõuertebãt,&,ut Gallos,qui in ulteriori ripa exercitum in armis habebant, citra flumen elicerẽt,modò militari clamore p̃uocabãt,modò uada fluminis quærebãt,ſi quà demiſſioribus ripis amnẽ eqtatu tranare poſſent, uerùm Galli,q̃bus Regis cõſiliũ nõ erat incognitum,nec ſpõte Cæſarianos in p̃lium petiere,nec petiti ipſi unq̃ in certamẽ erupere: quã ob rẽ ægrè ferens Impator abſumi tẽpus,ſublatãq̃; eſſe ſibi cõfligendi opportunitatẽ,in Flãdria p̃terea,vñ ſui Duces in Gallos Belgas copias eduxerãt, rẽ ſecus atq̃ ipſe mandauerat adminiſtrari,multa aĩo uerſabat: occurrebat Rhodanũ fluuiũ rapaciſſimum ferri p̃cipitẽ,uolubili undarũ impetu ſub alueo rotari ſaxa,nec uado trãſiri,nec ponte cõiungi tutò poſſe, ulterioré inſup ripã exeſam eſſe & abruptã,aſcenſuq̃; difficilẽ, quã etſi euaſeris licere:tantũ,quod multò magis timendum erat, p̃uagari agros cultoribus uacuos & dſolatos,rebus oĩbus in urbes lõgè munitas cõuectis, inſtare hyemẽ,q̃ ſi p̃geret ciuitates p̃ſidio firmas oppugnare, poſſe milites ui frigorum exuri,laborari p̃terea graui annona,& iã magnã partem ſuorum militũ fame & aliis ĩcõmodis defeciſſe,nã,etſi mãdatum eſſet ex Italia cõmeatus indies ſubminiſtrari,multiq̃; ĩ diuerſas regiões miſſi fuiſſent ad rẽ frumentariã expediendã,ea tñ anguſtè uehebant̃:Duces inſup (id.n.aĩo p̃ſertim recurrebat) quos iuſſerat ex Flãdria mouere à tergo

Bellum difficile.

parum profeciſſe,cùm ſpes & expectatio eſſet,illos ꝑ mediã Galliã inuito etiã hoſte ad Rhodanum uſq; tranſituros:Gallos item prælium ultrò inire ſolitos,prælium præter naturam refugere:nullam fieri pugnæ copiam:nil ceſſiſſe ex uoto,luctari aſtra cum uirtute, protrahi uictoriam, ſibi tamen non auferri,diſtuliſſe cladem Gallorum Regem, non effugiſſe:ſi liceret ꝑ tẽpus,poſſe regnum nolente etiam cœlo ferro excindi: ſed iam euolui ex Alpibus flumina mirum in modum aucta, aquarum copiam alueis non capi,continuatione imbrium diutius ſub pellibus milites contineri nõ poſſe,uideri cum Diis bellum ſuſceptũ,& Diis,&, cui non licet repugnare,neceſſitati pro tempore cedendum eſſe:poſſe, quæ hominum ſunt,prẽuideri conſilio,non fas eſſe, quæ diuinitus eueniunt, caueri:His & aliis pluribus rõnibus neceſſe habuit Cęſar in Italiã diſcedere,& arma in occaſionem differre,iuſſit itaq; canere receptui,& anteq̃ grauius ſæuiret hyemis uiolentia,& exundantia fluuiorum æquora lõgius diffunderent,ꝑ maritimas Alpes in Liguriã retrò ſe recepit,cum quo tñ uiſum eſt non omninò infeliciter actum, ꝙ ex prouincia profectus ſit incolumi,quod rliquum erat,exercitu:uix.n.Gallorum agro exceſſerat,cùm natarent rura aquarum diluuio,ut uideatur Cęſar Diis uolentibus coactus hoſti pepercíſſe:Hæ & aliæ cõplures cauſæ coegerunt Carolum eam belli curam dimittere:contrà uerò Franciſcus Gallorum Rex potentiſſimus,qui nuſquã pugnauit,creditus eſt plium detrectãdo proſperè pugnaſſe:Dum bellatur in Gallia Tridentinus refectis domi pauliſper uiribus pridiè nonas Iunii expectatus in pontem Aeni iãdudum properauerat:quò pridiè q̃ ipſe aduenìſſet Ferdinãdus Rex ex partibus inferioris Auſtrię ſe contulerat,cui Tridentinus,quæ in legatione Italica obierat,quęq; ipſe à Cæſare mandata contrà habuerat, corã ordine exponit:qui deinde cùm alibi, tum præſertim in Italia bellorum motus ſint timendi copioſiſſimè aperit:in quas demum leges opinio ſit ĩter Chriſtianorum Principes ictum fœdus diligẽter cõmemorat, quid poſtremò facto opus ſit,ne prouinciæ Regiæ externis bellis pturbentur,ex ſententia ſua luculenter docet,ut de his ſæpenumerò in diſceptationem itum ſit:at,ſimulac longis ſermonibus bimeſtre tempus cõſumptum eſt, Tridentinus,qui acceperat Regem Tridentum breui puenturum:quod unũ ĩter uota ſibi dari ſemp petierat,totus lætitia pfuſus domũ repetit, ut uideret nihil omninò reliquum eẽ,quod ſibi ad ſummã felicitatẽ deſiderari poſſet,quã ob rẽ dandã eſſe operã exiſtimat,ne in ſtruendo apparatu uideat quidpiã negligenter omiſſum,& tanto hoſpiti ſibiq; defuiſſe,mittit itaq;,qui ꝑ diuerſas Italiæ & Germaniæ ciuitates inquirãt omnium generum obſonia:non expendendã modò,ſed, ubi opus ſit, ꝑfundendã etiã pecuniã:ut parent,quæ ad menſam opulentiſſimè inſtruendã poſſint lautorum ẽt uotis optari,Eꝑalem arcem nup magnis expẽſis reparatã & excultã,palatiumq; à fundamentis extructum inter rara Italię opera facilè ponendum totum Britãnorum aulæis, aureisq; & purpureis uelis

Cæſar in Liguriam reuertitur.

Vir ſapiens uiſ. Trid.

Apparatus pro Rege Ferd. ſuſcipiendo.

reis uelis conueſtiri diligenter ꝑcipit,& toros ſupbiſſimè cõſtratos apparari:clarorum itẽ uirorũ ex ære ſpirãtes tabulę,& penè uiui maiorũ vultus longè ꝓminentes per parietes diſponunt,quę intrantium ora ſtatim conuertant,& uirtutum exẽplis aĩos moueant:ſingula ſummo ſtudio curant,quæ excogitari poſſint ad declarandã Tridentini in Regẽ uoluntatem,ubi uerò rem familiarẽ cõpoſuit:atq; illis,à quibus opa ꝓ loco exigebat,negocium mãdauit,& publicæ & domeſticæ rei gerendæ:nã & ciuitatem oẽm apparatibus exornari uoluit,ut,quantum ſibi liceret, expectati hoſpitis maieſtas ꝓ dignitate acciperet:Bolgianũ,ubi indictus erat ꝓuincialis cõuentus,repetit:quò,priusq̃ ipſe ꝓfectus eſt,Rex puenerat, qui in palatio ſuo,quò conuenerant uiri ex ꝓuinciis uocati,ſedens paucis docet,quibus de rebus cõcilium fuerat indictũ:quę cũ accepiſſet Tridentinus,cognoſceretq̃; non facilè,quod petitum fuerat,obtineri poſſe, tanta tñ comitate,ut eſt homo ſuauis,& ſuopte ingenio amabilis,rẽ adeò prudenter tractauit,ut in publico frequentiq̃; cõſeſſu oblatũ ſit munus, quale nunq̃ antea:ab oĩbus.n.in eã ſnĩam itum eſt,ut,quã ipſi Regi dono darent pecuniã,ꝓ ſex annos æquis penſionibus ſoluerent: qbus ex uoto expeditis,dimiſſo cõcilio, Tridẽtinus ſexto idus Septẽbris,quę erat dies beatiſſimę Virginis natali dicata,rem ſacrã fecit more Chriſtiano,& ad arã Põtificali apparatu inſtructã diuina officia ſoleniter celebrauit:qbus rex Ferdinãdus,&,quę eouſq; maritũ ſecuta fuerat,Regina,cõpluresq̃; ꝓceres,& ꝓuinciarum primates frequẽtes interfuere:ĩ quo crediderim Tridentinum aĩum ſuũ feſtiui amoris & amœnitatis plenũ eo tẽpore, quod alias nunq̃ fecerat,Regi patefacere plenius uoluiſſe:ꝙ tũ primũ diœceſim ſuã attigiſſet,ut illum ipſum,quẽ toties inuitauerat, ad ſe tandẽ ultrò uenientẽ oĩbus officiis acciper,etſi ſe ſemp humilẽ Regię maieſtatis Capellanũ noſaret:talẽq̃; ſe exhiberet; qualẽ ſe uelle eſſe ꝑdicabat:poſtridiè uerò q̃ ꝓfecta ſunt ſacra,Tridentũ recurrit:ut,ſi qua ſupereſſent exequenda,ab his extemplò abſoluerentur,quibus data erat cura & Aulæ & vrbis apparãdæ:erãt.n.cõplures ad diuerſas ꝓuincias deſignati, ut mira celeritate cuncta conficerent:cũ quid ſuũ eſſet ſinguli nõ ignorarent: Dum occupati eſſent inter opera Tridentini,& feſtini diſcurrerent, nunciatur Regem ex uico Sãcti Michaelis,ubi pridiè idus Septẽbris pnoctauerat,cũ ꝓtoria cohorte proficiſci: Tum Cardinalis,ne qd ꝓtermitteret,quod ad ſummũ Principẽ ſuſcipiendum ſua intereſſet, Chriſtophorũ Madrutium Decanũ Tridentinũ, Vinciguerrã Arci, Ludouicũ Lodroni, Comites,& Aliprandum Cleſiũ ad pontẽ uſq; Auiſii fluminis officii grã præmiſit:qui ſuo noíe Reges obuios exciperent:ibi.n. quæ in mandatis habebãt opportunius exequi poterant q̃ alibi:ꝙ ea eſt eius loci anguſtia, ut nec peditũ,nec equitum multitudinẽ ſimul tranſeuntiũ admittat, ſed longo ordine ſubſequi, ſingulatimq̃; non turmatim tranſire neceſſe ſit:iccircò facilè fuit eo in loco Regem adire propius,& alloqui, non multò etiam poſt ipſemet honorifico comitatu porta egreditur: præ-

Bolgiani conuentus prouincialis.

Suaue ingenium Trid.

Tridẽtini Regi uenienti obuiã prodeunt.

Trid. porta egreditur.

cedebant mille homines & habitu militari & armis probè instructi, sed proceritate corporum præsertim admirandi: subsequebantur Ecclesiæ Tridentinæ pheudatarii, proceres, equitesq; & ingens ciuium multitudo ad excipiendos Principes spectandosq; Reges effusa: ea uirorum celebritate circumseptus Tridentinus paulò ultra uicum, quem Gardulum uocant, ditionis suæ fines Regibus obuiàm prodiit: & qua potuit reuerentia eos suscepit, ingentiq; animorum alacritate usq; ad portam sancti Martini deduxit: iam eousq; exierat sacerdotum collegium, qui erãt uestibus multo auro & purpura intextis ornati, quorum qui reliquos anteibat crucem Regibus vrbẽ adeuntibus (ut mos est) deosculandam obtulit: quos deinde uiri primates & genere & dignitate egregii superbeq; exculti ad latera dispositi sub sacro Deorum cadurco, quem uiri Pontificio ac Cæsareo iure clari manibus ferebant, opertos per frequentes faustasq; hominum acclamationes ad templum, quod in media vrbe est Diuo Vigilio sacrum, pedibus secuti sunt: quò iam breuiori itinere per secreta uicorum diuerticula sese repente proripuerat Tridẽtinus: sumptoq; Episcopali habitu primum templi limen ingressis benè precatus est: &, quas debuit, Deo ipsi & Diuo Vigilio ciuitatis patrono gratias egit: quibus solenniter confectis, Reges in castrum deducti sunt, tectoq; & mensa Regio luxu apparata comiter ac lautè accepti consederunt, necnon eorum aulici, hæroesq;, &, qui Ecclesię Tridẽtinæ subiecti sunt, uiri omnes nobiles iussi accubuere: atq; ingens prætereà matronarum numerus: quarum multæ longius petitæ uenerant Tridentini causa. Reginam honoratum, ut nihil magis mireris q̃ tot procerum ora, & celebrem nobilium fœminarum consessum longo ordine discũbentium: at ipsi conuictores, cùm intuerentur ædificiorum amplitudinẽ, concameratas structuras, contignationes auratas, diuitemq; & inexpectatam rerum omnium affluentiã, incredibili admiratione tenebantur, fatebanturq; ac palàm prædicabant opera illa esse animi excelsi, & supra Tridentini opes instituta conuiuia septem dies, quibus reges excepti sunt, continuata ferculorum pompa celebrata, eum expensarum modũ Lucullos decere, Regum eum esse non Episcopi apparatum: quo ulla in re non modò non laboratum est, sed epulæ quottidiè recentiores delicatioresq; affatim apponerentur, ac diffluerent triclinia obsoniorum copia: epulantibus autem Regibus ad ammouendã fraudis suspicionem cibus potusq; eorũ delectus ex ministrorũ gustu, q̃ erant ex intimis Aulicis Principes ad id muneris constituti, de more explorabat: uerũ, ne singula narrem⁹, et occupati tm̃ uideamur ĩ cõmemorãda splẽdidissimi cõuiuii opulẽtia, nõ minoris fuerunt admirationis, quę accesserunt ad uoluptatẽ cõuictorũ excogitata pluriũ generũ iocularia, ut attingã tm̃ fastigia, cõmutabant' ludrica, & noua semp ludorum facies in mediũ ꝓdibat: modò. n. morionum fatuitates, modò mimorum gesticulationes, modò sales Attici, modò dicta Laconica, & ut uarii sunt hominũ mores ad exhilarandos

Regibus obuiã itur

Ferd. Rex Trid. vrbem ingreditur.

Conuiuiũ opulentissimum.

Varij generis ludicra.

exhilarandos magnos hospites precio conducti in publicum dato signo exibant, qui risus excitarent, qui delectationem afferent, qui animos molestiis leuarent, & à bellicis negocijs pro tempore seuocarẽt, ut spectatores nunq̃ defatigati, sed locorum uarietate semper recreati æquo animo audirent, spectarentq; attentè quæ edebantur, id tamen pro comperto traditum est nunsquàm introductos fuisse aut sanniones in dictis obscœnos, aut inuerecundos scurras, aut qui intemperãter quid loquũtur faciunt'ue, sed qui habita & loci & personarum ratione ridendi pro dignitate materiam præberent, ut nihil diligentius, q̃ decorum custoditum sit, & censoria quadam lege exactum, nec nocte quidem foris omissum est, quod gaudium palàm indicaret, ex omnibus nanq; turribus, quæ in ea vrbe frequentes sunt, exibant ueluti fulgura, & longè ardebant piceo fomite lampades, quæ diffundebant per tenebras undantem flammam, & luce tremula collustrabant domorum tecta, ut regionatim diluceſceret: ex montibus præterea, qui vrbi adiacent, iaculabantur ignes occulta & uaria arte medicatos, uidisses alibi fumigantes pilas per umbras ferri, alibi lucentes flammarum globos ueluti ex imis Alpium cauernis erumperent sub noctem eructari, & medio aere collisos frangi, ut ars imitaretur naturam, cùm ex fractione nubium auditur fragor: dissiliebant uapores igniti, qui per caliginosam noctẽ dissecti diuersos cœli tractus petebant, & ad terras uiam signantes flammis cadebant, Alia uerò vrbis parte stupuisses scintilantes faces per aerem rapi, & uestigia sulcato cœlo relinquere, alias autem in alto ardentes longiorem trahere limitẽ, at ꝑ ubi pręter ora populi multa luce trsãcurrissent, syluis abscondi, euomuntur sub noctem diuersæ formarum species accendente ignem sulphure, ut circũquaq; albescerent montium iuga: nemo est, nisi tam mirabilis inuenti fuisset particeps, qui non existimasset nemorosa Alpium cacumina, ciuitatemq; omnem cœlestibus correptam flammis concremari, sed illud, quod postremò est editum, spectatum fuit magna omnium uoluptate: erant in area, quæ arci Episcopali subiecta est, duo Iudeæ oppida affabrè ædificata, quorum alterum Sodomam alterum Gomorrum appellarunt, eò longè per machinas ueluti cœlo delapsus ignis furtim ĩmissus, q̃ mœnia ac tecta statim occupauit: trepidabat' undiq;, discurrebãt oppidani, alii ꝑ portas exibãt, alii de muris se in præceps dabant: audiebantur contignationum ruinæ ac crepitus, erumpebãt per umbras terrificæ flammæ, ut obscœnæ illæ vrbes tanquàm ictu fulminis conflagrauerint, & breui exustæ in cineres conciderint, quod fuit periucundum Germanis spectaculum, ea fuerunt Tridenti incendia tum præsentem lætitiam indicantia, sed maioris felicitatis prænuncia, quæ dum attentè spectarentur, reboabant simul tormenta bellica per muros vrbis disposita, quæ uel lapideis uel ferreis pilis ex aluo exclusis ueluti partu exonerata euoluebant sub auras cum ingenti tonitru pondera, ut

Diuersorũ generum faces.

Sodomæ Gomorrũ opp.

audiret aer rapido impetu impulsus sibilare,& percussæ ualles sonitum ingeminare,per eos omnes dies,quibus Reges apud Tridentinum fuere,resonuerunt tecta frequentibus boardarum ictibus ad honorandam hospitum maiestatem,noctu maximè repetitis:cùm autem huiusce modi inuentis celebraretur Regius aduentus,pactum est inter Ludouicum Lodroni comitem & Vrsulam Aliprandi Clesii sororem matrimonium, quinto decimo cal.Octobris,quæ fuit dies Solis:& Rege exigente nuptię celebratæ sunt,quod unum uidebatur deesse ad summam cõuictorum iucunditatem,quæ etsi peruetusto utriusq; partis genere,& his,quę fuerant ad eas ornandas singulari studio apparata,essent per se satis memorabiles, plurimũ tamen splẽdoris ad nuptialem pompam accessit ex ipsorum Regum prẽsentia:& nunq̃ intermoritura eius temporis memoria:His tam superbis apparatibus uehementer delectatus Rex decreuerat nonnulla etiã agri Tridentini Castella inuisere:quæ erant & pulcherrimis camerarum structuris, & propugnaculis multa impensa fabricata & aulæis superbè ornata,verũ, quia in alias prouincias properandum erat,ut illud idem ibi tentaretur, quod proximè ĩ Bolgiani cõuentu obtentum fuerat,aliò animũ intendit, quã ob rẽ iam amouendi erãt regales luxus Rege ad publica munera expectato,qui dũ ꝓfectionem parat postridiè q̃ nuptiæ faustè ac feliciter fuerant confectæ, cùm sciret Tridentinus nihil naturæ hominis accõmodatius esse,q̃ liberalitatem, cunctis Regiis aulicis,unicuiq; quod dignũ erat pro cõditione tribuit,nã,ne uideret ĩcõsulta donatio,cauit prius ne benignitas maior esset q̃ facultas:deinde diligentem habuit delectũ, & eorũ mores spectauit,in quos beneficiũ erat conferendũ,ut abierit nemo nõ donatus ꝓ dignitate:ex quo beneficã liberalissimi hospitis naturam admirati sũt omnes,qui nõ minori aĩo eos ex urbe sua discẽdentes ꝓsecutus sit q̃ ueniẽtes acceperit:Rex itaq; tam liberaliter tractatus à Tridentino suo, quẽ putauit nunq̃ satis cõmodè laudari posse,cũ ille omnẽ de se expectationem superasset,ad sanctũ Vitum Carinthiæ oppidũ cõcessit,ubi ꝓuinciale concilium celebrauit,ut imminentibus belli periculis ꝓuideret:fama.n. attulerat Turcas cõtra pacis fœdera ꝑ Dalmatiã in ꝓuincias Regis magnis copiis ingredi cõstituisse:nec multò pòst Petrus Vorsius Eps Aquẽsis & rotæ auditor nuncius apostolicus,unus ex his,qui erãt ad diuersas partes destinati,in Germaniã ꝓfecturus Tridentũ uenit,ubi Triduum benignè & comiter à Tridẽtino Card.susceptus ẽ,cui omniũ primo nũciauit synodũ Mantuæ indictã:quod Tridentinus gratissimo & alacri animo,summaq; (ut decuit) reuerentia approbauit,accepitq;,ratus eam rem Christianæ reip. longis & assiduis cladibus attritæ opem in tempore allaturam : quòd ut cæteris Principibus fidelius constaret, quid ipse de eo concilio sentiret , chirographo planum esse uoluit : quod abeunti nuncio dedit:qui postero die ad Ferdinandum Regem discessit : quem pro comperto habuerat tum in oppido Stiriæ Gratio uocato eius

Nuptiæ Vrsulæ Ludouico Lodrono nuptæ.

Regis discessus Tridento.

Tridentini liberalitas.

Petrus Vorsius nũcius Apostolicus.

Cõcilium Trid. nunciatum.

Gratianus cõuentus.

to eius gentis uocabulo prouincialem conuentum indixisse : Vix hęc fuerant expedita , cùm Tridentinus præuidit se ad nouas peregrinationes destinari : solutis enim Carinthiæ ac Stiriæ conuentibus iam Rex Viennam contenderat, ubi indictum fuerat concilium,ut prouinciales omnes de bello fierent certiores , quod fama erat Turcarum tyrannum aduersus Austrianos moliri, cogitansq; non communibus tantùm rebus,sed etiam priuatis parari excidium : Tridentinus igitur, cùm esset de his tractandum , quæ & Regiæ dignitatis , & Christianæ fidei interessent,accitus Regio edicto M. D. xxxvi. nono calen. Nouembris domo proficiscitur, & tum equo,tum naui per Danubium uectus superatis tandem longi & molesti itineris difficultatibus Viennam peruenit, antequàm concilium expediretur : cæterùm cùm negociis non quidem pœnitendis diù foris uersatus esset, & diuersas obiisset difficultates : in quibus uisus est Cæsari ac Regi satisfecisse : iam cupiebat uitam laborum & molestiarum plenam ad leuiora studia traducere:sed illi uetitum erat à Regia abesse:quod si quandoq; licuit magno Regis beneficio, ne mentis acies ullo ocio interiret,ad sacros literarum annales, & secretà Romanæ religionis instituta animum intendit, & simul domestica opera ac publica diligenter curauit : totum ditionis suæ agrum peragrauit,& prouinciam ordinauit,expediitq;, & liberam reliquit,multa ꝓterea,quæ duxit perniciosa,abrogauit, alia,quæ exoluerant,in usum reuocauit,sicuti anteà de rep. bene administranda solicitus urbis leges,statuta , atq; ordines , correxerat, & reformauerat: Riuam,Murium,Auium,Brentonicum,Alam oppidum, & totam uallem Lagarinam , aliaq; insuper loca antiquo iure ad Ecclesiam suã spectantia,quæ fuerant superioribus annis occupata, multo studio & labore recuperauit : eaq; omnia Episcopatui integrè restituit,atq; his Pergiuam addidit op.quod pro Bolgiano à Rege accepit : ædes item,prędia,& plurima alia iura distracta abalienataq;, & omninò amissa ac penè obliterata consilio suo & expensis reuocauit: ut posthac , si quis in pheudum (liceat uti sæpius legali uocabulo) quid teneat, id ab Ecclesia Tridentina acceptũ referat,quod quidẽ ꝑ multos annos omissum fuerat,ut qui seu diuersis eorũ incõmodis,qui antè ciuitatem rexerant, seu eorũ temporũ incuria diminutus fuerat Epatus,ipse egregia sua opa uiuẽs integrũ uideret:Riuã uerò, ne fabricas ꝓtereamus, Toblinũq; & alia quæcũq; ditionis suæ castella & arces reparatione indigerẽt nõ modò refecit:sed magnis ẽt operibus magnificentius adornauit,ad castrum autem Syluæ Regio cultu extruendum multò plura impendit , eo enim secessu uehementer delectatus est,uetus insuper urbis castrũ alias à Ioanne Hinderbachio Episcopo à ruinis reparatum, maximis quidem expensis auxit , & ampliauit : nouisq; & pulcherrimis muris ac propugnaculis muniuit , interioribus etiam partibus refectis immutatisq; & exornatis:uerùm hæc posteris tantũ scribuntur ; cùm uiuen-

Castra superata.

Castra instaurata et adornata.

tium oculis subiecta sint, & quottidiè populo spectẽtur omnia, quę tra-

Templa re stituta.

didimus loca à Tridentino uel instaurata, uel fundamẽtis ab imo iactis ad iummũ excitata, ædes sacras, quę intra mœnia sunt, seu negligẽtia, seu uetustate collapsas, cura suoq; ære magna ex parte reparauit, sed potis-simũ Ecclesia Diuæ Mariæ Maiori dicata à fundamẽtis nobilissimo mar more eius auspicijs constructa est, tantoq; sumptu & elegantia, ut pauca alibi sint templa nra ætate illi conferenda, non tamen tm opæ rebus ur-banis præstitit, ut quæ in agro sunt delubra ac sacella neglexerit: siqui-dem templũ in uico Ciuizani non longè ab urbe Diuæ Mariæ positum est præcipuo Clesii studio, totum, quod uix credas, diuersis lapidum ge-neribus extructum, è quibus alii albi, alii candidis interueniẽtibus pũ-ctis rubri, alii maculis distincti, quos eiusdem loci lapidicinæ dederunt: quo exemplo complures populi accensi sunt ad templa uel noua ædifi-canda, uel multis expensis instauranda: tantum deniq; studij ubiq; adhi-buit ad Deorum culturam, ut quæ corrosa essent non modò nouari, sed & nitidius q̃ anteà expoliri curauerit: quæ Dei sunt sua esse maximè ar-bitratus: verùm satis sit hęc attigisse: ad ornatum.n. urbis, & quæ apud

Urbs orna ta.

arcem Epalem extructa est domus reuocamur, tectis in uicos promi-nentibus, & ueterũ more ędificatis populũ hortatus est, & qñq; ędicto cõpulit ad ornandã ciuitatem, quod opus prius fuerat cohatum Geor-gij Neydecheri diligentia, quo effecit, ut singuli quadam laudis cupidi-tate extimulati certatim domos altius erigerent, & quę erant coctilibus crudisq; lateribus ædificatę, marmoribus etiã impensius refectas strue-rent, exquisitisq; picturis uenustiores redderent, quæ tum ipso artificio, tum uariis rerũ argumentis spectantium animos delectarent, q; pictorũ est semper noua monstra acutè cõminisci, ut iurè gloriaretur Triden-tinus se immisso ueluti in cauernas sole, urbem cõmodiorem ac salubrio-rem reddidisse, & quam lateritiam repererat, marmoream apricãq; reli-cturum, nihil certè libentius curauit: q̃ ea, quæ uel ad seruãdam uel or-nandam ciuitatem attinere intelligeret, urbis regiones ipsa obliquitate deformes ad regulã dirrigi uoluit, porticus pilis ligneis, & rudibus tra-

Tridentũ renouatũ ornatũq.

bibus suffultas deiici, quæ angustæ depressæq; uicos utrinq; coarctabãt, & perpetua tanquàm nocte diem per urbem adeuntibus summouebãt: uicos ipsos diuturnis ædificiorum ruinis & ruderibus completos laxa-uit, repurgauitq;, deinceps alios lapidibus strauit, alios restituit, sed om-nes minutioribus silicibus diligentius cõmuniuit: aquam, quæ ex scopu losis montium iugis in urbem uicatim deducitur, edixit per loca desti-nata dimitti, quæ ne iniuria hominum dirruerentur, instituit homines de plebe eligendos: qui uicis tuendis præessent cura annua, dicta multa pe deductis deriuationibus aquarum cursus fraudibus interciperetur: plu-ra autem ipse opera magna incohauit, ac perfecit, sed illud præcipuum prætorium sub ea Episcopalis arcis parte, quæ uiridarium despectat, ab imo excitauit, inter publica ædificia, quæ alibi in Italia sunt omnium

confessione

confessione annumerandum, ne dicam præferendum, quod quidem cõ-

Domus Trid. Cardinalis.

stat immani tecto crescere monti æquale: & ueluti habeat sub ictu po-pulum ex alto urbem premere, ad id nanq; perficiendum ex eorum cõ-silio, qui structuræ pẽrant annuã pecuniam statuerat: marmoreæ pilæ uariis maculis spectandæ, alibi testudinata opera, alibi auratas trabes su-stentant, addita Bibliotheca multis ac diuersorum generum uolumini-bus referta, demandauerat enim illius ordinandæ prouinciam uiris un-decunq; doctis, qui omnibus ex partibus libros congregarent: imitatus (ut arbitror) Cæsarem Dictatorem, & Ptolemum ægyptiorem Re-gem, quorum alter librorum comparandorum curam M. Varroni, al-ter Demetrio Phalereo dicitur tradidisse, ut manifestum sit Tridentinũ talem nostris temporibus bibliothecam in sua urbe confeciss, qualem Reges Attalici alias Pergami feruntur constituisse, quo in loco tum æ-dificij elegantia, tum pulchra librorum suppelectile delectatus nõnun-quàm senatum haberi uoluit, etsi non ea tantũ pars, sed singula sunt mul-to ingenio fabrefacta, hinc enim flagranti sidere arcentur æstuantes ra-dij opaca umbra, & quæ ex altis Oceani littoribus leniter spirat calo-rem mulcente aura, illic hybernum cœlum excluditur, & ueluti in sinum immittitur uernũ lumen, ipsius domus lateribus in spacia longè disce-dentibus, quæ ueluti cornua muniuntur eminentibus in fronte propu-gnaculis, in medio area extenditur nitidè constrata, excultisq; parieti-bus circũsepta, ex quibus diuersæ rerum figuræ pro ingenio artificum elaboratæ sese offerunt: pascuntq; intentos adeuntium oculos, clatratę circum inhiant in uacuum fenestræ, quæ ferri nodis cancellatim intex-tis latè ex muris prominent: ex Boreali autem uertice scaturiens ema-nat fons aquę uberrimus marmoreo alueo nitidum liquorem per hian-

Fons in area amœnus.

tia ferarum ora fistulatim defluentem excipiente, utrinq; leones ad orã fontis pedibus erecti exerta lingua anhelantes aquam lambunt, ut sitiẽ-tes crederes: Elucet ab occasu Diuæ Mariæ sacellum, cui erigendo ex-poliendoq; tantum expensum est, quantum ad diuinum cultum pro hu-

Ornatissima area.

mana ope honorandum sat fore iudicatum est, quò per exitus uulgo occlusos descendit Pontifex oratum, ubi rem diuinam rirè operatur: ab ortu uerò è regione sese ostentat sublimis porticus lapideis pilis au-roq; incrustatis suffulta fornicatum opus, & undiq; imaginibus cæ-latum: unde per fenestras prospectus est in hortum ueluti amœnam uallem fabricæ suppositum, multiplicium beneq; olentium herbarum feracem ac suauitatis plenum, unde plus uoluptatis capitur quàm cõ-modi, qui quidẽ fructiferarũ arborũ nemus, nutantemq; & aureos fœ-tus assiduè ferentem syluam alit, & umbrosum solum cõplectitur: her-bis perpetuo uere apricantibus, diuersorumq; generum floribus pas-sim suauiter spirantibus: & hic liquidissimus fons in medium prosilit, a-

Fons in uiridario.

quam in diuersas partes emittens, qui per olentes herbas fluens recen-ti ueluti potu fœcundum campum perfundit: quò sapientissimus Prin-

Interioris domus ornatus.

ceps tanq̃ in arcanum ſeceſſum ſe recipere conſueuit de magnis rbus agitaturus: at interiora ſunt longè ornatiora: efulgent enim ſolaria cuncta auro interlita, alia incuruam teſtudinis formam imitata, & ea etiam ipſa uario modo concamerata: alia trabium textura & aſſium coaſſatione cõſtructa, ut tota domus in uarias formas ſit diſpoſita: uerum ſeu cõtignatio, ſeu fornix ſit, omnia ſunt multo ſumptu & artificio confecta, alia enim in quadraturas, alia in orbes formata ſunt, & diligenter diſtincta: unde uel excalptæ effigies, uel fabrefacti flores ex alto prominent: qui micante auro ueluti ſolares flammæ irradiant, ut cùm ſint laqueatæ cœnationes ac rotundæ bracteatæq; in ſubiectos conuictores effundant nitidum iubar: inter hæc, quocunq; uertis lumina, ubiq; Apelleæ tabulæ, ubiq; Lyſippi ſigna conſpiciuntur: alibi Deorum ſimulachra, & ordine diſpoſitas Eccleſiaſticæ hiſtoriæ explicationes ueneraris: alibi Troianas pugnas attentius intueris uirtute Hæctoris inflammatus, alibi Vlyxis errationes contremiſcis: poſtremò egregia Cæſaris & Ferdinandi Regis geſta numeras, cupisq; imitari, ut nihil omninò ſit in tanta diuerſarum rerum claritate, quod laſciuiat, quibus unuſquiſq; pro ingenio delectatur: uerùm non minoris ſunt apparatus, & reliqua ornamẽta, quàm tota domus ſtructura: aulæa enim Attalica, quibus parietes obtenduntur, tam diuerſo opere confecta ſunt, ut aliam omninò præbeãt faciem: alia enim purpurea, alia aurea, alia figuris intertexta, alia alio opificii genere laborata ſunt: quæ cùm ſingula placeant, non audes iudicare, quæ antè feras: ſed quamuis cuncta ſint admiratione digna, illa tamen ſunt præcipua aulæ Tridentinæ ornamenta, quę & auro cõtexta, & longo labore perfecta in thalamo circularem in formam conſtructo obducuntur aulæa Britannorum:, opera: in quibus ſingula Chriſtianæ cædis myſteria contemplaris miro opere in ſuos limites diſtincta, ut non ſine ſingultu conſiderentur: tori uerò tam uario ornatu ſtrati, tam ſuperbè inſtructi ſunt, ut intrantes primùm admiratione obſtupefaciant, &, ubi abſens ſubinde animo collegeris, quæ uideris, tecum magis admirere, ut cùm eò Carolus Imperator & Ferdinandus Rex eius frater acceſſerint, neſcirent qua parte honorificentius ſuſcipiendi eſſent: ſpectantur præterea menſæ, & materia & opificio claræ, uel tapetibus longè expetitis, uel ueſtibus ſericis & uaria textura & diuerſis coloribus confectis conſtratæ: verùm illud ſingularem animi altitudinem teſtat: quod in aula ampla eius domus parte extructum eſt, ubi pauimentum faſtigium q;, & quod altè eminet, ſolium, ſingula ueſtibus aureis conueſtita ſunt, & diuiti admodum cultu exornata: ſapit profectò, qui intelligit ad hæc ipſa opes parari, optandæ enim ſunt diuitiæ duarum potiſſimùm rerum cauſa, ut dones uidelicet, & ædifices, quod cùm utrunq; ad excelſum animum pertineat, id ſuum eſſe arbitratus eſt Tridentinus, & ad ædificandum & ad donandum propenſus, nihil enim quod præclarum eſſet, à ſe unquàm

Superbus apparatus

quàm alienum putauit, nam & magnos uiros conuiuio ſemper, & quidẽ frequenter ſuſcepit: nec à ſe diſcedere quẽpiam paſſus eſt, qui beneficio dignus eſſet, niſi magnis muneribus donatum: quod omnibus noſtrorum temporum hominibus planè cognitum eſt: erat igitur domus extruenda, qua & Principis dignitas exornaretur, & magni hoſpites pro dignitate reciperentur: cùm ſoleat dedecori eſſe domus laxitas, ſi in ea ſit ſolitudo, quod cùm ſit ex uoto adſecutus Tridentinus ingenti animo præſul, Principes omnes, legatos omnes, honoratiores uiros omnes hoſpitales accipit: ut nemo ſit ex uiris ſummatibus per alpes Tridentinas iter faciens, qui inter Cleſianas ædes non ſuſcipiatur comiter, ſiue Germanus, ſiue Italus, ſiue alius ſit nationis, ut eas uideas illuſtriſſimis hoſpitibus ſemper refertas, quo non indignum fuit Principi liberaliſſimo eã hoſpitibus domũ parare, quæ laxitate, pulchritudine, magnificentia cum Lucullianis etiam villis contenderet, nam quàm pulchra, quàm culta, quàm exſymetriis omnibus extructa ſit conſtat aduenarum omniũ prędicatione, qui eam cum admiratione contemplantur, quamuis non minus domus domino, quam dominus domo honeſtatur, de qua quidem ſi uellem plenè dicere, conſummendum eſſet totum, quod reliquum eſt ocii: quam ob rem de aliis quoq; ſermo habeatur, quibus & magnificentia & pariter Principis continentia plenius declarari potuit: difficilimũ eſt omnibus in partibus uitæ continentiſſimum eſſe, & ſine ulla prorſus labis ſuſpitione uiuere, Tridentinus tamen uiuendo ita ſe geſſit, ut conſtanti bonorum iudicio non intemperans habitus ſit, quod integra fama comprobauit: habitauit in arce Epiſcoporum ſede modicis primùm ædibus, nec laxitate, nec cultu ullo admodum conſpicuis, erant enim uetera ædificia nullo inſigni pauimẽto, aut ornatu Regio exculta, porticus breues crebris colũnis munitæ, quò p lõgas & anguſtas ſcalas ad tertiã uſq; cõtignationẽ gradatim aſcẽdendo anhelat, nec ęſtate nec hyeme cubiculũ mutauit: ibi, ſi qd ſecretò agi oporteret, pmanebat, ibi grauioribꝰ ſtudiis uacabat, ibi, cũ ægrotaret, cubabat, poſtq̃ uerò ędes amplas & opoſas erexit, & ueteres ſtituit, elegantius habitauit, non fictili itẽ aut lignea, aut uitrea aut ænea ueterũ ſuppellectile utit, ſed argẽteos calices, aurea pocula & diuerſorũ generũ pateras domi habet, tanta copia, tãtoq; labore fabrefactas, ut putares magnificam illam ex luxuria Aſiatica ſupellectilem in urbem Tridentinam aduectam, mirati ſunt ſæpenumerò externi Principes hoſpitio lautè ſuſcepti tot & tanta ex auro argentoq; uaſa menſaria uariis argumentis cælata, ad quottidianum uſum & domeſticum uictum, publicamq; elegantiam ab Epiſcopo Tridentino comparari potuiſſe, cũ tam ſuperbus tam elegans poculorum ornatus Regem potius deceret: ſi quando uerò Autumni auram in urbe ſibi parum ſalubrem expertus ſit, aut Riuam, aut Tenum, aut Cleſum ſuum ſecedere conſueuit, ſed exſucceſſibus Caſtrum Siluæ urbi proximum libentius frequentauit, cæterùm ne aulici mores & interior Principis uita

Comitas et benignitas Trid.

Integer Princeps.

Habitatio Trid.

Supellex Trid. nobiſſima.

Aulici mores.

populum lateat,uetuit graui censura ne officia domestica cõfundantur: ne ue quis quod ad alium pertineat sibi arroganter uendicet, iccircò qui seruiunt non ira aut temulentia inter se digladiantur, nec conuiciis curiam replent,nec diris execrationibus cœlestia numina lacessũt, quod plærisq; alibi his temporibus impunè permittitur, Deum colunt, non detestantur integram sui Episcopi uitam secuti,nec tantum q; pœna imposita sibi inhibitum sit,quantum quod existimant pulcherrimũ esse honestè uiuere,& sponte sua odisse, quæ sciunt Christiana sliogione damnari:hinc familiæ negocia summo studio & sine tumultu ex uoluntate Principis conficiuntur,quem in eo non minus laudandum ducimus, q; solitus sit admittere neminem,nisi prius exploratis eius moribus, & quibus potissimũ delectetur studiis,ut habito uirorum delectu, non difficile sit credere,excultam illam aulam quandam bonorum morum imaginem adeuntibus referre:agitat præterea Tridentinus libenter cõuiuia, & ea quidem more Germanorum frequentia,uerùm, cùm solus cænat, uini minime auidus & mediocri mensa contentus est, non enim eos laudandos censet,qui numerosa ingentium epularum fercula priuato conuiuio exhibere consueuerunt: ex qua quidem sobria edendi potandiq; moderatione diù firmam ualetudinem præcipuè retinuit:cæterũ,si quẽpiam inuitat,conuiuia lautè & abundantissimè instruit,ut & pluribus uariisq; epulis parentur,& cunctis discumbentibus eadem apponãtur, nõ ut ipse opulenta ciborum diuersitate repleatur,uerũ quia suum esse ducit,amicos supra familiarem uictum nitidius excipere, nõ tamẽ sine magno hominum delectu conuictores unq; inuitat, nec nisi diuiti apparatu recipit,quorum sermone maximè oblectatur, ut mensam amicorũ parentem appellet,utpote in conuiuio amici parentur,quamuis non ignoret ab aliquibus eos damnari,qui in mensa amicos probant, tanq; iniquũ sit beneuolentiam cibo allici:At princeps liberalissimus excelsi animi eẽ arbitratur ex conuictu amicorum & doctorum uirorum capere uoluptatem laude dignam:cũ illi uehementer carpantur, qui clandestinæ ganeæ indulgentes solitaria cæna distenduntur, propterea ipse ita conuiuatur,ut omnia omnibus sint communia,sed non tam magno sumptu q; conuiuali quadam comitate à magnis suorum temporũ hominibus laudatur,cũ autem interiorem Principis uitam,quibusq; moribus iter suos degere solitus sit,cognoueris,tuum est iudicare, qualis in regenda pace belloq; rep.sit,quæ enim pertinent ad cognitionem uitæ domesticæ,non minus ostendunt Principem,q; res foris administratæ: id sanè pro comperto habetur, eum, quocunq; seu missus, seu Imperatorem, seu Regẽ secutus fuerit,quem ipsi multorum itinerum,multorum laborum,ac periculorum socium habuere, semper rediisse magna rerum gestarum fama,ut à nemine clariora certiora ue relicta sint posteritati uirtutum omnium exempla,nam præter eas,quas memorauimus, cõplures alias peregrinatiões confecit, quas iccircò omisimus, ne huius Principes gloriæ nimiũ

Trid. delectũ uirorũ habet.

Moderatus Princeps Trid.

riæ nimium cupidi uideremur,id unum tantùm subiiciatur, eũ fuisse cõtinenti,magno,& liberali animo,nullis unq; incõmodis fractũ, nullis difficultatibus deterritum,nullis periculis ab itineribus reuocatum, modo ea esse cognosceret,in quibus uoluntatem suam aut in Regẽ,aut in Christianam religionem declararet,hinc per diuersas locorum & temporum tempestates,& regni procellas semper rerum gerendarum cupidine accensus ad exitum uitę peruenit,cùm enim ex rebus fideliter gestis Brixinensem pontificatũ assecutus esset,& duplici diademate dignitatẽ auxisset,eò cum egregio comitatu profectus est,iussitq; conuiuiũ lautè apparari, quò Principes ac nobilissimos uiros,qui officii gratia eò frequẽtes conuenerant, diuiti mensa acciperet, quæ dum singulari studio curantur, sapientissimus Princeps in secretiorem ędium partem secedit,ubi multa de regno conseruando secum animo uersat:postquàm autem hora excitatus est,prodiit læto uultu,& accumbens lepore multo,& sale attico conuictores aspergit,à quo inuitati qui confederant reliqui se inuicem dictis remordent:dum uerò his dapibus conditur mensa,& iucundis animis celebratur,optimus Pontifex repentino percussus morbo inter cõuiuas cõcidit,& paulò pòst obiit:eius corpus in vrbẽ Tridenti deportatũ diù ab oĩbus ordinibus defletur,& publico funere in templum Diui Vigilii deductum sepulchro ponitur. vixit annos Liiii. menses iiii. decessit anno à partu Virginis salutifero M.D.XXXIX. quinto cal. Sextiles,regnauit annos XXV. mensem unum,dies xxiiii. Huic successit de more subrogatus Christophorus Madrutius decanus Tridentinus, uir absolutæ doctrinæ & ingentis animi,à quo maxima expectantur.

FINIS

Errata quæ uirgam censoriam fugere.

In prima epistola,iucũdũdũ, lege,iucũdũ.folio.2.expugnadã,expugnãdã.3. eluceſunt, eluceſcũt.3. uerũ enimuero,uerũenimuero.4.siluã, syluã.6. Hinderbachi, Hinderbachii.7. scœlere, scelere.8.arbitrari,arbitrati.10. ciuitatẽ eã, eam uacat.12. langore, lãguore.14. misere, miserere .15. præmeret, premeret .16. quæ ue, quęue .19. irreuerunt, irruerunt.22. ammisisse, amisisse.25. rumur, rumor.25. langore, languore .26. mort s, mortis.28. percluſa,perculſa .30. Brixianensem,Brixinensem.52. papulis, populis.53. inuadit, inuadat .56. desinit, desiuit

.56. ſericari, ſeruari .57. diuinam, diuinum .57. ſapientiſſimo, ſapientiſſimi .61. in remp. charitatem, & charitatem .61. debiti, dediti .62. nolebat, uolebat .63. Fegodunum, Segodunũ .75. erat, erant .77. inuaderet, inuaderent .78. repugnãte, repugnãtem .82. uinxerunt, unxerunt .82. grauiſſimum, gratiſſimum .83. à ſcelere, ab Turcarũ ſcelere .83. loca opportuna, adde, cuſtodiri iuſſit .83. dum uero, dum uer .83. idem, ideſt .84. dum uenere, dum quarto no. Maii Inſprucham uenere .86. tredecim, treſdecim .88. Imbrainumo uer, Imbrainũ uerò .88. oratotio, oratorio .90. conito, cognito .92. profugium, profugum .94. exſolueret, exolueret .94. aios gentium, animos .95. poſt iam tempus, poſt id tempus .95. tenuit, renuit .95. prope diem, propediẽ .95. cęrimonis, cęrimoniis .95. ſua triumphalibus, ſub triumphalibus .98. poterat, poterant .102. teſtudinata, teſtudineata .102. antè feras, anteferas .103. ſucceſſibus, ſeceſſibus.

REGISTRVM

✝A B C D E F G H I K L M N

Omnes ſunt quaterniones, præter N, qui eſt quinternio.

MANTVAE IN AEDIBVS VENTVRINI RVFINELLI

M. D. XXXXVI.